FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

Facultad de Derecho
Historia del Derecho
Estante N
Tabla 92(3)
Número

BIBLIOTECA HOSPI...
GRANADA
B
50
Número 97

FERDINANDI
DE
VALENTIBUS
TREBIENSIS
Sacri Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ
ADVOCATI
OPERA OMNIA
SELECTIORA.

R. 38.864

(1)

FERDINANDI DE VALENTIBUS TREBIENSIS

Sacri Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ

ADVOCATI

OPERA OMNIA SELECTIORA.

TOMUS TERTIUS

24 = 21

VOTA PRO VERITATE

Ad Rem Ecclesiasticam pertinentia.

FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

ROMÆ MDCCXLVI.

Sumptibus VENANTII MONALDINI Bibliopolæ in Via Cursus.

Ex Typographia JOANNIS BAPTISTÆ BERNABÒ, & JOSEPHI LAZZARINI.

PRÆSIDUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

ΛΟΓΙΚΟ ΑΓΒΙΓΛΥΕ

ΛΟΜΕΛΛΙΝΟ

ΣΕΓΕΣΓΙΟΚΓ

ΟΒΕΒΛΥ ΟΜΙΝ ΙΥ

ΥΟΛΟΟΥΕΙ

ΙΚΕΒΙΕΛΣΙ?

ΛΥΓΕΥΛΙΒΟ?

DE

ΕΕΡΟΙΥΛΥΓ

Eminentissimo, ac Reverendissimo Principi

SYLVIO VALENTI

Presbytero Cardinali Tit. S. Priscæ

SS.^MI D. N. BENEDICTI XIV.

A SECRETIS STATUS.

LUDOVICUS DE VALENTIBUS

FELICITATEM.

HUMANITAS *tua singularis*, CARDINALIS AMPLISSIME, *qua sæpe mecum* Ferdinandi *de Valentibus jam olim Sacri Consistorii*, *Fisci*, & R. *Cameræ Apostolicæ Advocati*, *patrui mei memoriam repetere*, *ac de assiduis illius laboribus*, & *lucubrationibus sermonem habere dignatus fuisti*, *peropportune mihi ansam præbuit offerendi tibi quartum ejus* Operum *volumen*, *quod in re Beneficiaria versatur*. *Neque enim idcirco pergratam tibi rem me facturum dubitare ullo modo possum*, *præsertim dum mecum recogito*, *quantum fueris semper ab ineunte ætate*, *omnique tempore erga Literas*, & *Literatos omnes natura propensus*. *Hos enim adire*, *hos alloqui*, *cum his habere consuetudinem in deliciis semper tibi fuit*. *Neque vero præclaram hanc ani-*

FACULTAD DE DERECHO * BIBLIOTECA * GRANADA

mi tui propenſionem imminuere unquam valuerunt plurima, eaque graviſſima tibi ab Apoſtolica Sede mandata negocia. Etenim ſive in Belgio, ſive Matriti apud Regem Catholicum Nuncium Pontificium ageres, idem perpetuo tibi mos, eadem conſuetudo fuit, viros doctrina præſtantes, plurimi facere, illis familiariter uti, eorumque commodis, & utilitati ſervire. At vero tuum hoc tam eximium erga optimas diſciplinas ſtudium magis, magiſque apparet ex inſigni Bibliotheca exquiſitis, rariſque voluminibus referta, quam magna cura, ingentique ſumptu in diem auges. Quod quidem quam provide, ſapienterque facias quis non intelligit? Ex his enim uberrimis fontibus tum ſacra, tum profana eruditio hauritur, qua te plurimum abundare non ignoramus. Præclaris autem hujuſmodi ſtudiis, & ornamentis cum admirabili mentis, ingeniique tui alacritate, & candore conjunctis, quemadmodum olim multorum magnorum Principum, ita nunc BENEDICTI XIV. *Pontificis ſapientiſſimi gratiam, & benevolentiam tibi maxime conciliaſti; quæ revera virtutum tuarum non ultima laus eſt. Quamobrem fit, ut in iſto ſublimi dignitatis gradu, quo te cum tua virtus, tum ſummi Principis gratia extulit, præcipuo te omnes honore proſequantur, & publico rerum abs te præclare geſtarum præconio, nominis tui fama longe, lateque circumſonet. Nil itaque mihi felicius, nil optabilius contingere poterat, quam opportunam hanc nanciſci occaſionem, qua quidem non laudum tuarum præconem agere poſſem, quod certe virium mearum modum excedit, ſed qua exiſtimationis, & obſervantiæ erga te meæ ſignum aliquod publice darem. Tuæ itaque benignitatis erit volumen hoc tuis ſub auſpiciis publica luce donatum libenti animo excipere, meque inter addictos Clientes tuos firmiſſimo patrocinii præſidio tueri.*

FO-

FORENSIS JURISPRUDENTIÆ STUDIOSIS

VENANTIUS MONALDINUS.

QUARTUM hoc Volumen, quod vobis ſiſto, ac publici Juris facio, juxta ordinem vobis propoſitum, materias Canonicas ac Beneficiarias amplectitur, continetque Vota pro veritate viginti ſex. Cum verò hæc non tantæ molis ſint, ut in juſtum volumen, ac prioribus æquale aſſurgere poſſint, collegi ſelectiora aliquot ad opportunitatem Vota, quæ volumini ſuperaddidi eo conſilio, ut non modò nihil haberetis ad obloquendum de voluminis tenuitate, verùm etiam ut de vobis magis magiſque benè promererer. Hæc enim Vota ad opportunitatem ſunt hujuſmodi, ut ſingula ſint Judicum Reſcripto confirmata, quæ certè vobis ipſis Judicibus non minùs ſaltem facienda ſunt, quàm Vota pro veritate. Ad calcem uniuſcujuſque Voti ſubjiciam ipſum Judicis Reſcriptum, ut nemo in dubium revocare poſſit quod aſſero. Duos Indices inſtitui, quorum primus materias Votorum pro veritate, alter Votorum ad opportunitatem vobis ſuppeditabit.

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. M. de Rubeis Archiepiſcopus Tarſi Vicesgerens.

APPROBATIONES.

I.

ERuditiſſima Opera Ferdinandi de Valentibus Conſiſtorialis Aulæ, & Pontificii Fiſci Advocati ſuper Contractibus, ultimiſve Voluntatibus jam edita, & univerſali Literatorum plauſu accepta, conſequuntur modò illius ſelectiora Vota, ac Diſſertationes ſuper re Canonicâ, & Beneficiariâ: ex his facilè agnoſcitur quantum celeberrimus Vir nedum civili, & profano, verum Pontificio, atque Eccleſiaſtico etiam jure præſtiterit; hinc impenſiùs meritæ perſolvendæ ſunt gratiæ R. P. D. Ludovico de Valentibus ejuſdem Auctoris Fratris Filio, qui tot laboribus, & ſumptibus utramque non deſinit locupletare Juriſprudentiam. Datum ex Ædibus Datariæ Apoſtolicæ XIII. Kalendas Julii anno 1746.

Xaverius Juſtinianus SSmi D. N. Papæ BENEDICTI XIV. *Sub-Datarius, Prælatus Domeſticus, ac Signaturæ Gratiæ Votans.*

II.

EA Doctrinæ ſoliditas, ac ſplendor veritatis, quem præſtant Vota edita à Celeberrimo Auctore Ferdinando de Valentibus Sacræ Conſiſtorialis Aulæ, & Fiſci, ac R. C. Apoſtolicæ Advocato jam impreſſa in tribus Voluminibus materiam Civilem, ultimarum Voluntatum, ac Contractuum continentibus, æquè, & clariùs eluceſcit ex quarto Volumine, quod rem complectitur Eccleſiaſticam, ex quo quantam doctrinæ, & eruditionis copiam eximius Auctor à puriſſimis fontibus utriuſque Juris hauſerit, facilè colligitur, unde quod publici Juris fiat ad incrementum publicæ utilitatis cenſeo pertinere, ſi ita videbitur Rmo P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici. Datum Romæ hac die 16. Junii 1746.

Armodius Gregorius Venturellus in Romana Curia Advocatus.

III.

QUum celeberrimus noſter Author quàm maximè in Cæſarei Juris peritia excelluerit, non mirum, ſi æquè illius doctrina in Pontificio Jure eniteat. Si porrò illius Opera, hactenus evulgata, cenſui publicâ luce digniſſima, non video, cur & hæc alia non debeant Typis ad publici boni incrementum mandari. Datum Romæ 23. Junii 1746.

Bartholomæus Liverzani in Romana Curia Advocatus.

IMPRIMATUR.

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

IN-

INDEX ARGUMENTORUM VOTORUM,

Ad Rem Eccleſiaſticam pertinentium.

Æſina Exemptionis.

VOTUM I.

Eccleſiæ conſtructæ in ſolo Lateranenſi, ex Pontificiis Privilegiis omnimodâ exemptione gaudent; Neque ex facta in his preſervatione Jurium Parochialium, præſervata Parochis cenſenda eſt facultas, ut confeſſiones in iiſdem Eccleſiis cumulativè cum earum Rectoribus valeant excipere; Quænam autem jurium Parochialium nomine venire intelligantur? *pag.* 1.

Averſana Juriſpatronatus.

VOTUM II.

Juſpatronatus tàm activum, quàm paſſivum relictum ſibi, nec non filiis, & Deſcendentibus, ita tamen ut Maſculi fœminis præferrentur, ac deindè quoad jus præſentandi ab eodem Fundatore in aliâ diſpoſitione, Ordinarii auctoritate communitâ, reſervatum ſibi, & heredibus, ac ſucceſſoribus, datâ etiam prærogativâ ſexus, hereditarium cenſendum eſt, ac propterea pinguius effectum in eo, in quem plures primorum heredum voces hereditario titulo coaluerunt, præſertim, quando plures ſubſecutæ, eæque Fundatoris morti magis proximæ præſentationes factæ fuerint à Patronis velut heredibus, & pro quotâ hereditatis: Maſculorum prælatio, quando agnationis votum deficit, intelligenda eſt in pari gradu, vel ſaltem in eâdem lineâ, in quam ingreſſum eſt juſpatronatus. Ultimus ſtatus, quando Patronis noceat? 5

Averſana Juriſpatronatus.

VOTUM III.

Pleniùs in hac eâdem Causâ oſtenditur, in Juriſpatronatus ſucceſſione, Maſculorum prælationem, deficiente agnationis voto, aliiſque conjecturis, contrariam Teſtatoris voluntatem ſuadentibus, intelligendam eſſe de Maſculis ejuſdem lineæ, non alterius, in quam Juſpatronatus nondum derivarit; itidemque ita intelligendam eſſe, ut Maſculus fœminam, non verò Agnatus Maſculum cognatum excludat. 21

Januen. Suceeſſionis.

VOTUM IV.

Juſpatronatus relictum fratri *heredi, & deſcendentibus ab eo, ordine primogenituræ*, adjectâ lege, ut *deſcendentia maſculina excludat fœmininam, & Maſculus major natu excludat fœminam*, ſi ultimus ejus poſſeſſor decedat, filiâ ſuperſtite, non ad hanc, ſed ad Patruum defertur. 29

Faventina Juriſpatronatus.

VOTUM V.

Juſpatronatus *pro ſe, ſuiſque heredibus, ac ſucceſſoribus maſculis, ac deinde fœminis in perpetuum*, mixtum dicitur, ac propterea, poſt perfectam fundationem, neque ab ipſo Fundatore *ſoli majori* natu relinqui poteſt, ſed ad omnes heredes, & Maſculos deſcendentes in ſtirpes defertur: Sufficit autem, eos heredes eſſe primi adquirentis, ſeù Fundatoris, atque in Legitimâ, ſivè in re certâ inſtitutos fuiſſe. 38

Cortonen. Commendæ.

VOTUM VI.

A Commendæ Ordinis Militaris Sancti Stephani ſucceſſione, quam Fundator perpetuo primogenituræ ordine Deſcendentibus, aliiſque deinceps Agnatis deferri voluit, nepos ex fratre primogenito præmortuo Patruum excludit, etiamſi antèacto tempore nepos quandoque Patruo morem geſſerit, primogenituræ jura ſibi adſerenti. 43

Senen.

Senen. Cappellaniæ.

VOTUM VII.

Xenodochii præfectura perſonis laicis ex Fundatoris voluntate ab ejus heredibus, & ſucceſſoribus committenda, licèt deinceps ex legitimâ præſcriptione, Eccleſiaſtici Beneficii naturam adſumpſerit, & in Curiâ vacaverit, præſentato à Patronis adjudicanda eſt, non autem proviſo Apoſtolico, qui nec Juriſpatronatus laicalis, neque Legis fundationis, quaſcumque Apoſtolicas reſervationes excludentis, mentionem fecit. Quibus ex verbis Apoſtolicæ reſervationes, tùm etiam Conſuetudo derogandi Juri Patronorum ob vacationem in Curia à Fundatore excluſæ cenſeantur? Ex quibus novus Beneficii ſtatus induci, vel immutari valeat? 48

Melevitana Commendæ.

VOTUM VIII.

Commenda Ordinis Hieroſolymitani deſcripta in antiquiſſima Bonorum, ad Equites ſpectantium, matriculâ, & Equitibus conferri ſolita, antiquiori Equiti adjudicanda eſt, non verò alicui ex fratribus Cappellanis ejuſdem Ordinis, licèt iſti in antiquis quibuſdam documentis Commendatorum titulo nuncupentur, & Commendas quandoque obtinuerint, ſed vel à priori diſtinctas, vel ſinè effectu, vel ſubſecutâ tranſactione, aut earum dimiſſione in favorem Equitum, vel tempore defectionis Magni Prioratus Germaniæ ab obedientiâ ſupremi Capitis, vel denique per brevius, quàm quadraginta annorum ſpatium. 60

Romana Dotis Cappellæ Sancti Matthæi.

VOTUM IX.

Heres debitor annui reditus centum aureorum, pro duplicis Cappellaniæ dote à Teſtatore legati, & ex tranſactione initâ cum Eccleſiâ, facultatem habens ab eâ obligatione ſe liberandi per ſolutionem certæ quantitatis, tunc reſpondentis valori annuæ præſtationis, ſed poſteà ex viciſſitudinibus temporum longè imparis effectæ, non aliter ex ſtricti juris ratione, quàm ſolutione quantitatis conſtituendo annuo reditui centum aureorum idoneæ, ab ejuſdem annuæ præſtationis obligatione liberatur: Quamquam cum eo benigniùs agi, æquitas quædam expoſtulet. 66

Recineten. Patrimonii, ſive Immunitatis.

VOTUM X.

Patrimonium ad ſacros Ordines ab Epiſcopo ſubrogatum in locum alterius, ab initio conſtituti ſub pacto reſolutivo, ſtatim ac Clericus Eccleſiaſticum aliquod Beneficium adeptus eſſet, eo obtento, nec tamen Epiſcopi auctoritate in prioris tituli locum ſuffecto, adhuc perdurat, fruiturque tributorum exemptione. 69

Cavallicen. Salviani.

VOTUM XI.

Salvianum interdictum Rector Cappellaniæ pro conſequendis fructibus cenſus, deſtinati in celebrationem Miſſarum adverſus Laicos poſſeſſores Bonorum, eidem cenſui ſubjectorum, experiri debet coram Judice laico; Non tamen immittendus eſt in poſſeſſionem Bonorum, quorum ab emptore partem pretii recepit, ſicuti neque in poſſeſſionem omnium Bonorum, à quorum poſſeſſoribus ex propriâ pecuniâ potiores alii creditores dimiſſi fuerunt. 72

Eugubina Unionis.

VOTUM XII.

Seminarium per ſuos Alumnos inſervire poteſt Eccleſiæ, ac propterea Menſa communis emolumenta percipere, quoties unio Beneficiorum, in ea Eccleſia erectorum, & aliquod ſervitii onus adnexum habentium, facta eſt in ejuſdem Seminarii favorem, etiamſi unio hæc fuerit tituli extinctiva. 75

Leodien. Canonicatus, & Archidiaconatus.

VOTUM XIII.

Epiſcopus, qui ob tenuitatem redituum Cathedralis Eccleſiæ ab Apoſtolica Sede diſpenſationem obtinuit retinendi priorem Canonicatum, & Archidiaconatum alterius Diœceſis, & in ſua Diœceſi reſidet, eorum fructus facit ſuos, etiamſi in diſpenſatione cautum fuerit, quod iidem Canonicatus, & Archidiaconatus *debitis propterea non fraudentur obſequiis*, & etiamſi peculiaribus Eccleſiæ Statutis Canonicorum reſidentia præcipia-

cipiatur, præsertim, quando Statutis hujusmodi Summus Pontifex derogavit. 78

Forolivien. Constitutionis.

VOTUM XIV.

Ex subreptionis, & obreptionis capite oppugnari potest Apostolicum Breve, executioni jam demandatum, de erogandis annuis certis reditibus Montis pietatis in Seminarii commodum, quando Summo Pontifici narratum non fuit, eosdem reditus destinatos esse in certos, & speciales usus, non modò ipsius Montis, sed etiam pauperum puellarum, ac prætereà expositum fuit, hanc redituum adsignationem ab alio Prædecessore Summo Pontifice concessam fuisse, itemque nuper communi deliberatione statutam ab Curatoribus Montis Pietatis, quum tamen reverâ sola eos reditus adsignandi facultas Administratoribus Montis anteâ tributa esset, & deliberatio de eâ re ab iisdem Administratoribus communiter habita, utpotè absque ullâ sedulâ rei discussione, absque legitimo suffragiorum numero, & contra priorem maturam ipsorum Administratorum resolutionem, irrita prorsus censenda esset. 82

Imolen. Emphyteusis.

VOTUM XV.

Emphyteusis Castri Bagnariæ ab Imolensi Episcopo concessa, & frequentissimè renovari solita pro *Universitate, Hominibus, & singulis personis possidentibus in eodem Castro, Territorio, & Curte, ipsorumque heredibus, & Descendentibus*, non prohibet, quominùs, irrequisito Episcopo, & absque ullâ novæ investituræ petitione, ac solutione Laudemii, alienatio vel divisio Bonorum emphyteuticorum fiat inter ipsos Cives, seù incolas, in eo Castro possidentes, iique sive à Civibus, sive ab Exteris emant eadem Bona, emphyteusi snbjecta. 94

Avenionen. Scripturarum.

VOTUM XVI.

Scripturæ ex privato Monasterii Archivio desumptæ, neque pro Monasterio, neque inter personas Monasterio non subditas fidem faciunt: Quæ desiderentur, ut aliquod Archivium rectè dici publicum queat? Quæ itidem, ut legalis scripturarum extractio ab Archivio fiat? 101

Januen. Successionis.

VOTUM XVII.

Primogenituræ, quam Pater Septimiâ uxore suâ herede usufructuariâ relictâ, instituit, his verbis = *In quanto poi alla proprietà lascio mio erede universale Filippo mio primogenito, o quello de' miei figliuoli, il quale sarà primogenito dopo la morte della Signora Settimia* =, succedit Religiosus Strictioris Observantiæ Seraphici Ordinis, post obitum Philippi, superstite eâdem Septimiâ, ad Episcopatum evectus: Uti etiam alteri primogenituræ commoditatis palatii, delatæ ad Agnatum, ex facto Supremi Principis jam anteâ succedendi incapacem effectum, præsertim, si is fuerit ex lineâ minùs à Testatore dilectâ: Succedit pariter Feudo, non requirenti personale servitium, & ad fœminas transitorio. Legatum sub hac conditione filio relictum = *in caso, che esso si risolvesse attendere alla Chiesa* =, ipse, post Religiosam professionem ad Episcopatum assumptus, petere potest. 104

Taurinen.

VOTUM XVIII.

A concessione gratiæ, quâ decernatur certa pars fructuum Beneficii, quod frater obtinet, in causam alimentorum sororis septuagenariæ, satius est, ut Summus Pontifex abstineat, præsertim, si ipsa Regali Aulæ inserviens, ex eâ honesta, & decora vitæ subsidia consequatur, nec probet, virum suum, adhuc in humanis agentem, sibi alendæ imparem esse, uti nec congruam dotem, quam accepit, absque ullâ sui culpâ periisse, nec denique ex Bonis ipsius fratris patrimonialibus, aut aliundè nihil subsidii sibi adfuturum. 113

Aretina.

VOTUM XIX.

Canonica portio non debetur Episcopo ex opulenta hereditate, ad Oratorium Sancti Philippi Nerii ex testamento delatâ, quoties ejus Oratorii Sacerdotes à Testatore rogati fuerint perpetuas ad Deum preces fundere in suæ, & Consanguineorum, omniumque animarum purgantium suffragationem, *nel modo però, che a loro più piacerà*, ipsique universam hereditatem erogare velint in ædificationem Ecclesiæ, & Domus religiosæ, quibus indigent. 121

Calaritana Canonicatus.

VOTUM XX.

Beneficii reſervatio ratione Curialitatis ceſſat, ſi mors ultra duas dietas contigerit; Ceſſat itidem reſervatio deſumpta ex Prothonotariatu, deficientibus literis patentibus, ſeu Prothonotariatus privilegio. Reſervatio ipſo jure, ipſoque facto, & abſque eo quod ſententia declaratoria præceſſerit, in Curia, juxta Decretum Eminentiſſimi Urbis Vicarii, inducitur, ſi ſtatuto tempore quis non ſe conferat ad reſidentiæ locum. 126

Romana prætenſæ Erectionis Monaſterii.

VOTUM XXI.

Monaſterii erectionem à Teſtatore demandatam, ſi Bona in eam cauſam deſignata non ſufficiant, ex aliis Bonis hereditariis perficere non tenetur Eccleſia heres ſubſtituta cum onere convertendi reliqua eadem Bona hereditaria in ornatum Eccleſiæ, alioſque uſus pios, quorum derogationem, vel commutationem Teſtator omninò prohibuit, ſed ipſa Eccleſia, ex facultatibus Fabricæ S. Petri admitti poteſt ad honeſtam compoſitionem. Deſignatio certæ rei in aliquod Opus pium à Teſtatore facta, an demonſtrationis gratiâ intelligenda ſit, ità ut heres, quod pii Operis perfectioni deeſt, ſupplere teneatur, fusè expenditur. 131

Piſtorien. Beneficii.

VOTUM XXII.

Juspatronatus eſſe hereditarium, probatur ex inſtrumento fundationis, ex obſervantia ſubſecuta, & ex Patronorum confeſſione. Juspatronatus hereditarium, vigore præſentationum effectum gentilitium, ad primævam hereditarii naturam redit ex eo, quod Patroni tranſigant ſuper diviſione inter eos exercitii juris præſentandi alternis vicibus, ad normam *Clement. Plures*. 144

Romana Penſionis.

VOTUM XXIII.

Confidentiæ crimen in Penſionis translatione inter Patruum transferentem, & nepotem præſumendum non eſt, licèt ille diù in Penſionis exactione continuaverit, præſertim, ſi ſummæ dignitatis, & integritatis vir eſset, translatarius verò vix pubes, amboque ſeorſim degerent remotis in locis. Penſionis translatio, quæ aliter, quàm ex delicto irrita ſit, non abdicat jus, nec poſſeſſionem à transferente. 149

Piſtorien. Subſidii Dotalis.

VOTUM XXIV.

A Legato ſubſidii dotalis relicto puellis, Deo in Monaſterio dicandis, non arcetur puella, quæ extra Patriam Teſtatoris Religioſum vitæ inſtitutum amplecti velit, præſertim, quando Teſtator noluit puellas, ſubſidio dotali fruituras, cogere, ut profiterentur in Monaſterio herede inſtituto. Non tamen conſequi poteſt illud ſubſidium ultra eam quantitatem, quæ in Teſtatoris Patria ſolvi conſueverit, neque etiam alimenta, aliudve pinguius ſubſidii genus, ad quod Teſtator invitaverat puellas, Religioſum habitum ſuſcepturas in Monaſterio à ſe dilecto, & herede inſtituto. 152

Januen.

VOTUM XXV.

Legatum dotis pro puella ſpirituales nuptias initura, comprehendit etiam veſtes, apparatus, idque omne, quod ſub vulgari *Acconcii* vocabulo continetur; munera item Monialibus dari ſolita à puella, quæ Monaſterium ingreditur. 161

Juriſpatronatus.

VOTUM XXVI.

Modus probandi Juſpatronatus Potentium, à Sacro Concilio Tridentino præſcriptus, ſervari debet, etiamſi Beneficia ſita ſint in iis locis, quorum Ordinarii eſſe ſoleant S.R.E. Cardinales: nec aliter modus iſte ſervari poteſt, quàm ſi de immemorabili, vel centenaria quaſi poſſeſſione Juriſpatronatus doceatur per teſtes, vel per ſcripturas, ac præterea de duabus ſaltem præſentationibus, quæ per publicas, & authenticas ſcripturas, de actu ipſo præſentationis confectas, appareant, ac ſpatio 50. annorum effectum ſortitæ fuerint. 163

FERDINANDI
DE VALENTIBUS

S. Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ Advocati

DE REBUS AD JUS ECCLESIASTICUM PERTINENTIBUS.

Æsina Exemptionis.

Ecclesiæ constructæ in solo Lateranensi, ex Pontificiis Privilegiis, omnimodâ exemptione gaudent; Neque ex facta in his preservatione Jurium Parochialium, præservata Parochis censenda est facultas, ut confessiones in iisdem Ecclesiis cumulativè cum earum Rectoribus valeant excipere; Quænam autem jurium Parochialium nomine venire intelligantur?

VOTUM PRIMUM.

1 *Ecclesiæ constructæ in solo Lateranensi omnimodà exemptione gaudent à Jurisdictione Episcopi.*
Intellige, dummodò ipsius accesserit licentia, num.45., sed vid. num.46.

2 *In Ecclesia exempta Parochus nullas Ecclesiasticas functiones exercere potest.*

3 *Exemptus æquiparatur extraneo, & pro non subjecto habetur.*

4 *Privilegia Pontificia, exemptionem concedentia Ecclesiis, in solo Lateranensi constructis, expressè jura parochialia præservarunt.*

5 *Ecclesiæ fundatæ intra limites Parochialium, subditæ his non sunt, neque ab eis dependent, nisi ex Lege fundationis, aut legitimâ consuetudine, seù aliàs specialis earum subjectio probetur,* & num. 6. & 10.

6 *Sola Cathedralis Ecclesia id præcipuum habet ut eidem subsint ceteræ inferiores Ecclesiæ.*

7 *Parocho, quum non agitur de parochialibus juribus, nulla de Jure potestas est in Ecclesiis, intra limites Parochialis existentibus.*

8 *Eòque minùs in Ecclesiis exemptis.*
Parochialia autem jura quænam dicantur? nu. 11., *& quæ non?* num.15. & seq.

9 *Ecclesiæ exemptæ, licèt sint intra Parochiam, ejusque fines, non tamen dicuntur de Parochia, nec sub illa comprehenduntur,* & n.19.

11 *Parocho assistentia juris quoad inferiores Ecclesias suffragatur solùm, ut parochialia consequatur emolumenta, & Sacramenta suis Parochianis administret.*
Non etiam, ut cumulativè in eisdem Ecclesiis confessiones excipiat, num.15., & 18.
Procedit maximè in Ecclesiis exemptis, nu.19. & 47.

12 *Ad Parochos, præter parochialia jura, nil de jure pertinet super minoribus Ecclesiis.*

13 *Præsertim, ubi non de privatis Oratoriis, sed de publicis agitur Ecclesiis.*

14 *Quod verò privata Oratoria Parocho subjecta sint, id* Sacrarum Congregationum *declaratione indigere, ait* Card. de Luc. de Paroch. disc.31. num.4. & 5.

16 *Confessionis Sacramentalis administratio in omnibus Christiani Orbis Ecclesiis, omnibusque Presbyteris, ab Ordinario adprobatis, à jure, sive consuetudine permissa est,* & num.19.
Eaque non enumeratur inter jura, & functiones parochiales, ibid.

17 *Sacramenta à proprio Parocho recipere Christi fideles tenentur solùm in Paschali solemnitate.*

20 *Parochus in Ecclesiis, aut personis, sibi non subditis, nequit invitis illarum Rectoribus, con-*

confessiones propriâ auctoritate excipere

21 *Ecclesiarum Regularium Superiores possunt ad confessiones audiendas in subsidium advocare Seculares Presbyteros.*

22 *Iis tamen renuentibus, nec Parochus, nec Sacerdos quilibet, licèt pro universa Diœcesi ab Episcopo adprobatus, valet in iisdem Ecclesiis confessiones audire.*

23 *Privilegia Pontificia præservantia Parochis jura eorum parochialia super Ecclesiis in solo Lateranensi constructis, non debent intelligi etiam de jure excipiendi in iis confessiones.*

24 *Aliàs dici deberent exemptionem, iisdem Ecclesiis concessam, reddidisse irritam.*

25 *Ecclesiis in solo Lateranensi fundandis accedere debet Ordinariorum licentia.*

26 *Ecclesiæ ejusmodi non aliter Ordinariis subesse dici debent, quàm compatibiliter cum privilegio exemptionis, eisdem impartito.*

27 *Super Ecclesiis exemptis Episcopis jus delegatum præservatum fuit.*

30 *Exemptio, ut quid operetur, aliud ultra id, quod liceret, debet conferre.*

31 *Clausula* = sinè præjudicio Parochiæ = *adponi solita in privilegiis exemptionum, Ecclesiis concessarum, intelligenda est de parochialibus dumtaxat emolumentis, deque functionibus, ad Parochum ratione pastoralis curæ pertinentibus.*

32 *Quæ emolumenta sunt Decimæ, Oblationes, Quartæ funerales, aliaque his similia.*
In actibus verò, à pastorali cura non dependentibus, liberæ effectæ eædem Ecclesiæ censendæ sunt, num.57.

33 *Clausula* = sinè præjudicio Parochiæ = *in privilegiis Cistercienſium, intelligitur de exactione Decimarum, & Primitiarum.*
Et quænam sint privilegia ejusmodi? ibid.

34 *Sub clausula* = salvâ tamen justitiâ Ecclesiarum Parochialium = *venit Quarta funeralis, & administratio Sacramentorum Eucharistiæ, Viatici, ac extremæ unctionis, & levatio Cadaveris è domo Defuncti.*

35 *Clausula* = sinè præjudicio jurium Parochialium= *in privilegiis exemptionum nequit censeri adposita ad quæcumque jura Parochi præservanda, sicque ad destruendam exemptionem ipsam.*

36 *Sed cum ea compatibiliter debet intelligi, &* vid. nu.31. 37. & seq., ac præsertim nu.46.

38 *Exceptio ex* Cicer *facit, ne liceat: & ibi necesse est licere, ubi non est exceptum.*

39 *Parochi jus si in aliqua specie actuum præservatum fuit, in reliquis penitùs sublatum censetur.*

40 *Super Ecclesiis, in ejus solo constructis, Ecclesiæ Lateranensi plenum jus, dominium, merumque, ac mixtum imperium tributum fuit ex* Bonifacii 9. Bulla, *cujus hìc verba referuntur*, vid. num.42.

41 *Earumdem Ecclesiarum immediata subjectio ipsi Lateranensi Ecclesiæ, cujuscumque alterius superioritatem excludit*, & num.43.

44 *Atque ex pleno ejusmodi dominio, eidem Ecclesiæ concesso, privativa in ipsam jurisdictio censetur translata.*

48 *Parochum posse, invitis Rectoribus Ecclesiarum exemptarum, confessiones in iis excipere, nimis aberrat à juris regulis.*

ECCLESIA Sanctæ Mariæ Castri S. Marcelli Æsinæ Diœcesis constructa reperitur in solo Lateranensi, ideòque gaudet omnimodâ exemptione, istiusmodi Ecclesiis speciali privilegio concessâ à *Bonifacio IX.*, deindèque instaurato à *Sixto V.*, ut ex ejusdem 1
Bulla, inter *impress.* 19. *Bullar. tom.* 2., quam exemptionem agnovit, plurieſque canonizavit *Sac. Rota*, juxtà concordantes Resolutiones, quę afferri possent, ex quibus satis sit retulisse *decis.* 185. *part.* 15. *rec.*, si autem dicta Ecclesia est exempta, Parochus nullas Ecclesiasticas functio- 2
nes in illa exercere potest, *Canon. placuit, & Canon. Episcopus in Diœcesi caus.*7. *quæst.*1. *cap. nullus de Paroch.*, *Card. de Luc. de Paroch. disc.*31., *Rot. coram bo. me. Emerix. decis.* 1192. *num.* 2., exemptus enim æquiparatur extraneo, & pro non subjecto habetur, ideòque subesse nequit jurisdictioni illius, à cujus superioritate solutus 3
fuit, juxtà concordantia jura relata apud *Thabor. axiom. jur. lib.*5. *cap.*36. *axiom.*1.

Quamobrem nullo jure Parochus sibi vindicare contendit facultatem audiendi confessiones in nostrâ Ecclesiâ, eo sub obtentu, quod Ponti- 4
ficia privilegia expresè præservent jura, Parochis competentia, hi autem cum ob juris assistentiam confessiones audire possint in qualibet suæ Diœcesis parte, per consequens hujusmodi facultas eisdem in Ecclesia quoque nostra præservata censenda sit vigore generalis præservationis jurium omnium parochialium proficiscentium à juris assistentia.

Simile enim argumentum corruit in suppositio, sive antecedenti, & non concludit in suo consequenti, non subsistit siquidem in suppositio, quia, inspecta solâ Juris communis censurâ, assistentia Juris Parocho non suffragatur, nec respectu Ecclesiæ, nec respectu exercitii, sivè actus audiendi in eadem Confessiones Sacramentales.

Quod attinet ad Ecclesiam, certum est, quod Ecclesiæ fundatæ intrà limites Parochialium, 5
subditæ non sunt, neque ab illis ullo pacto dependent, nisi ex Lege fundationis, aut legitimâ consuetudinè, seù aliàs Parochi specialem probent subjectionem, cum sola Ecclesia Cathedra- 6
lis id præcipuum habeat, ut eidem subsint ceteræ inferiores Ecclesiæ, Parochialis verò, si, præter Jura parochialia, aliquod jus in alienâ Ecclesiâ sibi vindicare contendat, illud speciali privilegio sibi competere, probare debet, *Card. de Luc de Paroch. disc.*31. *num.* 6., ubi sequitur *Rot. coram Coccin. d. dec.*2089. *num.*10.; Quod si mero jure inspecto; quando non agitur de fun- 7
ctionibus parochialibus, Parocho potestas nulla est in hujusmodi Ecclesiis, quantò minùs jus 8
nullum sibi arrogare poterit in Ecclesiis exemptis, qualis est nostra, quæ, licèt sitę sint intrà Parochiam,

chiam, ejusque fines, non tamen dicuntur esse
9 de Parochiâ, neque sub illâ comprehenduntur, ideòque adversùs easdem Parocho non suffragatur assistentia Juris, nisi probet suam quasi pos-
10 sessionem, *Panimoll. dec.5. num.*20., ubi dicit, id procedere tàm de jure, quàm ex resolutionibus *Sac. Congreg. Concilii*, *& Rituum*, *Rot. coram bon. mem. Emerix dec.*1192. *num.*7.

Assistentia itaque Juris Parocho rectè suffraga-
11 tur pro consequendis emolumentis parochialibus, & Sacramentis administrandis suis Parochianis, *Panimoll. annotat.*10. *ad decis.*1. *num.*1., *Rot. coram bon. mem. Emerix. d. dec.*1192. *n.*4., his exceptis, ut inquit *Calderin. cons. 6. num.*1. *de Relig. Domib.*, Jure cautum non reperitur, in quo Parocho teneatur Cappella constructa in ejus Parochia, &, ademptis juribus parochialibus, ni-
12 hil de jure ad Parochos pertinet super minoribus Ecclesiis, ut post *Innocentium*, aliosque antiquiores, dixit *Rot. coram Coccin. d. dec.* 2089. *num.*12. *& seqq.*, *& num.*18., ubi ait = *quod Parochi nihil agere habeant in dd. Ecclesiis* = certiùs in casu nostro, quia non agitur de Oratoriis Confraternitatum, aut ad alium privatum usum de-
13 stinatis, sed quæstio est de Ecclesia publicâ, in quâ Præsbyteri, eidem deservientes, nullum sibi arrogant jus parochiale, ibidemque functionem nullam Parochialem exercere præsumunt, sed ea tantùm peragere solent, quæ ad Divinum cultum promovendum, pietatisque opera exercenda conferunt, ut benè distinxit *Card. de Luc. d. disc.*31. *num.*4. *&* 5., *Rot. d. dec.*2089. *n.*26., hanc distinctionem inter privatum Oratorium,
14 & Ecclesiam adprobans quoad illam partem, quę favet publicæ Ecclesiæ, & declaratione Sacrarum Congregationum indigere dicens aliam partem, quæ privata Oratoria Parocho subjicit.

At verò, si Parochus intentionem suam fundare nequit in assistentia Juris adversus Ecclesias inferiores intrâ limites Parochiæ suæ constructas, minùsque adversus exemptas, eò quia in illis præter jura Parochialia, nihil agere habeat, & in Jure cautum non reperiatur, in quo minores Ecclesiæ teneantur Parochis, emolumenta dumtaxat parochialia consequi, & functiones parochiales exercere valentibus, assistentiam Juris eisdem suffragari, neque etiam po-
15 terit pro confessionibus in Ecclesia nostra audiendis, nam, cum certum sit, quod elevatio
16 Sedis Confessionalis, & administratio Sacramentalis Confessionis, à Jure, sive consuetudine permissa in omnibus Christiani Orbis Ecclesiis, omnibusque Presbyteris, ab Ordinario adprobatis non enumeretur inter Jura, & functiones parochiales, ut probat *Abb. in rubr. de Paroch. num.*2., *Tondut. resol. Benefic. cap.*63. *num.*23., *Card. de Luca de Paroch. dict. disc.* 31. *num.* 8., *Barbos. de jur. Eccles. univers. lib.*1. *cap.* 20. *nu.* 43. *& seqq.*, *Rot. dict. decis.*2089. *numer.*13. *& seqq.*, *Rot. coram Emerix decis.*1192. *num.* 4. *in Romana Oratorii inter collectas post Antonell. de jur.*, *& oner. Cleric. decis.*17. *num.*10., eam afferens rationem, quod nempè Christifideles in solemnitate dumtaxàt Paschali Sacramenta à proprio Parocho recipere teneantur, & per con- 17
sequens in reliquo omni tempore, ceteriisque festivitatibus eis adire liceat quemcumque approbatum Sacerdotem, sive secularem, sive regularem, qui eisdem Sacramentum pœnitentiæ, & Eucharistiæ in alia Ecclesia, quàm Parochiali administret, dicendum est, Juris assistentiam 18
non tribuere, aut præservare Parocho facultatem audiendi Confessiones in Ecclesia nostra, ut prosequitur *Rot. dict. decis.*2089., *& Cardin. de Luca de Paroch. dict. disc.*31., certiùs in casu nostro, in quo agitur de Ecclesia exempta, quæ, ut diximus, non est de Parochiâ, neque sub Parochia comprehenditur, ideoque, si Parochus in aliis minoribus Ecclesiis, in sua cete- 19
roquin Parochia constructis, nihil agere debet, multò minùs facultatem excipiendi Confessiones sibi arrogare poterit in Ecclesia exempta, quæ extrâ Parochiam esse dicitur, nam, ut benè notavit *Van. Espen. in jus Eccles. univers. tom.*1. *part.*2. *tit.*6. *cap.* 6. *num.* 9. *& seqq.*, cum Parochorum potestas excipiendi Confessiones extrâ propriæ Parochiæ fines, & in Ecclesiis, aut à 20
Personis sibi non subditis non profluat ex ipsa cura Pastorali hinc fit, ut, invitis illarum Rectoribus, & sinè eorum consensu hanc auctoritatem sibi jure proprio asserere nequeant, idque confirmatur exemplo Ecclesiarum Regularium, quarum Superiores licèt in subsidium advocare possint ad audiendas Confessiones Presbyteros seculares, attamen nemo non scit, quod nec Pa- 21
rochus, nec quilibet alius Presbyter, tametsi ab Episcopo adprobatus pro universâ suâ Diœcesi, illis renuentibus, Confessiones in Ecclesiâ regu- 22
lari, & exemptâ audire potest.

Constabilito his omnibus, quod assistentia juris Parocho suffragari nequeat in Ecclesiis speciali jure sibi non subjectis, minùsque in exemptis tametsi intrà propriæ Parochiæ fines ædificatis, cum illa jus nullum Parocho tribuat pro exercitio actuum, eorumque jurium, quæ inter parochiales non recensentur, qualem esse probavimus actum audiendi Confessiones, necessariò corruit consequens, ex hujusmodi falso antecedenti deductum, & inefficax dignoscitur clausula præservativa jurium parochialium, quà munita sunt Privilegia concedentia exemptionem Ecclesiis erectis in solo Lateranensi; si enim 23
assistentia juris Parocho prodest quoad jura, & functiones parochiales, si inter has non recensetur exceptio Confessionis Sacramentalis extra tempus Paschale, quâ justâ ratione affirmari poterit, quod sub dictâ clausulâ præservativâ comprehensus censeatur istiusmodi actus, qui non est de functionibus parochialibus? Et rursus, si exemptio abstulisset Parocho id tantùm, quod illi tribuebat juris assistentia, & superioritas ob pastoralem curam eidem competens in Ecclesias sibi subditas; clausula verò salvis juribus parochialibus, præservavit jura illa, quæ ceteroquin illi abstulisset exemptio, plenariè & sinè ullâ limitatione concessa, consequens est, quod in hujusmodi præservatione comprehensa dici nequeat facultas audiendi Confessiones in

24 Eccleſiis exemptis, aut Parocho non ſubjectis, alioquin dicta præſervatio, præter jura parochialia, præſervando cetera etiam alia jura, tollerent omnem exemptionem, irritumque penitus redderent Pontificium Privilegium, ut benè ad rem noſtram, & quidem in fortioribus terminis ratiocinatur *Rota deciſ. 185. num. 6., & 7. part. 15. rec.*, ubi examinans modificationem privilegii *Bonifacii IX.*, factam à *Sixto V.*, qui
25 mandavit, ut in fundandis dictis Eccleſiis accederet licentia Ordinariorum, & Loca erigenda cum perſonis ſubeſſent iiſdem Ordinariis, ait,
26 hujuſmodi ſubjectionem intelligendam eſſe compatibiliter cum privilegio exemptionis, dictam modificationem intelligendo relativè ad jus delegatum, & ex *Sacroſ. Tridentinæ Synodus* cenſurâ Epiſcopis præſervatum adverſus Eccleſias
27 exemptas.

Immò, ſi præſervatio jurium parochialium inſerta noſtris privilegiis non intelligeretur de juribus merè parochialibus, ſed extenderetur ad ceteros omnes actus, quos Parochus exercere poteſt in ſua Parochia, tametſi facultas illos exercendi, veluti à ſua cauſa, immediatè non profluat ex ipſa curâ Paſtorali, Eccleſia noſtra, ceteroquin donata amplis privilegiis, eſſet deterioris conditionis, quàm ceteræ Eccleſiæ inferio-
28 res, quæ, demptis juribus parochialibus, nullo pacto dependent à Parocho, qui nihil in illis agere poteſt, ut alibi probavimus, & Privilegia Pontificia prærogativam nullam tribuiſſent Eccleſiis conſtructis in ſolo Lateranenſi; non enim Presbyteris, eiſdem deſervientibus impartirentur facultatem excipiendi Confeſsiones, cum eam habeant à jure, ſive à conſuetudine,
29 toto Chriſtiano Orbe receptâ, ut probat *Van. Eſpen. in jus Eccleſ. univerſ. tom. 1. part. 2. tit. 6. cap. 6.*, *Rot. deciſ. 17. num. 10. poſt Antonell. de jur.*, *& oneribus Cleric.*, & alibi paſsim, ideoque, ut exemptio aliquid operetur illi conferrè non debet id ſolùm, quod de jure liceret, *Cap.*
30 *in his 30. de Privileg.*, ſed tribuere debet facultatem penitùs ſubmovendi Parochos, quibus clauſula *ſinè præjudicio* prodeſt ad effectum dumtaxat conſequendi emolumenta parochialia, & exercendi functiones illas, quæ, velu-
31 ti à ſuâ cauſâ, immediatè dependent ab adminiſtratione Sacramentorum, & curâ Paſtorali.

Et quidem dictam clauſulam præſervativam jurium parochialium, adponi ſolitam in omnibus exemptionum privilegiis, intelligendam eſſe de emolumentis dumtaxat ad Parochum pertinentibus ratione curæ Paſtoralis, vi-
32 delicet de Decimis, Oblationibus, Quarta funerali, aliiſque ſimilibus juribus, docuit *Innocent. in cap. in his de Privileg.*, *Joan. à Cruce de ſtatut. religion.*, *& Privileg. &c. lib. 2. cap. 5. dub. 6. concluſ. 2. fol. mihi 696.*, ubi loquendo de privilegiis conceſsis Ciſtercienſibus conſtruendi in ſuis Granciis, & aliis Locis Monaſterii, Cappellas, Eccleſias, & Oratoria, & in eiſdem ſinè Ordinarii, vel alterius licentiâ Miſſas, & Divina Officia celebrandi, Vaſſallorum, Conorum, & Incolarum ibi commorantium Confeſſiones audiendi, pœnitentias injungendi, Euchariſtiam, & alia Sacramenta ſine Pa- 33
rochiæ præjudicio per Monaſteriorum Abbates, & ſuos Monachos ad id deputatos miniſtrandi, ait, Parochiæ præjudicium intelligi quoad exactionem Decimarum, & Primitiarum, quæ ſolent Clericis exhiberi, & tradunt etiam *Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. diſput. 18. quæſt. 6. num. 8.*, *Pignatell. conſult. 215. num. 18. tom. 4.*, *Lezzan. oper. moral. tom. 2. in verb. clauſula num. 63. fol. mihi 115.*, *Bordon. var. reſolut. part. 2. reſolut. 51.*, qui agens de aliâ ſimili clauſulâ *ſalvâ tamen juſtitiâ Eccleſiarum Parochialium*, di- 34
cit, hoc nomine venire quartam funeralem, & adminiſtrationem Sacramentorum Euchariſtiæ Viatici, & extremæ unctionis, & levationem cadaveris è domo Defuncti.

Nec aliter dictam clauſulam intelligi poſſe, apertè ſuadet convincens ratio deducta ex ſubjecta materia tum ex ceteris partibus noſtrorum Privilegiorum; cum enim ageretur de conceſſio- 35
ne exemptionis, clauſula illa *ſinè præjudicio jurium parochialium* adjecta cenſeri minimè poteſt ad præſervandam quamcumque Juriſdictionem, & quæcumque Jura Parochi, & ſic ad deſtruendam totam ſubſtantiam exemptionis, quæ noſtris Eccleſiis concedebatur, ſed cum eadem præſervare non poſſint præjudicia expreſſa, & neceſſariò reſultantia ab expreſſis, refertur ad præjudicia illa dumtaxat, quæ compatibilia ſunt cum conceſſione exemptionis, *Gratian. diſcept. forenſ. diſcept.* 36
867. num. 20., *Barboſ. de clauſ. clauſ. 157. num. 1.*, *& 3.*, *Rot. deciſ. 103. num. 6.*, *& ſeqq. part. 19.*, *coram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 975. num. 6. & 7.*, *in Barchinonen. Parochialis del Prat. 13. Junii §. final.*, *& 2. Decembris 1695. coram bon. mem. Urſino*, *& 27. Junii 1696. coram R. P. D. Priolo, in Fulden.*, *ſeù nullius Juriſdictionis 28. Junii 1700. §. Clauſula ſinè præjudicio verſ. dicendum ergo coram de la Tremoille*, ideoque intelligi nequit, illius vigore Parocho præſervatam fuiſſe ſuperioritatem omnem adverſus dictas Eccleſias, eaſdemque illi ſubjectas remanſiſſe, ſed è contrario exemptas, & plenè liberas effe- 37
ctas fuiſſe quoad omnia alia jura, & exercitium aliorum actuum, qui immediatè non promanant à curâ paſtorali, ſi enim hi ſoli in privilegio exemptionis præſervati reperiuntur, reliqui Parocho prohibiti cenſentur, nam, ut ait *Cicero pro Lucio Corvelio Balbo, ſi exceptio facit* 38
ne liceat, ibi neceſſe eſt licere, ubi non eſt exceptum, & ſi jus Parochi in aliqua tantùm ſpecie actuum, & jurium præſervatum legitur, in reliquis penitùs ſublatum cenſetur, *ad Text. in* 39
leg. cum præter ff. de Judic., *Rota coram Dunoz. jun. deciſ. 812. num. 26.*, *deciſ. in recent. deciſ. 762. numer. 11. part. 18.*, *in dicta Fulden.*, *ſeù Nullius Juriſdictionis loco mox citato*.

Id confirmat expreſſus tenor Bullæ noſtrorum privilegiorum, in quibus ſancitur, quod Eccleſiæ, Monaſteria, Conventus, & Beneficia fundata, & conſtructa in ſolo Lateranenſi = *permaneant*, *& ſint*, *ac etiam debeant*, *& cenſeantur* 40
imme-

immediatè ſubeſſe ſub veſtris dominio, protectione jurisdictione, defenſione, auctoritate, & poteſtate, & earum plenum jus, ac dominium, merumque, & mixtum imperium, nec non inſtitutio, deſtitutio, collatio, proviſio, præſentatio, & quævis alia diſpoſitio ad vos ſolùm, & in ſolidum pertineat in perpetuum, atque ſpectet = ſunt verba *Bullæ Bonifacii IX.*, inſtauratæ à *Sixto V.*, quibus verbis cum dictæ Eccleſiæ ponantur ſub immediato dominio, protectione, & juriſdictione Eccleſiæ Lateranenſis, cui plenum jus, dominium, merumque, ac mixtum imperium, in
41 illas tribuitur, hæc immediata ſubjectio excludit cujuſcumque alterius ſuperioritatem, cum nullum admittat medium, ut in ſimili tradit *Rota coram Seraph. deciſ.* 1025. *num.* 3., *& ſeqq.*, *coram Carill. deciſ.* 149., *& deciſ.* 159., *coram Peuting. deciſ.* 12. *num.* 16., & in Capitulum
42 translatum dicitur imperium omne, & poteſtas in Eccleſias ſibi ſubjectas, per *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 24. *mum.* 114., *& duobus ſeqq.*, *Pignatell. conſult. Canon.* 85. *num.* 8. *tom.* 5., *Van. Eſpen. de jur. Eccleſ. univerſ. part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 5. *num.* 18., *Jacob. de Graſſis deciſ. aur. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27., *Rota coram Bich. deciſ.* 459. *num.* 4., *& 5.*

Et rurſus, cum Summus Pontifex voluerit, juriſdictionem omnem, dominium, jus, merumque imperium ad ſolùm Archipresbyterum, &
43 Capitulum pertinere, non ſolum ex mente concedentis, quæ ſufficeret, ſed expreſſis verbis excluſus cenſetur omnis cujuslibet alterius per-
44 ſonæ concurſus, *Rota coram Bich. deciſ.* 448. *num.* 7., & in Archipresbyterum, & Capitulum juriſdictio, vel privativa translata, *Rot. cor. eodem Bich. deciſ.* 474. *num.* 13.

Et demum ſummoperè urgere videtur pars illa Bullæ, in qua Sixtus V. modificando privilegium Bonifacii IX. ſancivit, ut alibi diximus, quod dictæ Eccleſiæ eſſe deberent ſub omnimoda juriſdictione, dominio, & imperio Lateranenſis Eccleſiæ = *dummodo Epiſcoporum, in quorum Civitatibus, ſeù Diœceſibus illæ fuerint, li-*
45 *centia expreſſa ad hoc accedat, Eccleſiæque & alia, ut præfertur, fundanda, erigenda, ædificanda, & dotanda, atque illa pro tempore obtinentes libertatis, immunitatis, & exemptionis privilegium aliquod à juriſdictione, & ſuperioritate ipſorum Epiſcoporum, aliterve contra formam Decretorum, & Ordinationum Sacri Concilii Tridentini, propterea non acquirant* = at verò, ſi, licèt verba illa prohibentia, acquiri privilegium aliquod exemptionis à juriſdictione Epiſcopi, excludere viderentur quamcumque
46 minimam exemptionem, per ea, quæ tradit *Rota coram Bich. deciſ.* 459. *num.* 4., *& ſeqq.*, *deciſ.* 174. *numer.* 2. *part.* 17., *in Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. *§. Urbanus autem coram bon. mem. Bourlemont*, nihilominùs, *Sacra Rota in deciſ.* 185. *num.* 6. *& ſeqq. part.* 15. cenſuit, eadem interpretanda eſſe compatibiliter cum exemptione, quantò potiori jure clauſula illa = *jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & aliàs cujuslibet in omnibus ſemper ſalvo* =, ita erit intelligenda, ut concilietur cum privilegio exemptionis tum quia dicta clauſula ſuâptè naturâ refertur ad præſervationem emolumentorum dumtaxat, & jurium Parochialium tum etiam quia ſub eadem clauſula præſervantur jura etiam aliorum, ideoque, ſicuti præſervatio jurium aliis competentium officere nequit exemptioni, ita etiam eamdem tollere minimè potuit præſervatio jurium parochialium.

Quæ cum ità ſint, vana prorſus dignoſcitur prætenſio Parochi cumulativè cum Presbyteris noſtræ Eccleſiæ, in eadem excipiendi Confeſſiones Sacramentales, quia cum tàm quoad lo- 47
cum, quàm quoad hujuſmodi actus exercitium nullam habeat aſſiſtentiam juris, ſed hæc illi faveat quoad emolumenta, & exercitium jurium parochialium, inter quæ non comprehenditur actus audiendi Confeſſiones, cum ſub clauſula præſervativa, illa dumtaxat comprehendantur, eiſdemque ſolummodò exceptis, ſummus Pontifex voluerit, Eccleſias, de quibus eſt quæſtio, immediatè ſubjectas eſſe juriſdictioni, & imperio Lateranenſis, dicendum eſt, quod, ſubmotis ab eo Parochis, illas ab ejus ſuperioritate abſolverit, alioquin ſequeretur abſurdum, quod, ſi dictarum Eccleſiarum Rectores in illis nec Sedes Confeſſionales habere, nec fidelium Confeſſio- 48
nes excipere vellent, nihilominùs, ipſis invitis, liceret Parocho, qui in eiſdem Confeſsionalem ſedem erigendo, Sacramentale Tribunal conſtitueret in Eccleſia, & in loco penitus à ſuâ exempto, & alterius juriſdictioni immediatè ſubjecto, id autem nemo non videt, quantum ab univerſis juris noſtri regulis aberret.

Averſana Juriſpatronatus.

Juſpatronatus tàm activum, quàm paſsivum relictum ſibi, nec non filiis, & Deſcendentibus, ita tamen ut Maſculi fœminis præferrentur, ac deindè quoad jus præſentandi ab eodem Fundatore in aliâ diſpoſitione, Ordinarii auctoritate communitâ, reſervatum ſibi, & heredibus, ac ſucceſſoribus, datâ etiam prærogativâ ſexus, hereditarium cenſendum eſt, ac propterea pinguius effectum in eo, in quem plures primorum heredum voces hereditario titulo coaluerunt, præſertim, quando plures ſubſecutæ, eæque Fundatoris morti magis proximę preſentationes factę fuerint à Patronis velut heredibus, & pro quotâ hereditatis: Maſculorum prælatio, quando agnationis votum deficit, intelligenda eſt in pari gradu, vel ſaltem in eâdem lineâ, in quam ingreſſum eſt juſpatronatus. Ultimus ſtatus, quando Patronis noceat?

VOTUM II.

1 *Diverſam naturam diverſæ quoque proprietates, & paſſiones conſequuntur.*

2 *Juſ-*

2 *Juspatronatus reservatum filiis, & Descendentibus, gentilitium dicitur.*
3 *Uti etiam reservatum certo generi personarum sive suæ, sive alienæ familiæ.*
4 *Præsertim, si, iis deficientibus, vocentur heredes etiam extranei.*
5 *Verbum* heres *ab Ascendente prolatum, quod intelligatur de filio, novum non est.*
6 *Sive in fideicommissis, sive in feudis,* & num. 60. & 65.
7 *A feudo ad juspatronatus optimum est argumentum.*
8 *In jurepatronatus appellatione heredis intelligitur heres sanguinis.*
9 *Jurispatronatus gentilitii qualitas ex vocatione suorum heredum, & successorum mutata non præsumitur.*
10 *Aut saltem dicendum est juspatronatus mixtum constitutum.*
11 *Interpretatio ea sumi debet, quâ minùs recedi videatur à priori dispositione.*
12 *Voluntatis mutationem Lex non præsumit.*
13 *Interpretatio voluntatis sumenda est ex priori dispositione, licèt non solemni, & effectum non sortita.*
14 *Heres, sive successor cum discretione sexus, & qualitate masculinitatis, intelligitur de herede sanguinis,* & nu. 61.
15 *Etiamsi agatur de re ad extraneos heredes transitoria.*
16 *Qualitas hereditaria jurispatronatus gentilitiam non tollit.*
17 *In jurepatronatus, utpotè individuo, fit locus juri non accrescendi.*
18 *Jurispatronatus mixti successio superstitibus defertur ex judicio, & providentiâ Fundatoris.*
19 *Jurispatronatus mixti successionem intervertere nequit successor intermedius.*
20 *Sicut nec successionem feudi.*
21 *Jurispatronatus mixti dispositio fieri nequit inter ipsos vocatos.*
22 *In feudo, sive emphyteusi solus primus adquirens in præjudicium vocatorum disponere potest, unum ex iis præeligendo.*
23 *Idemque obtinet in jurepatronatus.*
24 *Jurispatronatus successio defertur juxta regulas fideicommissi, feudi, & emphyteusis.*
25 *A fideicommisso, feudo, & emphyteusi ad juspatronatus, & è contrâ valet argumentum.*
26 *Juspatronatus, deficiente unâ linea Agnatorum, ad illud simul vocatorum, consolidatur in alterâ.*
27 *Patronus suam partem, nisi quoad vixerit, uni ex aliis Compatronis donare nequit.*
28 *Intellige, si agatur de jurepatronatus non merè hereditario.*
29 *Juris ab ipsa Lege aliquibus reservati non potest inæqualis ab homine fieri dispositio.*
30 *Parentibus non licet uni filiorum dare, alium verò exhonorare.*
31 *In jurepatronatus gentilitio, sive mixto descendentes ex fœminis non admittuntur.*
32 *Præsertim, si Testator Masculos fœminis præferri, voluit.*
33 *Fœminâ à jurepatronatus exclusâ, excluditur, & ejus filius.*
34 *Filius in jurispatronatus successione melioris conditionis esse non potest, quam mater.*
35 *Causatum plus virtutis, quàm causa habere non potest.*
36 *Agnationis contemplatio ex Masculorum prælatione colligitur etiam in jurepatronatus.*
37 *Tametsi post Masculos vocentur fœminæ.*
38 *Agnationis ratio Masculum ex fœmina excludit.*
39 *Agnationis ratione deficiente, Masculus ex fœminâ sub appellatione Masculorum comprehenditur,* & nu. 145.
40 *Non tamen admittitur, concurrente Masculo agnato.*
41 *Masculus ex fœminâ descendens, extra familiam Fundatoris est constitutus.*
42 *Ultimus status, juxta quem præsentavit solus masculus exclusâ fœminâ, attendi debet.*
43 *Juspatronatus ex sui naturâ transitorium est ad heredes etiam extraneos,* & nu. 67.
44 *Heredis, & successoris nomen in jurepatronatus intelligitur etiam de extraneo,* & num. 66.
45 *Juspatronatus reservatum* heredibus, & successoribus, *gentilitium non est.*
46 *Præsertim, si addatur particula* in perpetuum, *sive* in infinitum.
47 *Beneficii fundatio, nondum interpositâ Ordinarii auctoritate, perfecta non est.*
48 *Sed accedente Ordinarii consensu, fit irrevocabilis.*
49 *Ordinarii adprobatio dicitur caussa efficiens, & constitutiva jurispatronatus.*
50 *Et absque eo non attenditur Fundatoris dispositio.*
51 *Beneficii fundatio illa sola agnoscitur, cui auctoritas Ordinarii accesserit.*
52 *Etiamsi adversetur priori,* & nu. 58.
53 *Erectionis scriptura non dicitur, cui auctoritas Ordinarii non accessit.*
54 *Jurispatronatus natura desumitur ex Ordinarii sententiâ, occasione erectionis interpositâ.*
55 *Adprobatio Ordinarii præpollet voluntati Fundatoris, præcedenter expressæ.*
56 *Juspatronatus gentilitium à primo adquirente mutari potest in hereditarium, & è contrâ.*
57 *Juspatronatus hereditarium à successoribus mutari potest in gentilitium, sed non è contrâ.*
59 *A primævâ jurispatronatus institutione nondum ab Ordinario probata Fundator potest recedere.*
62 *Argumentum à simili procedit, in his, in quibus res æquiparantur.*

63 Ar-

63 *Argumentum à simili est quædam inductio ab expresso ad tacitum.*
64 *Et cessat, quando uterque casus habet expressam juris dispositionem.*
68 *Juspatronatus* pro suis heredibus *transit etiam ad heredes extraneos,* & nu. 118.
69 *Juspatronatus gentilitium à Fundatore in hereditarium mutari voluisse, facilè præsumitur.*
70 *Juxta naturam actus quisque agere præsumitur.*
71 *Juspatronatus secundùm propriam ejus naturam à Fundatore constitui præsumitur.*
72 *Jurispatronatus propria natura est, ut sit hereditarium,* & nu. 84. & 109.
73 *Voluntatis correctio continenti non facilè præsumitur.*
74 *Secus tamen ex intervallo.*
75 *Vel si actus posterior principaliter tendat ad prioris dispositionis correctionem.*
77 *Voluntatis mutatio cum apparet, contrariis conjecturis locus non est.*
78 *A verborum proprietate sinè causà recedendum non est.*
79 *Dixisse nemo existimandus est, quod non priùs mente agitaverit.*
80 *Voluntatis non mutatæ præsumptione validior est altera, actum reducens ad suam naturam.*
81 *Præsumptioni reducenti actum ad suam naturam aliquando cedit verborum proprietas.*
82 *Dispositio rem ad suam naturam reducens, favorabilis est.*
83 *Juspatronatus, quoties gentilitium esse, indubitatò non constat, hereditarium præsumitur.*
84 *Juspatronatus passivum gentilitium esse potest, manente activo hereditario.*
85 *Fundator, de solo jurepatronatus activo variè disponens, de eo tantùm priorem voluntatem mutasse præsumitur.*
86 *Diversæ voluntatis argumentum est discretiva provisio.*
87 *Juspatronatus passivum gentilitium esse, activum verò hereditarium, frequens est.*
88 *Ex mutatione jurispatronatus activi, non infertur mutatio passivi.*
89 *Ad jurispatronatus gentilitiam qualitatem multùm confert Masculorum prælatio.*
90 *Non tamen sola sufficit.*
91 *Juspatronatus ex heredum, non autem agnationis mentione hereditarium esse, colligitur.*
92 *Masculorum prælatio sola innuit sexus prædilectionem.*
93 *Non autem agnationis, nisi alia concurrant,* & num. 126.
94 *Masculorum prælatio aliâ niti potest ratione, quàm conservandæ agnationis.*
95 *In jurepatronatus Masculi prælati censentur, ut saniori judicio præsentationis actus expleretur.*
96 *Præsentationes factæ cum qualitate hereditaria, non excludunt juspatronatus gentilitium.*
97 *Sicuti è contrà præsentationes factæ a Patronis, tamquam filiis, & Descendentibus; non excludunt juspatronatus hereditarium.*
98 *Observantia præsentandi cum qualitate hereditaria, & pro quota hereditatis declarat, juspatronatus esse hereditarium.*
99 *Jurispatronatus qualitatem gentilitiam, vel hereditariam observantia declarat,* & n. 107.
100 *Jurispatronatus qualitas hereditaria ex tribus præsentationibus effectum sortitis probatur.*
101 *Observantia morti Fundatoris proxima magis præsumitur conformis ejus voluntati.*
102 *Pro jurepatronatus hereditario ad inducendam observantiam sufficiunt duo actus effectum sortiti.*
103 *Immò etiam unicus.*
104 *Articuli non continent absolutam confessionem.*
105 *Validum tamen præbent adminiculum.*
106 *Enunciativa in antiquis probat præcipuè inter easdem partes.*
108 *Observantia, quæ favet qualitati hereditariæ jurispatronatus, alteri præferenda est.*
110 *Contra jurispatronatus qualitatem hereditariam interpretatio violenta est.*
111 *Observantia favens qualitati gentilitiæ jurispatronatus ex contrariis actibus redditur turbida.*
112 *Quod sufficit, ut juspatronatus hereditarium dicatur.*
113 *Posteris ex propriâ personâ vocatis neque expresè, neque tacitè Majores nocere possunt.*
114 *Observantia juspatronatus gentilitium in hereditarium mutare non potest, benè verò hereditarium in gentilitium.*
115 *Observantia jurispatronatus tamquam hereditarii ab heredibus impugnari nequit.*
116 *Juspatronatus quando gentilitium esse constat, contraria observantia non nocet.*
117 *Neque posterioribus vocatis nocet etiam millenaria præscriptio.*
119 *Fundatoris voluntas primis heredibus magis nota præsumitur.*
120 *Observantia dubiam voluntatem Fundatoris declarat.*
121 *Juspatronatus, licèt sit individuum quoad exercitium, tamen dividitur in tot voces, quot sunt primi heredes.*
122 *Et defertur per quotas hereditarias, ut alia Bona.*
123 *Juspatronatus in Regno Neapolis dividitur per uncias hereditarias.*
124 *Agnationis conservandæ voto existente, fœmina non admittitur, donec adest Masculus etiam remotior, & alterius lineæ.*
125 *Agnationis voto existente, inter Masculos omnes agnatos inducta censetur linearis reciproca substitutio.*
127 *Agnationis voto deficiente, Masculorum prælatio excludit fœminas, quoties illi sint in eodem gradu.*
128 *Vel saltem in eadem lineâ,* & num. 130.
129 *Agnationis votum in fideicommissis numquam*

quam præsumitur, sed in dubio potiùs contra eam respondendum est.

131 *Masculorum prælatio sumi debet in qualibet lineâ, in quam ingressum est juspatronatus,* & num.151., & 171.

132 *Nisi juspatronatus contineatur sub generali fideicommisso ordinato pro lineâ masculinâ tantùm.*

133 *Vel nisi juspatronatus reservatum fuerit dumtaxat pro Masculis.*

134 *Fœminarum generalis exclusio, & Masculorum prælatio non idem sunt.*

135 *De unà ad aliam lineam, quarum utraque ab uno Fundatore descendit, facilius datur transitus.*

136 *Lineæ ab uno Fundatore descendentes reputantur, tamquam unum corpus.*

137 *Intellige, ad dignoscendam substitutionem reciprocam linearum in fideicommisso agnatitio.*

138 *Juspatronatus pro totâ familiâ tamquam pro uno corpore cum prælatione Masculorum, propriè gentilitium est.*

139 *Juspatronatus pluribus heredibus relictum dividitur in tot lineas, quot sunt heredes.*

140 *Nec istæ confunduntur per modum unius.*

141 *Juspatronatus* pro filiis, & heredibus *lineare censetur, non per modum unius.*

142 *Ab jurepatronatus, ne fœminam Agnatus remotior excludat, in dubio judicandum est.*

143 *Agnationis votum in substitutione reciprocâ lineari totum operatur.*

144 *Juspatronatus regulariter ad fœminas est transitorium.*

145 *Masculum ex fœmina ad juspatronatus admitti, eâ exclusâ, absurdum non est.*

146 *Nisi fœmina excludatur ex agnationis respectu.*

147 *A jurepatronatus ut aliquis excludatur, non attenditur status ultimus, quando constat de anteriori contrario.*

148 *Sicuti nec quando res est integra, nullo ex præsentatis adhuc instituto.*

149 *Tunc enim ubi constat de bono jure unius in petitorio, istud absorbet possessorium.*

150 *Jurispatronatus ultimus status inducit præsumptionem, quæ tamen cedere debet veritati,* & num.152.

153 *Præcipuè, si veritas doceatur ex ipsa fundatione.*

154 *Fundationis documentum indubiam probationem facit.*

155 *Quasi possessionem inducit ultima præsentatio.*

156 *Et privat Compatronum non præsentantem jure suo.*

157 *Quasi possessio per unicum actum adquiritur.*

158 *Quasi possessio unius Compatroni non statim excludit quasi possessionem alterius non præsentantis,* & nu.165.

159 *In actibus compatibilis inclusio unius non est exclusio alterius.*

160 *Actus compatibilis cum jure alterius illi non nocet.*

161 *Præsentandi quasi possessio non inducitur, in scio altero Patrono.*

162 *Status ultimus præsentandi, nisi alterius Patroni scientia probetur, nil prodest.*

163 *Neque nocet fœminæ infanti.*

164 *Sicuti neque absenti.*

166 *Præsentatio unius non excludit, immò præservat quasi possessionem alterius Compatroni.*

167 *Nec præsumitur facta animo privandi alterum quasi possessione.*

168 *Præsertim, si ex aliquâ juxta credulitate alter opinari poterat institutionem non alteri deberi.*

169 *Præsentatio est actus facultativus.*

170 *Præsentationis omissio non constituit alium in quasi possessione privativà, nisi accesserit contradictio, & deinde adquiescentia.*

PROPONITUR in facto, quod quidam Aloysius de Donatis Civitatis Aversæ in Campania anno 1574. constituens erigere Cappellam de suo jurepatronatus, eidem sic erigendæ dotem pinguem assignavit, & juspatronatus activum, atque passivum hàc formulà reservavit = *Quod d. Cappella esse debeat de jurepatronatus laicorum ipsius Aloysii fundatoris, & dotantis, & ejus filiorum legitimorum, & naturalium utriusque sexus, & aliorum in ejus, & eorum recta linea legitimè descendentibus in perpetuum, datâ tamen prerogativâ masculini sexus &c. itaque sit in facultate masculorum semper eligere &c. & in defectum Masculorum sit fœminarum de ipsâ familiâ, & rectâ lineâ ipsius Fundatoris: Et in defectum Descendentium utriusque sexus, sit eorum heredum, & successorum etiam extraneorum quomodocumque &c.* = Ad passivum transiens ita dixit = *Item quod ipsa Cappella sit, & esse debeat distincta in duas partes &c. Et Cappellani sint, & nominentur de ipsâ familiâ, & domo ex rectâ lineâ ipsius Fundatoris, & dd. ejus filiorum, & Descendentium de Clericis existentibus in familia, & in defectum duorum Clericorum de familia, si unus tantùm de ipsa familia reperiatur Clericus, ipse solus præsentetur ad utraque.* =

Hujusmodi constitutioni, & reservationi jurispatronatus consensus Ordinarii non accessit: benè verùm, quod, præsentato a Fundatore suo proprio filio, fuit hic ab Ordinario per sententiam institutus; Mox verò paucis mensibus elapsis vacante iterum Beneficio per liberam resignationem primi Rectoris; ipse idem Fundator novam fecit dispositionem: Etenim Beneficio tertium Cappellanum adjecit, ac dote in tres partes distributâ, unicuique suam cum ratâ oneris designavit: Et quoad juspatronatus ità dixit = *qui tres Cappellani possint præsentari tàm ab ipso comparente, quàm ab ejus heredibus, & successoribus in infinitum utriusque sexus, servatâ sexus prærogativâ toties, quoties &c.*, Idque ab Ordinario expressè approbatur, & confirmatur hoc modo = *Ità quod valeat, & possit d. Mag. Fundator, & ejus heredes, & Successores utriusque sexus, servatâ sexus prærogativà, præsentare in illis tres Cappellanos quoscumque &c.* =

His

His ità conſtitutis, deceſſit Fundator, quinque poſt sè filios relinquens, Hieronymum, Cæſarem, Claudium, Nicolaum, Decium: Ex his duo tantùm deſcendentiam habuerunt, nempè Hieronymus, & Decius; alii tres prole deſtituti objerunt, & heredem unà pariter ſibi fecerunt Decium, omiſſo penitùs altero fratre Hieronymo. Atque ità Fundatoris progenie in duabus tantùm lineis propagatâ, unâ ſcilicet èx Hieronymo, quæ modò reſidet in perſonâ D. Joſephi de Donatis; & alterâ ex Decio, quæ repræſentatur per D. Philippum Merendam, rectè deſcendentem per intermediam perſonam Franciſcæ de Donatis ſuæ Matris; orta eſt quæſtio inter ipſos DD. Joſephum, & Philippum, uternam habeat pinguiorem vocem in præſentando? an ambo æqualem? An D. Joſeph ſit præferendus uti deſcendens per non interruptam lineam maſculinam? An verò potior ſit D. Philippus ex eo, quia in lineâ Decii, quam repræſentat, acceſſerint etiam voces, & jura trium fratrum, qui Decium heredem fecerunt? Ad quorum reſolutionem operæ pretium erit primò inſpicere, cujus naturæ ſit juſpatronatus, gentilitium
1 nè, an hereditarium; aliter enim de uno, ac de alio differendum eſt, cum diverſam naturam diverſæ quoque proprietates, & paſſiones conſequantur.

Et quidem, ſi primariam ejus inſtitutionem attendamus, factam in primâ ſcripturâ dotatio-
2 nis, videtur abſque dubio, illud eſſe gentilitium; cum ſit reſervatum filiis, & Deſcendentibus in perpetuum, nullâ mentione habitâ qualitatis hereditariæ; Gentilitium enim dicitur juſpa-
3 tronatus, quod certo generi perſonarum, aut alicui familiæ, ſivè ſuæ, ſivè alterius perſonæ a sè dilectæ Fundator reſervavit, *Lambertin. latè lib.1. part.2. quæſt.2. art.8. n.1., & ſeqq., Lotter. de re benefic. lib.2. quæſt.11. ſub nu.3. verſ. Gentilitium, Tondut. quæſt. benefic. lib.1. cap.32. n.1., Rot. in rec. deciſ.204. num.12. part.12., in Faventina Beneficii 12. Decembris 1702. §. Ex qua præſentatione, & §. Accedit coram clar. mem. Card. Caprara, in Firmana Juriſpatronatus 21. Aprilis 1704. §. Quarta cum ſeqq. cor. bon. mem. Muto, & in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 17. Martii 1710. §. Dilutis itaquè cum plurib. ſeqq. cor. R.P.D. Anſaldo*, tametſi, deficientibus De-
4 ſcendentibus, vocati legantur heredes etiam extranei; quia non idcircò tollitur, immò confirmatur qualitas gentilitia quoaduſque maneat deſcendentia, *Rota apud Vivian. lib.4. cap.1. ſub n. 71. verſ. non obſtat quod non poſsit coram Burat. deciſ.83. num.21.*

Immò, etiamſi ſecundam Fundatoris diſpoſitionem attendamus, in qua juſpatronatus reſervat ſibi, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus, non illicò ſequitur, quod ſit omnino immutata qualitas gentilitia in puram hereditariam; Ete-
5 nim non eſt novum in Jure, quod verbum heres ab Aſcendente prolatum, intelligatur de filio, ut patet ex reſponſo Ulpiani *in leg. ex facto 17. §. Si quis ità fin. ff. ad S.C. Trebell.* = ibi =
6 *Si quis ità fideicommiſsum reliquerit: fidei tuæ, fili, committo, ut, ſi alieno herede moriaris, reſtituas Sejo hereditatem, videri, eum de Liberis ſenſiſse &c.* Et in uſibus feudorum habetur expreſsè diſpoſitum *in tit. de alienat. feud. cap.1. §. Etſi clientulus*, ibi = *Eo mortuo ſinè legitimo herede maſculo, (quod verbum ità intelligendum eſt in feudo, ideſt ſinè filio maſculo) revertitur &c.* = *Jaſon. in leg. 2. num.188. Cod. de jur. emphyt., Alexand. lib.4. conſ.106., Ruin. conſ.175. lib.2. num.12., Paul. de Caſtr. in ſuis ſingul. num.14. verſ. heredis appellatione, Pariſ. conſ.30. num.10. lib.2., Kirchon. cent.3. obſer.58., & 60., Minſing. cent.4. obſerv.2. verſ., & jus intelligit verbum heredis, Capyc. deciſ.10. num.8., Clar. §. Feudum quæſt.9. num.4., Rota deciſ.291. num.5. part.4. tom.2. rec.*; Optimum verò argumentum eſt de feudo 7
ad juſpatronatus, *Vivian. lib.4. cap.9. num.38., Gratian. cap.531. num.31., Marant. part.3. reſponſ.74. num.35., Capon. forenſ. cap.12. num.19., Rota coram Coccin. deciſ.232. num.4. verſ., & his adſtipulatur repetit. apud Vivian. deciſ.105., in Mantiſs. ad claræ memoriæ Card. de Luc. de jurepatr. deciſ.15. num.12., in Leodien. Beneficii 27. Junii 1707. §. Et quamvis in fin. coram Rmo Kaunitz Epiſcopo Labacen., & in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 17. Martii 1710. §. Exemplo cor. R. P. D. Anſaldo*; Et in terminis juriſpa- 8
tronatus, quod appellatione heredis intelligatur heres ſanguinis, *Rot. deciſ.290. num.6. part.4. tom.1. rec., & deciſ.342. num.5. verſic. & in terminis, inter recollect. per Palm. nep.*

Quapropter, cum Fundator in primo actu perſpicuis verbis declaraſſet, sè velle juſpatronatus gentilitium prò ſuis Deſcendentibus, & in 9
ſecundo locutus fuerit de ſuis heredibus, & ſucceſſoribus, quæ verba poſſunt aptiſſimè intelligi de heredibus ſanguinis, præſumendum non eſt gentilitiam naturam omninò immutare voluiſſe, ſed ad ſummum additâ qualitate hereditariâ, conſtituiſſe juſpatronatus mixtum, nempè 10
prò heredibus, & ſucceſſoribus à sè ipſo deſcendentibus; Ea enim ſumenda eſt interpretatio, 11
quà minus, quàm fieri poſſit, à priori diſpoſitione receſſum videatur, *Cravet. conſ.570. in fin., Caball. conſ.72. num.17. lib.2., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.7. tit.1. nu.37., clar. mem. Card. de Luc. de legat. diſc.56. num.5., Rocca diſput. jur. ſelect. cap.25. num.27.*; Cum voluntatis mu- 12
tationem Lex non præſumat, *leg. cum qui voluntatem 22. ff. de probat., leg. eum hic ſtatus 32. §. Pœnitentiam verſ. quod ſi in obſcuro ff. de donat. inter vir., & uxor., leg. Lucius 22. in fin. ff. de legat. 2. cum concordan., Alciat. de præſumpt. reg.2. præſumpt.16. num.1., & ſeqq., Menoch. lib.4. præſum.167. num.1., Mantic. de conject. lib.12. tit.2. num.2., Fontanella deciſ.593. num.3., niſi illa literaliter legatur, leg. ſi quis ità §. Si duobus, & ibi Bald. ff. de adimend. legat., leg. Alumnæ 30. §. Qui filias in fin. ff. eodem*, ibi = *non à tota voluntate receſſiſſe videri, ſed his tantùm rebus, quas reformaſſet* = & licèt etiam prior diſpoſitio nòn 13
ſolemnis, & effectum non ſortita fuiſſet, adhuc juſtam præbet voluntatis conjecturam, & interpretationem in ſecundâ diſpoſitione ſolemniter

factâ, ut argumento eſt *Text. notab. in leg. Paulus reſpondit ff. de reb eorum, qui ſub tutel.*, *leg.* 1. *§.* 1. *verſ. aut in codicillis non confirmatus ff. de confirm. Tutor.*, *Alexan. conſ.* 45. *ſub num.* 2. *lib.* 1., *Burſat. conſ.* 89. *num.* 15., *Honded. conſ.* 64. *n.* 30. *lib.* 2., *Peregrin. de fideicomm. art.* 11. *num.* 69., *Cyriac. contr.* 426. *num.* 76., *& contr.* 577. *n.* 21., *Andreol. contr.* 221. *num.* 10., *Fontanell. dec.* 88. *num.* 17., *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 326. *num.* 3., *coram Bich. deciſ.* 151. *num.* 17., *part.* 7. *rec. deciſ.* 296. *num.* 23., *& deciſ.* 208. *num.* 2. *part.* 18., *deciſ.* 722. *num.* 3., & in noſtris præciſis terminis *clar. mem. Card. de Luca de jurepatr. diſc.* 21. *num.* 5., *& diſc.* 16. *num.* 5.

Eamque fuiſſe prorſus mentem, & germanum ſenſum Fundatoris, ex eo etiam evincitur, quod, ſicut in primo actu fundationis ſuos Deſcendentes cum diſcretivà ſexus, & prælatione Maſculorum vocavit, ut ſcilicet, Maſculis exiſtentibus, fœminæ jus præſentandi non haberent; ità in ſecundà diſpoſitione, in qua juſpatronatus reſervavit ſuis heredibus, & Succeſſoribus eamdem ſexus prærogativam repetiit expreſsè; Quo- 14
ties autem vocantur heredes, ſivè Succeſſores cum hac diſcretione ſexus, & qualitate maſculinitatis, tunc certum eſt, quod illud verbum *heres* intelligitur de herede ſanguinis, non verò Bonorum, ut de communi docet *Jaſon. in leg. Gallus §. Etiamſi num.* 20. *ff. de liber.*, *& poſth.*, 15
ubi, quod hoc procedit etiam in materia ad extraneos heredes tranſitoria, *Alexand. conſ.* 105. *num.* 2. *lib.* 1., *Ruin. conſ.* 122. *num.* 2., *& ſeq. lib.* 1., *Pariſ. conſ.* 55. *n.* 9. *lib.* 2., *Gabr. comm. concluſ. tit. de verb. ſignific. concluſ.* 3. *num.* 1., *Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 15., *Peregrin. de fideicomm. artic.* 32. *num.* 45., *Cremenſ. ſingul.* 15., *Covar. variar. cap.* 18. *lib.* 2. *ſub nu.* 3., *Cyriac. contr.* 691. *num.* 1., & in terminis juriſpatronatus *Rot. part.* 4. *rec. tom.* 1. *deciſ.* 291. *n.* 5. *§. Quæ confirmatur per tot.*, *& part.* 11. *dec.* 374. *num.* 14., *& prius part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 47. *nu.* 5., *& eadem part.* 11. *deciſ.* 203. *num.* 4., *& dec.* 254. *num.* 9. *verſ. reſervatum quippè*, ubi in his ter- 16
minis firmatur, juſpatronatus eſſe gentilitium, cum admixtâ qualitate hereditariâ, quæ gentilitium non tollit, ut eadem *Rot. part.* 19. *dec.* 662. *num.* 10., *in Piſana Juriſpatronatus* 20. *Junii* 1709. *§. Verùm quamvis cor. Emo Card. Priolo*, *& in Alexanen. Beneficii* 11. *Decembris* 1711. *§. Ceterùm cor. R. P. D. Aldrovando*.

Exindè verò illud primò infertur, quod, deficientibus tribus filiis Fundatoris abſque prole, & ſic eorum lineâ in ipſo exordio extinctâ, juſpatronatus æqualiter conſolidatum fuit in duobus 17
fratribus ſuperſtitibus: Cum enim illud ſit individuum, fit locus juri non decreſcendi, *leg. ſi communi liberto ff. de Bon. libertor.*, & cum aliis notat *per Gloſſ. in leg. ſi duo Patroni in princip. ff. de jure juran.*, *& in cap.* 1. *de jurepatr.*, *Alexand.*, *& Jaſon. in leg. ſi mihi*, *& Titio ff. de verbor. obligat.*, *Pariſ. lib.* 4. *conſ.* 48. *num.* 20., *Rocc. de Curte de jurepatr. verb. jus quæſt.* 6., *Bellon. de jur. accreſc. cap.* 6. *quæſt.* 48., *clar. mem. Card. de Luc. de jurepatr. diſc.* 35. *num.* 10. *verſic. in contrarium*, *Rota in rec. deciſ.* 217. *nu.* 17. *part.* 6., *coram Duran. deciſ.* 199. *nu.* 10., *& deciſ.* 250. *num.* 5., *deciſ.* 220. *num.* 14. *part.* 11., *& deciſ.* 662. *num.* 7. *&* 8. *part.* 19., *in Sorana Juriſpatronatus* 27. *Januarii* 1710. *§. Maximè quia cor. Illuſtriſſimo Scotto*; Nec poterant iidem ſinè prole decedentes aliter diſponere; quia, du- 18
rante Fundatoris deſcendentiâ, ſucceſſio ſuperſtitibus defertur ex judicio, & providentiâ ipſius Fundatoris, quam proindè Succeſſor interme- 19
dius intervertere, aut immutare nequit, uni gratificando, & alterum exhonorando, ut habetur *in cap.* 1. *in princ. de Succeſſ. feud.*, ibi = *nullâ* 20
ordinatione Defuncti in feudo manente, vel valente = *leg. heredes mei* 57. *§. Peto in fin. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.*, ibi = *non rectè mulierem electuram propter gradus fideicommiſſi præſcriptos* =, *leg. Pater* 38. *§. Filiam ſuam ff. de legat.* 3. *cum concordan.*, *& ibi Doctores communitèr, Angel.*, *& Bart. in leg. Item videndum §. Nunc videamus ff. de petit. hered.*, *& idem Bart. in leg. jurisjurandi §. Liberis ff. de oper. libert.*, *& in leg.* 1. *ff. de option. leg.*, *Bellon. jun. conſ.* 1. *num.* 32., *& ſeqq.*, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 42., *Peregrin. de fideicomm. art.* 14. *num.* 7., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 380. *num.* 1., *de Marin. tom.* 1. *reſol.* 131. *num.* 13., *clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. diſc.* 59. *num.* 3., *de jurepatr. diſc.* 18. *num.* 4. *verſic. ſivè quod*, *Tondut. quæſt. civil. cap.* 50. *num.* 1., *& ſeqq.*, *Rota cor. Coccin.*, *deciſ.* 495. *per tot.*; ubi quod nequè inter ipſos 21
vocatos poteſt fieri diſpoſitio, *coram Seraph. deciſ.* 874. *num.* 2., *deciſ.* 299. *num.* 6. *part.* 3. *rec.*, *deciſ.* 240., *& deciſ.* 410. *part.* 14., cum aliis *in Bononien. Juriſpatronatus de Ghisleriis* 31. *Januarii* 1695. *§. Hinc in neceſſariam cum ſeqq. cor. bon. mem. Pio*, *& in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 17. *Martii* 1710. *§. Quidquid*, *& §. Verùm & hoc contingere cor. R. P. D. Anſaldo*.

Exploratique juris eſt, quod ſive in feudo, ſive in empyteuſi gentilitiâ ſolus primus acqui- 22
rens poteſt diſponere in prejudicium vocatorum, unum ex eis præeligendo, aliis verò id non permittitur, ut de communi *Clar. §. Emphyteuſis quæſt.* 16. *poſt Bald. in leg.* 1. *num.* 32. *Cod. per quas perſon. nob. acquir.*, *Jaſon. in leg.* 2. *nu.* 207., *Cod. de jur. emphyt.*, *Alexand. conſ.* 106. *num.* 8., *& conſ.* 107. *num.* 3. *lib.* 4., *Grat. conſ.* 132. *nu.* 4. *lib.* 1., *Valaſc. de jur. emphyt. quæſt.* 49. *num.* 9., *clar. mem. Card. de Luc. de feud. diſc.* 12. *num.* 7., *& diſc.* 46. *num.* 2., *& in contr. Boſcul. art.* 2. *per tot.*, *Rot. coram Coccino deciſ.* 32. *num.* 15., *& deciſ.* 343. *num.* 4., *in Eugubina Fideicommiſſi* 24. *Martii* 1710. *§. Quamobrem cor. Illmo Scotto*, Quod meritò ad juſpatronatus extendit *Vivian.* 23
lib. 4. *cap.* 2. *num.* 19., *& ſeqq. verſ. in quo tamen caſu*, *& num.* 23. *verſ. aut juſpatronatus*, *& lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 7., *Molin. de Primog. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 31.; Etenim juſpatronatus quoad ſucceſſio- 24
nem regulatur tum juxtà regulas fideicommiſſi, tùm juxtà naturam feudi, & emphyteuſis, & de 25
uno ad aliud valet argumentum, *Decian. conſ.* 32. *num.* 12. *lib.* 1., *Cardin. in Clement.* 1. *de jurepatr.*, *Vivian. d. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 38., *& num.* 55.,

Gra-

Gratian. cap.521. num.31., Lotter. de re benef. lib.2. quæst.11. num.43., Capon. supradicta discept.12. num.19., Palm. allegat.101. num.8., Cyril. cap.54. num.14., Rot. decis.68. num.7. part.12., decis.325. num.10. part.17., coram bon. mem. Emerix Jun. decis.444. num.3., & coram R. P. D. Ansaldo decis.52. nu.28. juxta primam editionem, & in Auximana Jurispatronatus 27. Junii 1701. §. Quoniam, & in Faventina Jurispatronatus 12. Maii 1710. §. Nec juvit cor. eodem, confirmata 12. Junii 1711. §. Diximus coram eodem pariter R.P.D. Ansaldo.

Et magis in terminis, quod, deficiente lineâ
26 unius ex vocatis, juspatronatus non transeat ad heredem ultimi Defuncti, si alii supersint Agnati, sed in illis, unà simul vocatis, per jus non decrescendi consolidetur, probant *Franc. in cap.1. de jurepatr. in 6. col.3., Adden. ad Alexand. cons.18. col.2. lib.5., Paul. Paris. cons.48. lib.4., Rocch. de Curte de jurepatr. quæst.33.*, quos cum aliis sequitur *Covaruv. variar. lib.2. cap.18. num.10., vers. sed quæritur quid de jurepatronatus*, ubi reprobat *Lambertin. aliter sentientem, Craff. in §. Jus accrescendi quæst.27., Bellon. de jur. accrescend. cap.6. quæst.48. num.3., & 10., Gratian. cap.521. num.55., Lotter. lib.2. quæst.11. num.10., Sanchez. responf. moral. lib.2. cap.3. dub.92. num.3., clar. mem. Card. de Luc. de jurepatr. disc.35. num.10., & disc.60. nu.28., Rocca disput. jur. select. cap.193. num.13., Tondut. quæst. benef. cap.157. num.37., Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. cap.177. sub num.12.*, ubi
27 quod in jurepatronatus familiari Patronus nequit suam partem uni Compatrono donare, nisi ipsius Donantis vità durante, *Palm. alleg.167. nu. 17., idem Tondut. cap.32. nu.17.*, quam opinionem secuta est *Rota apud Vivian. lib.4. cap.9., coram Bich. decis.134. num.4., decis.336. nu.4. part.5. rec., decis.166. num.24., & decis.238. num.18. part.6., decis.220. num.14., & dec.374.*
28 *num.4., & seqq. part.11.*, quæ loquuntur in terminis jurispatronatus mixti, *& coram Pen. dec. 61. num.4., & decis.75. num.3., in Januen. Abbatiæ 15. Junii 1693. §. Ex eo enim, & §. Quo verò cor. clar. mem. Card. Caprara;* Et licèt contrarium legatur apud *Merlin. decis.798. num.22., repetit. apud Vivian. decis.120.*, eam tamen non fuisse Rotæ decisionem, sed potiùs motivum à quo deinceps recessum fuit, rectè advertit *clar. mem. Card. de Luc. d. disc.35., & Rocca loco citat., & Rot. dec.372. num.18. versic. neque illam*
29 *par.11.;* Quæ etiam sententia comprobatur ex eo, quod, quando aliquibus Jus aliquod ab ipsâ Lege reservatur, non potest inter eos inæqualis ab homine fieri dispositio, argumento *Text. in Authen. lucrum Cod. de secund. nupt.*, ibi = *lucrum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur, & clariùs in §. Venient autem Auth. de nupt. novell.22.*, ibi = *non enim permittimus Parentibus non rectè introdu-*
30 *ctam alienationem in eos, neque alii quidem filiorum dare, alium verò exhonorare* =, quæ jura ad simile propositum adducit post alios *Tondut quæst. Civil. d. cap.50. num.1., & seqq.*

Secundò ex præmissis illud pariter consequitur, quod, licèt hoc juspatronatus æqualiter in prædictis duabus lineis consederit, quarum altera per D. Josephum de Donatis, altera à D. Philippo Merenda repræsentatur: tamen cum hic descendat per medium fœminæ, illæ verò ex continuâ generatione masculinâ, potiora jura in præsentando videtur, d. D. Joseph habere, quia in jurepatronatus gentilitio, sivè mixto, uti est in 31
casu, descendentes ex fœminis non admittuntur, ut pluries *Rota* firmavit *post Vivian. decis. 70. num.5., coram Burat. decis.183. num.23., coram Cels. decis.106. num.6., & num.11. vers. sed ad summum, decis.208. num.1. part.7. recent., R.P.D. Ansaldo decis.38. in addit. n.28., Palm. alleg.167. num.24.*, Attentà præsertim expressâ 32
lege Fundatoris, qui præferri semper Masculos voluit, fœminasque de suâ familiâ, nonnisi in Masculorum defectum vocavit; quare, sicut in casu excluderetur fœmina mater D. Philippi, ità 33
& ipse filius debet excludi, qui non potest esse 34
melioris conditionis in succedendo, quàm fuisset ejus mater, à qùa principium habet succedendi, *Bartol. in leg.1. ff. senat.*, ubi, quod plus 35
virtutis non potest esse in causato, quàm quæ procedunt ab influente potentia causæ, *Bald. in leg. quoties num.2. Cod. de suis, & legit.*; ubi, quod, exclusâ Fœmina, excluditur Masculus ex eà, quia caret principio producente, *Surd. con.85. num.10. in fin., & cons.183. num.3., Cravet. cons.127. num.4., Dec. cons.471. nu.7., Bellon. Jun. cons.72. nu.5., Cyriac. contr.386. n.3., Tiraquell. de Primog. quæst.12. num.16., Vela dissert.49. n.60., aliisque relatis, Rocca disput. jur. select. cap.2. num.29., & seqq., Peregrin. de fideicom. art.26. num.1., & seqq., Mierez. de majorat part.2. quæst.6. n.220.*, ubi plurimos, *Rot. in Oppiden. Beneficii 7. Maii 1703. §. Tantùm abest cor. bon. mem. Muto, in Faventina Jurispatronatus 12. Maii 1710. §. Quotiescumque coram R. P. D. Ansaldo;* Cum ex hujusmodi prælatione Masculorum videatur contemplata agna- 36
tio: ut in terminis jurispatronatus dixit *Rota, pluribus adductis, decis.374. num.13. part.13. recent.*, tametsi post Masculos vocentur fœminæ, quia 37
non ideò videtur agnationis ratio exclusa, *Molin. de Primogen. lib.3. cap.5. sub num.50., optimè Mierez. de majorat. part.2. quæst.6. sub nu.272., Rocc. disput. jur. select. cap.15. n.13., Gratian. cap.625. in fine, Peregrin. de fideicomm. art.25. num.26., Palm. in terminis alleg.167. num.42. & 43., Rot. decis.18. num.31. part.10. cum concordan.*; Ipsa autem agnationis ratio procul omni 38
dubio Masculum ex Fœminâ repellit, ut de communi *Surd. cons.308. num.14., Valenz. cons.97. num.128., Redenàsch. cons.10. nu.101., Altograd. cons.89. sub nu.4. lib.2., Mantic. de conject. lib.5. tit.18. num.20., Molin. de Primog. lib.3. cap.5. num.48., Rocca disput. jur. select. cap.2. num.28., clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. disc.24. num.4., & seqq., & disc.25. cum seq.*, & in nostris terminis *idem Card. de Luc. de jurepatr. disc.28. sub num.3., & disc.29., Lotter. de re benefic. lib.2. qu.11. num.67., Tondut. quæst.*

*benefic.*157. *num.* 33., *Rot. post Vivian. dec.*139. *& in rec. decis.*503. *num.*9. *part.*18. *tom.*2.

Quod si etiam admitteremus, ex prælatione Masculorum non inferri, contemplatam fuisse
39 agnationem, cujus ratione cessante, Masculus ex fœmina venit appellatione Masculorum, ut docent post alios *Altograd. cons.* 63. *num.* 9., *& latiùs cons.* 66. *num.* 1. *& seqq.*, *Altograd. Jun. contr.*68. *num.* 1., *Mierez. part.*2. *quæst.*6. *n.*238., *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 25. *nu.*15. *& seqq.*, *Censal. ad Peregrin. art.* 26. *vers. etenim quamvis*, *Larrea decis.*34. *num.*11., *Rota decis.* 6. *num.*1. *part.* 1., *& dec.*15. *num.*2. *part.*2. *divers.*, *coram Bichio dec.* 307. *num.* 14., *& coram bon. me. Emerix Jun. decis.* 359. *num.*2., *& dec.*1213. *num.* 18. *ubi concordan.*, Non ideò tamen admit-
40 tetur in concursu Masculi ex Masculo, itaut, existente, in casu nostro, prædicto D. Josepho de Donatis, qui ex Masculo, & per Masculum à Fundatore descendit, nullo modo videtur admittendus D. Philippus Merenda, qui, ex fœminâ de-
41 scendens, jam est extrà familiam Fundatoris constitutus, ad tradita per *Ancharan. cons.* 359. *num.* 3., *Surd. cons.* 316. *num.* 16., *& cons.* 407. *num.*35., *Fab. de Anna cons.*53. *num.* 117. *lib.* 1., *Peregrin. cons.* 1. *num.* 10. *lib.*5., *& de fideicom. art.* 26. *num.* 16., *Fusar. de substit. quæst.* 404. *num.*9., *Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.*18. *num.*20., *Mierez. de majorat. part.* 2. *quæst.*2. *num.* 264., *Cancer. part.* 3. *cap.* 21. *num.* 89., *Rocca disput. Jur. select. cap.*2. *n.*34., *Rosa consul.* 69. *n.*212., *Rot. in rec. dec.*415. *nu.*32. *part.*12., & in nostris terminis *in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. *§. Stetit in fin. cor. bon. mem. Muto*, *in Asten. Prioratus sup. pertinentia* 20. *Januarii §. Agitur enim cor. R. P. D. Lancetta*, *in Faventina Jurispatronatus* 12. *Junii* 1711. *§. Quoniam cor. R.P.D. Ansaldo*, *& in Mediolanen. Archipresbyteratus* 27. *Januarii* 1710. *§. Magna stetit cor. R.P.D. Falconerio*.

Quæ omnia mirificè comprobantur ex ultimo statu istius Beneficii: Nam in ultima Institutione de anno 1702. præsentavit solus ipse D. Joseph de Donatis, nequaquam admissâ ad præsentandum Franciscа de Donatis, quæ sola tunc superat ex altera de duabus lineis suprадictis: ma-
42 xìmi verò momenti est, & præcipuè in huiusmodi controversiis attendi debet ultimus Beneficii status, *Cap. Consultationibus de Juprepatronatus*, *Abb. ibidem*, *& cons.* 54. *num.* 2. *lib.* 1., *Lambertin. de Jurepatr. parte* 1. *lib.* 2. *quæst.* 3. *art.* 11. *num.*1., *Lotter. de re benefic. lib.*2. *quæst.*20. *n.*18., *Corrad. in prax. benefic. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 48., *Rot. coram Crescent. dec.*9. *de Jurepatr. per tot.*, *coram Seraph. decis.* 1334. *num.* 7., *coram Buratto decis.* 633. *num.* 1., *decis.* 204. *num.* 17. *part.*12. *vers. præsertim*, *decis.* 296. *n.*8. *part.* 15. *rec.*, *in Mantiss. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. tom.*13. *decis.* 21. *num.*1., *decis.* 33. *num.* 31., *& decis.*35. *num.*1., cum aliis *in Spoletana Jurispatronatus* 19. *Junii* 1705. *§. Momento igitur cor. Rmo dell' Olmo Episcopo Conchen.*, *in Casertana Beneficii* 13. *Decembris* 1709. *§. final. cor. Rmo Kaunitz Episcopo Labacen.*, *in Pisana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. *§. Et de facto cor. R.P.D. Ansaldo*, *in Bononien. Beneficiorum de Castello* 12. *Decembris ejusd. anni §. Institutio cor. R.P.D. Crispo*.

Ex adverso autem plura etiam urgere videntur, ut hoc Juspatronatus censeri debeat hereditarium potiùs, quàm gentilitium, aut mixtum. Primò enim hoc rectè colligi potest ex ipsâ fundatione; Nam, licèt in primo actu assignationis dotis appareat reservatum filiis, & Descendentibus; nihilominùs Fundator ipse re integrâ, & antequam ab Ordinario fuisset interpositum Decretum assensus, reformando dispositionem coram eodem Ordinario, voluit = *quod Cappellani possent præsentari à sè ipso*, *& ejus heredibus*, *& successoribus in infinitum utriusque sexus*, *prærogativâ sexus ipsius tantùm servatâ &c.* = Quâ quidem formulâ videtur propriè constitutum Juspatronatus hereditarium simpliciter; Etenim illa ver- 43
ba heredes, & successores in materia Jurispatronatus; quod sui naturâ est transitorium ad extraneos, non intelliguntur solùm de heredibus san- 44
guinis, sed de quibuscumque, *Gloss. in Clem. fin. verb. heres de Jurepatr.*, *& in leg. si operarum ff. de oper. libert.*, *Menoch. cons.*680. *num.*19., *Dec. cons.*171. *num.*5., *Turrian. comm. opin. cap.*34., *Lambertin. de Jurepatr. part.*2. *lib.*1. *quæst.*2. *artic.* 1. *num.* 15., *& num.* 23. *& seqq.*, *Rocch. de Curte in eod. tract. verb. ipse*, *vel is quæst.*8., *Covar. variar. lib.*2. *cap.*18. *num.*6., *Lotter. de re benef. quæst.* 11. *lib.*2. *num.*19., *Cyrill. quæst. Jur. cap.*54. *nu.*8., *Tondut. quæst. benef. cap.*118. *n.*13., *Molin. de Primog. lib.*1. *cap.*24. *num.*7. *vers. Prima quod Juspatronatus*, *Gratian. cap.*577. *nu.*48., *Rota coram Serapb. decis.*364., *& decis.*378. *n.*1., *in rec. decis.*707. *num.*10. *part.*1., *& coram Priol. decis.*381. *num.*11., ubi, quod reservatum heredi-
bus, & successoribus, non potest absque violentiâ 45
transferri ad gentilitium, *in Mediolanen. Archipresbyteratus* 27. *Januarii* 1710. *§. Et absqu. ullà prorsus cor. R. P. D. Falconerio*; Et eò magis,
quando additur particula in perpetuum, sive in 46
infinitum, ut in casu nostro, *Tondut. loc. cit. cap.* 157. *sub num.*18. *vers. maximè stante dictione*, *Rot. coram Dunoz. Jun. dec.*300. *sub num.* 7. *vers. eoque magis*, *repetit. part.*6. *rec. dec.*207., *& coram Otthobon. decis.* 26. *sub num.* 5. *vers. ponderanda præsertim*.

Neque dubitandum videtur, hanc secundam dispositionem Fundatoris attendendam esse potiùs, quàm primam: Sivè quia prima non videbatur adhuc perfecta, non interposito assensu Or- 47
dinarii, à quo Juspatronatus ortum ducit, & perfectionem, ut ait *Vivian. lib.*2. *cap.*1. *num.*17. *per Text. in cap. nobis*, *& ibi Doctores communiter de Jurepatr.*, *Lambertin. part.*1. *lib.*1. *quæst.*2. *art.*5. *num.*2., *& art.*12., *Calderin. de Jurepatr. cons.* 4., *Garz. de Benefic. part.*5. *cap.*9. *num.*69., *Barbos. de potest. Episc. alleg.*70. *num.*20., *& n.* 29., *Tondut. quæst. benefic. cap.* 91. *num.* 3., ubi quod
ex tunc actus fit irrevocabilis, & perfectus, *Ma-* 48
ceratens lib. 1. *resol.* 87. *num.* 1., *Rot. decis.* 29. *num.*8. *part.*4. *rec.*, *decis.*208. *num.*5. *part.*7., *decis.*107. *num.*2. *part.* 11., *& decis.*323. *num.*15. *part.*16.

part.16., in Asten. Prioratus super pertinentia 7. Decembris 1708. §. Adhuc tamen, confirmata 20. Martii 1709. §. Quamvis cor. R.P.D. Aldrovando, in Senogallien. Canonicatus de Luchis 22. Junii 1705. §. Non attentà cor. R.P.D. Lancetta, confirmata 23. Junii 1710. §. Minimè relevante,

49 ubi, *quod approbatio Ordinarii dicitur causa efficiens, & constitutiva Juris patronatus, sinè qua*

50 *non attenditur fundatoris dispositio* = & §. *Inutiliterque*, ubi, quod *spectanda non est lex in fundatione præscripta, nisi appareat successivè per Episcopam confirmata* = *cor. R. P. D. Aldrovando*. Et

51 propterea illam solam oportere fundationem agnosci, cui auctoritas Ordinarii accesserit, optimè monet *Corrad. in prax. benefic. lib. 1. cap. 2. num. 30.*, & melius *num. 52. post Felyn. cons. 45. num. 2., & 4., clar. me. Card. de Luca de Jurepatr. dec. 60. sub n. 19., ibi* = *Et multò magis dicta*

52 *auctoritate (id est Ordinarii) in secundo actu alternativo concurrente, unde secundus actus efficacior reputatur, tamquam perfectus* = *Rota in Camerinen. Pensionis 16. Januarii 1635. coram Verospio, quam refert, & sequitur in Faventina Juris patr. part. 7. rec. decis. 307. num. 11., & 13.*, ubi, quod non attenditur prima scriptura, sed ultima erectionis, ab Ordinario factæ, & quid Ordinarius determinaverit, *& decis. 323. num. 15. part. 16.*

53 ubi, quod *non dicitur Scriptura erectionis ea, in qua actualiter auctoritas, & consensus Ordinarii non accessit, & coram bon. me. Emerix Jun. de-*

54 *cis. 1320. num. 8.*, ubi, quod natura Juris patronatus desumitur ex ipsâ sententiâ Ordinarii, occasione erectionis interpositâ, in *Mediolanen. Juris patronatus 21. Februarii 1707. §. Ex hac cor. Illmo Scotto, in Faventina Juris patronatus 12. Maii*

55 *1710. §. Maximè*, ubi, *quòd approbatio Ordinarii præponderat, & præpollet voluntati præcedenter expressæ per eumdem Fundatorem, cor. R. P. D. Ansaldo*.

Sivè etiam quia primus adquirens, seu Fundator ipse in vivis agens potest mutare Juspatro-

56 natus gentilitium in hereditarium, & è contrà etiam præjudicando quocumque modo vocatis,

57 ad differentiam successorum, qui solùm possunt efficere de hereditario gentilitium, sed non è contrà, *Vivian. de Jurepatr. lib. 14. cap. 2. nu. 24., & 25., Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 24. nu. 31., Caren. resol. 142. num. 4., Ciarlin. contr. 107. nu. 82., Palm. alleg. 159. num. 18., Sperell. dec. 73. num. 3., Rot. post Tondut. de Pension. decis. 47. num. 8., coram Cerr. decis. 670. num. 9., coram Priol. dec. 136. num. 2., coram Ninot. dec. 25. nu. 22. & seq., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. in Mantiss. tom. 13. de Jurepatr. decis. 13. nu. 9., & 10., & dec. 16. num. 13., in Compostellana Parochialis de Pardessòa 2. Julii 1710. §. Serotinum in fin. cor. R.P.D. Faleonerio*.

Quamobrem, ut certa ab incertis jam separare

58 incipiamus, hoc primò statuendum est, naturam hujus Patronatus dimetiendam, & dijudicandam esse juxtà tenorem secundæ dispositionis, auctoritate, atque assensu Ordinarii roboratæ; Cum

59 potuerit Fundator à primævâ Institutione recedere, atque illud utcumque immutare: dubio solùm remanente, an hoc facere voluerit, an verò secunda ipsa dispositio concilianda sit cum prima, intelligendo illa verba = *heredes, & successores pro heredibus sanguinis tantùm*.

Et quidem, licèt hæc secunda interpretatio comprobari posse videatur tum à simili in feudo, 60
quod receptum simpliciter pro sè, & successoribus, intelligitur de Successoribus sanguinis tantùm: ut supra diximus, tum ab adjunctâ prærogativâ sexus 61
masculini, quæ pariter hanc præbet intelligentiam, ut probant auctoritates suprà relatæ; Nihilominùs hoc non satis tutum existimari debet in casu; Si-
quidem argumentum à simili in æquiparatis pro- 62
cedit solùm in his, in quibus æquiparantur, *argumento Text. in cap. 1. de solution., ubi Doctores*, non autem si quid in utroque diverso modo statutum sit; Cum enim hoc argumentum sit quædam in-
ductio, quæ fit ab expresso in uno casu, ad tacitum 63
in alio, cessat omnino, quando uterque casus habet suam expressam Juris dispositionem, cum 64
tunc non sit opus illatione, ut benè *Everard. in loco à simili num. 11. vers. Primò enim*; In propositio autem sicut in feudo provisum est, quod 65
heredis nomen, simpliciter prolatum, accipiatur pro herede sanguinis, ità contrarium expressum habemus in Jurepatronatus, ut nempè reserva- 66
tum pro heredibus, intelligatur de quibuscumque & censeatur merè hereditarium, & transitorium ad extraneos, *Clement. plures de Jurepatr., Abb. in Cap. 1. eodem tit., Glos. in Cap. considerandum 16. quæst. 7., Tondut. quæst. benefic. cap. 118. nu. 13., Duran. disc. 285. num. 6. & seqq.*, Et hanc esse propriam naturam Juris patronatus, communiter tradunt *Aretin. in Capit. significavit col. 1. de Testib., Calderin. cons. 4. de Jurepatron., Peregrin. cons. 27. num. 1. lib. 2., Cardin. Ancharan., Imol., & alii in d. Clem. Plures de Jurepatr., Lambertin. part. 2. lib. 1. quæst. 2. num. 23., Covar. variar. lib. 2. cap. 18. sub num. 6.*, ibi = *Ex propriâ naturâ* 67
Jus patronatus Ecclesiasticum ad heredes etiam extraneos transire = *Clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 22. num. 2. disc. 16. num. 3., & disc. 60. num. 1., Vivian. lib. 4. cap. 2. num. 4., Panimoll. decis. 37. sub num. 17. vers. & ex Juris præsumptione, Rot. coram Seraph. decis. 364. num. 3., & decis. 456. num. 1., coram Arguell. decis. 87. num. 25., decis. 482. num. 7. part. 1. rec., dec. 756. num. 2. part. 2., decis. 175. num. 3. part. 5., & decis. 275. nu. 4. vers. quod autem part. 7.*, Adeò quidem, ut, etiamsi sit reservatum *heredibus suis*, illud 68
verbum *suis* non accipiatur ad differentiam, & exclusionem heredis extranei, sed potiùs demonstrativè respectu successionis Defuncti, & illius etiam extraneum heredem comprehendat, Ità suadente ipsâ naturâ Juris patronatus, quod est indifferens, & ad extraneos transitorium, ut post *Lambertin.*, & alios docet *Ciarlin. contr. 1. n. 25. & seqq. vers. neque nocent*, & *num. 32., Capon. discept. 12. num. 23., & 24., Rot in rec. dec. 329. num. 4. vers. verbumq. illud part. 5., & dec. 372. num. 20., & 21. part. 11. vers. neque repugnant*; nil refragante *decis. 290. num. 6. part. 4.* in contrarium allegatâ, quia ibi ex aliis verbis gentilitia qualitas desumebatur, & *in Mediolanen. Archi-*

chipresbyteratus 24. Januarii 1710. §. Et absque versic. Præsertim addito illo pronomine suis *car. R.P.D. Falconerio.*

Hinc satis infirmatur objectum, quod mutatio
69 voluntatis non præsumatur, immò facilis oriatur conjectura, quod Fundator consultò voluerit primam dispositionem corrigere, & Juspatronatus de gentilitio in hereditarium immutare, ut ad propriam naturam illud reduceret: nam, sicut in
70 qualibet materiâ quis præsumitur agere juxtà naturam, quam actus habet à Jure, *leg. Si quis stipulatus* 4., *& ibi Doctores ff. de usur.*, *Jason. in leg. si quis ante §. 1. ff. de acquir. possess.*, *Alciat. in leg. in Conventionibus 219. vers. voluntatis autem ff. de verbor. signific.*, Ità etiam in Jurepatronatus Fundator præsumitur, illud constituere vo-
71 luisse juxtà naturam, eidem à Jure impressam, nempè hereditarium potiùs, quàm gentilitium,
72 ut notat *Ancharan. cons.* 81. *num.* 4., *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 20. *vers. censetur in dubio*, *Carol. Anton. de Luc. de linea legal. art.* 23. *sub num.* 10., *Rota cum aliis in rec. dec.* 482. *n.* 7., *decis.* 674. *num.* 1., *& decis.* 707. *num.* 1. *part.* 1. Præcipuè, cum Fundator hoc fecerit ex interval-
73 lo: nam, licèt incontinenti non facilè præsumatur mutatio, & correctio voluntatis, *leg. non ad ea* 89. *ff. de condit., & demonstr.*, quæ communiter ad hoc
74 allegatur, secus tamen est ex intervallo, *Jason. in leg. si pluribus num.* 4. *ff. de legat.* 1., *Mantic. de conject. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 23., *Menoch. lib.* 3. *præsump.* 140. *sub num.* 37., *& lib.* 4. *præsumpt.* 165. *n.* 5., & colligitur ex eodem *Textu in leg. non ad ea ff. de condit., & demonstr.*, ibi = *Cùm id ex intervallo sub conditione legatum est, posterius valet* = 75 prætereaque id egerit per actum, principaliter tendentem ad prioris dispositionis correctionem, & immutationem: undè, cum pateat primordium
76 voluntatis mutatæ, & Fundator diverso modo loquendi, & sub diversâ verborum formulâ Jus-
77 patronatus in secundâ dispositione expressè reservaverit, nullus videtur adesse locus contrariæ conjecturæ, *leg. ille*, *aut ille 25. ff. de legat. 3. cum*
78 *concord.*, Neque enim recedendum est à verborum proprietate absque causis, cum nemo existi-
79 mandus sit dixisse, quod non priùs mente agitaverit, ut ait Jurisconsultus *in leg. Labeo tit.* 7. *§. Servius ff. de supellect. leg.*

Quod si etiam conjecturis res decernenda sit,
80 illa efficacior est præsumptio, quæ, ut mox diximus, actum reducit ad suam naturam, ut docet *Alciat. regul. 3. præsumpt. 34. num. 6. vers. ecce*
81 *quod præsumptio oriens*: Cui aliquando cedit etiam ipsa proprietas verborum, ut notant Doctores *in leg. quæro §. Inter locatorem ff. locati*, *Alciat. lib.* 1. *de verborum signific. num.* 29. *vers. natura enim.*
82 Jura namque favorabiliter complectuntur eam dispositionem, quæ rem ad suam primariam naturam reducit, *leg. si unus ex argentariis* 27. *§. Eadem ratione vers. quoties enim ad Jus quod lex naturæ ejus tribuit ff. de pact.*, *Bartol. in leg.* 2. *ff. de injust. rupt.*, *& in leg. omnes Populi col.* 11. *vers. juxtà prædicta ff. de Just.*, *& Jur.*, *Abb. in cap. olim de verbor. signif. in fin.*, *Felin. in cap. cum accessissent col.* 2. *de Constit.*, *aliique apud Covar. variar. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 4., *& Everard. in loc. à ratione legis larga* 79. *num.* 29., ac propterea in ca-
83 su nostro quoties gentilitia qualitas non est clara, & indubitabilis, juspatronatus præsumitur semper hereditarium, quia pondere suo fertur in sui propriam naturam, *Innocent. in rubr. de jurepatronat. num.* 4., *Abb. in cap. cum seculum num.* 5. *eodem tit.*, *Aretin. cons.* 115. *num.* 3., *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 21., *& 23.*, *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 20., *Ricc. in prax. de jurepatron. resolut.* 173. *num.* 2., *Ciarlin. controver.* 1. *num.* 19.; *& tom.* 2. *controver.* 153. *num.* 3., *Rota coram Merlin. decis.* 94. *per tot*, *coram Ubald. decis.* 111. *num.* 4., *coram Otthobon. decis.* 26. *num.* 25. *vers.*, *& in omnem casum*, *coram Ninot. decis.* 27. *num.* 1., *& num.* 2., *coram bonæ memoriæ Emerix Junior. decis.* 367. *num.* 2., *& decis.* 489. *num.* 6., *& 7.*, *decis.* 707. *num.* 8. *vers. accedit parte prima recent.*, *decis.* 272. *num.* 8., *& 9. part.* 13., *decis.* 148. *num.* 13. *part.* 15., cum aliis *in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Junii* 1709. *§. Quatenus enim circa medium coram R.P.D. Ansaldo*, *in Imolen. Jurispatronatus 27. Januarii* 1710. *§. Satis enim coram R.P.D. Lancetta*, *& in Pisana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. *§. Hoc igitur coram R.P.D. Ansaldo*, hoc habens prò constanti, quod in concursu conjecturarum, & ubi concludenter non probatur, juspatronatus esse gentilitium, illud hereditarium esse præsumitur, quia hæc est ejus natura.

Nec suaderi contrarium efficaciter poterit vel ex eò, quod Fundator qualitatem gentilitiam in jurepatronatus passivo non immutavit, vel ex Masculorum prælatione, quam etiam in secunda dispositione expressit. Etenim, quoad primum, admisso etiam sinè veri præjudicio, quod juspatronatus passivum, de quo Fundator nihil novi disposuit, remanserit gentilitium, juxtà primam constitutionem (quod quidem non est præsentis quæstionis) hoc nihil 84 infert ad Juspatronatus activum, quod expressè reformatum legitur: Immò ex hoc magis pro- 85 batur, Fundatorem, quod immutatum noluit, intactum dereliquisse, de quo verò noviter, & variè disposuit, illud sanè immutare voluisse: nam discretiva provisio argumentum est diversæ vo- 86 luntatis, ut notant Doctores in *leg. unic. §. Sin autem Cod. de Caduc. tollen.*; Neque repugnat, Juspatronatus passivum esse gentilitium; activum verò hereditarium, *clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 28. *num.* 11., *& disc.* 29. *num.* 7. *& seqq.*, ubi, quod hoc est frequens, quotidianum, 87 & connaturale, & idem *de Donat. disc.* 37. *n.* 9., ubi, quod ex immutatione unius non arguitur 88 immutatio alterius, *Carol. Anton. de Luc. de linea legal. art.* 23. *sub num.* 11. *vers. indubitatum*.

Quod verò attinet ad Masculorum prælationem, licèt ea multùm conferat ad inducendam 89 qualitatem gentilitiam in Jurepatronatus, si injuncta sit cum aliis adminiculis, ex aliis verbis resultantibus, ut probant auctoritates supra allegatæ in *§. Eamque fuisse in fin.*, & dixit etiam

Rota

Rota in terminis *coram bon.mem. Emerix jun. decis.*444. *num.*6.; Ipsa tamen sola hunc effectum
90 operari non valet, ut notant in eisdem terminis *Tondut. quæst. Benefic. cap.*157. *num.*32., *Palma allegat.*159. *num.*24., *Panimol. decis.* 137. *num.* 23. *vers. nec dicitur*, &, omissis aliis, luculenter hoc docet *Rot. in Januen. Jurispatronatus impress. apud Vivian. lib.*4. *cap.*2. *post num.*81. *vers. non obstat etiam, confirmata decis.*350. *num.*8. *post Consil. Farinacc. vol.*2., *in recent. decis.*274. *num.* 6. *part.*4. *tom.*3., *decis.*336. *num.*2. *part.*5., *decis.*275. *num.*6., *decis.*307. *num.*9. *part.* 7., *decis.* 374. *numer.*15. *part.* 11. *vers. & quando hæc sola qualitas*, ubi prædictæ decisiones referuntur, *cor. Royas decis.*1. *num.*6., *& decis.*4. *num.* 2., *coram bon. mem. Emerix jun. decis.*367. *numer.* 4., ibi =
91 *Quin potiùs ex eo colligitur esse hereditarium, dum expresè ibi vocantur heredes, & nulla fit mentio agnationis, quâ deficiente, nominatio Masculorum indicat quidem, contemplatam fuisse qualitatem descendentiæ masculinæ, non autem agnationem, & qualitatem gentilitiam* =, *& in Romana Jurispatronatus* 3. *Julii* 1705. *§. Tanto magis cor. Rmo Molines.*

Prælatio quippè Masculorum in omni mate-
92 ria regulariter importat solùm sexus prædilectionem, sed non imprimit qualitatem agnati-
93 tiam, nisi alia concurrant, ex traditis plenè per *Giovagnon. cons.*82. *num.*141. *lib.*1., *Redenasch. cons.*10. *num.*102., *Surd. cons.*448. *numer.* 23., *Altograd. cons.*66. *num.*78., *& seqq. lib.*1., *Castill. lib.*5. *cap.*149. *num.*45. *& seqq., Mans. consult.* 198. *&* 199., *Capyc. latr. decis.* 148. *num.* 15., *& seqq., Gratian. cap.*999. *num.*6., *Rota coram Cels. decis.* 145. *num.* 7. *&* 8., *coram bon. mem. Emerix decis.* 56. *num.* 13., & alibi sæpè.
94 Cum possit aliâ ratione, quàm agnationis conservandæ, Masculus fœminæ præferri, ut notat *Altograd. loco citato, & Altograd. jun. contr.* 40. *num.*10., aliique per eos relati, & in pro-
95 posito Masculi censentur solùm prælati, ut saniori Judicio præsentationis actus expleretur, ut advertunt *Mierez. de major. part.*2. *quæst.* 6. *nu.* 232., *& seqq., Tondut. quæst. benefic. dict. cap.* 157. *num.*32., *Rota apud Vivian. decis.*139., *& post cons. Farin. tom.*2. *dec.*350. *num.*9.

Hereditariam hanc qualitatem, quæ ex juris præsumptione, naturâ rei, & verbis Fundatoris confovetur, comprobare videtur etiam secuta observantia; nam, defunctis prædictis tribus fratribus, qui heredem fecerunt Decium de Donatis, ipse Decius, ejusque Successores, nec non & Hieronymus caput, & principium alterius lineæ, suique successores præsentaverunt semper cum expresâ, articulatâ, & probatâ qualitate hereditariâ, &, quod magis est, pro quotâ hereditatis: quamvis enim ex præsentationibus factis cum ejusmodi qualitate he-
96 reditaria non excludatur perneceśsè qualitas gentilitia, quia nimirum ipsa qualitas potest intelligi demonstrativè pro eo, quod ipsi Descendentes sint heredes, *clar. mem. Card. de Luca de Jurepatronatus disc.*23. *num.*8., *& disc.*60. *numer.* 14., *Palm. alleg.*167. *nu.* 12., *Rot. post Vivian. decis.*104. *num.*4., *coram Merlin. decis.* 563. *num.* 20., *coram Cels. decis.*106. *numer.*10. *&* 11., *& decis.*204. *num.*15. *part.*12. *recent.*, sicut è contra non tollitur qualitas hereditaria, si præsenta- 97
tiones fiant à Patronis tamquam filiis, & Descendentibus, quia stat simul, quod præsentent filii, & ipsi sint heredes, *Rot. dec.*288. *nu.*5. *part.* 3. *recent.*, *coram Seraphin. decis.*364. *numer.*9., *coram Duran. decis.*173. *num.*2., *& coram Priol. decis.*115. *num.* 22., *coram Merlino decis.* 798. *num.*9., *& coram san. mem. Alexand. VIII. dec.* 3. *num.*10.; Nihilominùs, quando præsentationes factæ sunt cum qualitate hereditariâ, & pro 98
quotâ hereditatis, tunc talis observantia concludenter, & univocè declarat, Juspatronatus esse hereditarium, *Gloss. in Clement.* 1. *verb. heredes de Jurepatronatus, Card. ibidem num.* 6. *in* 6. *in sexta quæst., Rot. part.* 5. *recent. decis.* 288. *num.*3., *in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. *§. Nec refert coram Rmo Kaunitz Episcopo Labacen., in Romana Cappellaniæ Sancti Nicolai* 28. *Junii* 1709. *§. Tantum aberat cum seqq. coram R.P.D. Ansaldo, in Imolen. Jurispatronatus* 27. *Januarii* 1710. *§. Origini cor. R.P.D. Lancetta, in Pisana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. *§. Verùm etiam cor. R.P.D. Ansaldo.*

Observantia autem plurimùm valet ad mani- 99
festandam Jurispatronatus qualitatem, an sit gentilitium, an verò hereditarium, *Vivian. lib.* 4. *cap.*2. *sub num.*12., *Gratian. cap.*521. *numer.* 19., *Rota coram Burat. decis.*647. *num.* 10., *coram Royas decis.*446. *num.*10., *coram Ninot. decis.*27. *num.*2., *coram Pamphil. decis.*330. *num.* 3., *coram san. mem. Alexand. VIII. decis.* 26. *num.*14., *in recent. decis.*679. *numer.* 12. *& seqq. part.*18., *coram Cerro decis.*102. *num.*3., ubi ex
tribus præsentationibus, quæ suum effectum ha- 100
buerant, fuit probata qualitas hereditaria, *in Alexanen. Beneficii* 11. *Decembris* 1711. *§. finali in Med., & priùs in Mediolanen. Beneficii* 30. *Januarii ejusdem anni §. Quartò denique coram R.P.D. Aldrovando*; Præcipuè, si ipsa observan-
tia sit proxima morti Fundatoris, quia tunc ma- 101
gis præsumitur conformis ejus voluntati, successoribus notæ, *clar. mem. Card. de Luca de Jurepatr. disc.*60. *num.*11., *Caren. resolut.* 10. *num.* 3., *Rocca disput. jur. select. cap.*190. *num.*60. *ad fin. vers. signanter, Rot. coram san. mem. Alexandro VIII. dict. decis.*26. *num.*14.; Sufficiuntque etiam duo actus effectum sortiti, *Vivian. lib.* 4. 102
*cap.*9. *nu.*39. *& seqq., Rota coram Buratto dict. decis.*647. *num.*11. *&* 12., immò etiam unicus, ut ibi tradit *Rota* in terminis, & generaliter de 103
observantiâ interpretativâ docent Doctores, quos refert *Rocc. disput. jur. select. cap.* 187. *nu.* 12., & in casu nostro inter omnes præsentationes, quæ semper fuerunt factæ expresso jure hereditario, notandi sunt duo casus, alter de anno 1600., alter de anno 1613., in quibus vacante Beneficio, Decius, & successivè ejus filii præsentaverunt cum specifica declaratione, spectare ad se quatuor ex quinque vocibus, & pro quinta vo-

ta voce præſentavit Aloyſius de Donatis, qui repræſentabat lineam prædicti Hieronymi, & cum eâdem ſpecificatione traditur, fuiſſe expedita, & affixa edicta. Additur iis, quod tàm ipſe Aloyſius, quàm poſteà Hieronymus Jun. ejus filius in alia vacatione de anno 1698., & ſubinde etiam Joſeph filius Hieronymi de anno 1702. in articulis poſuerunt, Juſpatronatus à Fundatore fuiſſe reſervatum ſibi, & ſuis heredibus, & Succeſſoribus; Quod etiam confert ad propoſitum,
104 quia, licet articuli non contineant abſolutam confeſſionem, tamen validum præbent admi-
105 niculum, ut in puncto *clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.* 24. *num.*7., cum etiam enun-
106 ciativa in antiquis probet, præcipuè inter eaſdem partes, ad latè tradita per *Fab. de Ann. conſ.* 88. *num.*1., *Maſcard. concluſ.*394., *Genua de verb. enunciat. quæſt.*4. *num.*44. *& ſeqq.*, *& num.*91., *Roſenth. de Feud. cap.*22. *concluſ.* 14. *num.* 42., *Rota corum Seraph. deciſ.*1121. *num.*1., *& dec.* 1141. *num.*4.

Quibus omnibus ſimul junctis, vix dubitari
107 poſſe videtur, quin Juſpatronatus cenſendum ſit hereditarium; nam literæ fundationis, & præſumptioni juris acceſſit continuata, & non interrupta obſervantia: Quæ etiamſi conflictum haberet cum aliis actibus contrariis, & qualitatem
108 gentilitiam indicantibus, illa ſemper obſervantia eſſet præferenda, quæ ſtat pro qualitate hereditaria, tum utpotè plus juri conformis & naturæ Ju-
109 riſpatronatus conſentanea, per ea, quę docet *Abb. in cap. auditis num.*15. *de præſcript.*, *Cravet. conſ.* 96. *num.*4., *Mandell. conſ.*253. *in fin.*, *Honded. conſ.*53. *num.* 24. *lib.*1., & in terminis *Tondut. quæſt. benefic. cap.*157. *numer.*43. *verſ. ſi tamen*, *Calder. contr.* 8. *num.* 26., *Rot. in recent. deciſ.* 521. *num.*3. *part.*5., *deciſ.*336. *num.*6. *verſ. immò potior coram Merlin.*, *deciſ.*850. *num.*5. *&* 6., *& coram Cerro deciſ.*102. *ſub num.* 4. *verſ. prævalere debet & num.*9., *& num.*14. *in fin.*, ubi,
110 quod omnis alia interpretatio eſt violenta, contra naturam Juriſpatronatus, & juris aſſiſtentiam, *in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. *§. Confirmatur coram Eminentiſſimo Card. de la Tremoille*, *in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. *§. Fortiora, confirmata* 17. *Martii* 1710. *§. Hiſque præmiſſis coram R.P.D. Anſaldo*; tum etiam quia in conflictu contrariorum
111 actuum etiam obſervantia pro qualitate gentilitia redderetur æquivoca, & turbida, ex traditis à *Bartol. in leg.*2. *num.*22. *ff. ſolut. Matrim.*, *Cravet. conſ.*96. *num.*5., *Surd. conſ.* 313. *num.* 33.,
112 ideoque hoc ſufficeret, ut Juſpatronatus ſuâptè naturâ cenſeri deberet hereditarium, *Duran. diſc.* 285. *num.*22., *Rot. diverſ. deciſ.*19. *num.*6. *part.* 2., *& deciſ.*72. *num.*28., *deciſ.*112. *num.*5. *part.* 2. *recent.*, *& deciſ.*336. *num.*7. *part.*5. *verſ. tum quia*.

Neque eſt, cur prædicta obſervantia poſſit à
113 præſentibus Patronis impugnari ex eo ſcilicet, quod Majores non poſſunt neque expreſsè, neque tacitè præjudicare poſteris, ex propria perſona vocatis; ut habetur in materia fideicommiſſi *ex lege peto §. Fratre ff. de legat.*2., atque ideò non potuiſſet virtute ſimilis obſervantiæ immu- 114
tari Juſpatronatus de gentilitio in hereditarium cum præjudicio aliorum de familiâ: licet benè potuiſſent de hereditario facere gentilitium, ad notata per *Caren. reſolut.*10. *num.*6., *clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.*18., *Vivian. lib.* 4. *cap.*9. *num.*39., *D. Advoc. Piton. tom.* 2. *diſcept.*53. *num.* 17. *& ſeqq.*, *Rot. part.* 1. *diverſ. deciſ.*229. *num.*1., *deciſ.*247. *num.*2. *part.*4. *rec.*, *cor. Bich. deciſ.*35. *num.*19., *& deciſ.* 277. *num.* 17., *& coram Cerro deciſ.* 670. *num.*9., *&* 10., *in Romana Cappellaniæ Sancti Nicolai* 17. *Maii* 1710. *§. Quidquid è converſo coram R.P.D. Anſaldo*.

Etenim, præterquam obſervantia in nullo ca-
ſu poteſt impugnari ab illis, qui heredes ſunt 115
eorum, qui obſervantiam hereditariam induxerunt, ut advertit idem *clar. mem. Card. de Luc. dict. diſc.*18. *num.* 4., *Piton. loc. citat. ſub num.* 19. *verſ. Immutatio*, *Rot. coram Bichio deciſ.*277. *num.*17., *per Text. in leg. Cum à matre Cod. de rei vindic.*, *in Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. *§. Quintò comprobatur coram Illuſtriſſimo Scotto*, *in Firmana Juriſpatronatus* 21. *Aprilis* 1704. *§. Certa demum cor. bon. mem. Muto*, *in Imolen. Juriſpatronatus* 27. *Januarii* 1710. *§. Maximè quia coram R. P. D. Lancetta*, & in præſenti D. Joſeph de Donatis aſſeritur heres Majorum ſuorum; Reſpondetur, hoc procedere, quando conſtaret, Juſpatronatus 116
fuiſſe gentilitium, & per contrariam obſervantiam ſucceſſorum factum eſſe hereditarium, quo caſu certum eſt, quod aliis de familia præjudicium inferri non potuit, quibus nec millenaria 117
præſcriptio noceret, ad *Text. in dict. leg peto §. Fratre ff. de legat.*2., *& leg. Cum filius familias* 28. *in fine ff. de teſtament. milit.*, *Peregrin. conſ.* 28. *num.*14. *lib.*1., *Ramon. conſ.*9. *ſub num.* 21. *ad fin.*, & in terminis *Gratian. cap.*577. *nu.*43., *Ciarlin. contr.* 107. *num.* 62., *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.*7. *num.*4., *Antonell. de tempor. legal. lib.*2. *cap.*10. *num.* 2., *Rota coram Ninot. deciſ.* 25. *num.*22., *in recent. deciſ.*120. *numer.*6., *& deciſ.*220. *num.*26., *&* 27. *part.*11., *in Bononien. Juriſpatronatus de Ghisleriis* 31. *Januarii* 1695., *confirmata* 22. *Aprilis ejuſdem anni*, *in ſæpiùs laud. Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 17. *Martii* 1710. *§. Verum & hoc contingere coram R.P.D. Anſaldo*; At in caſu noſtro non conſtat, Juſpatronatus ex fundatione eſſe gentilitium, immò potiùs contrarium, eſſe ſcilicet hereditarium, 118
cum à Fundatore, & ab Ordinario appareat reſervatum heredibus, & Succeſſoribus; & obſervantia non affertur veluti nova quædam, & tacita diſpoſitio ſucceſſorum contra voluntatem Defuncti; ſed potiùs uti lux, & teſtimonium ejuſdem voluntatis Fundatoris, quæ primis he- 119
redibus magis nota præſumitur, ut notat *Bartol. in leg. gerit num.*17. *ff. de acquir. hered.*, *& in leg. ſi quis à filio §. Si quis plures ff. de legat.* 1. *ubi etiam Jaſon.*, *Mantic. de conject. lib.* 3. *titul.* 1. *num.*26., *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.*42. *nu.*7., cum

cum aliis deductis per *Rot. in Hortana Immissionis 6. Junii* 1710. *§. Hæcque omnia coram bon. mem. Caffarello*, ideoque, si quod superesset dubium de voluntate Fundatoris, ipsa proximè secuta observantia illud solvit, declarat, elucidat, ejusque testimonio multùm propterea defertur, ut probant auctoritates supra relatæ in *§. Observantia*, & in materiâ fideicommissi docent *Menoch conf.* 349. *nu.* 15., *Surd. conf.* 362. *num.* 10., *Molina de Primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 39., *& lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 57., *Rot. part.* 5. *decis.* 185. *nu.* 4., *& part.* 9. *decis.* 407. *num.* 36., *repetita post Censal. ad Peregr. decis.* 30. *num.* 17., *in Ravennaten. Fideicommissi Julii Camilli de Abbiosis* 7. *Aprilis* 1710. *§. Certiora autem cor. R.P.D. Crispo*, *in Auximana*, *seù Camerinen. Fideicommissorum* 1. *Julii* 1709. *§. Quæ quidem coram eodem*, *confirmata* 3. *Junii* 1710. *§. final. coram R. P. D. Ansaldo*, *& in Urbevetana Immissionis* 20. *Aprilis* 1711. *§. Ceterum cor. eodem*.

Suppositâ igitur qualitate hereditariâ, quam operæ pretium fuit ità diligenter examinare, jam clarè emergit præponderantia juris favore D. Philippi Merenda, uti repræsentantis lineam Decii de Donatis, cui, præter quintam vocem suam, accreverunt tres aliæ voces exteſtamento trium fratrum præmortuorum, & una sola remansit in lineâ Hieronymi de Donatis, quæ modò repræsentatur per D. Josephum de Donatis; Certum est enim, quod Juspatronatus hereditarium, licèt in se individuum, tamen quoad exercitium præsentandi dividitur in tot voces, quot sunt primi heredes, & defertur per quotas hereditarias non secus, ac omnia alia Bona, Doctores *in Clement. plures de Jurepatr.*, *Card. in cap.* 1. *colum.* 2. *extr. eodem tit.*, *Rocch. de Curte verb. Jus num.* 11., *Lambertin. part.* 2. *lib.* 2. *art.* 8. *num.* 1., *Barbos. vot.* 1. *num.* 7. & 14., *Lotter. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 19., *& numer.* 106., *idem Barbos. in Jus Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 21. *& seqq.*, *Antunez. de Donat. reg. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 86. *vers. notabilis etiam*, *de Franch. decis.* 85. *num.* 1., *& ibi Ricc. in addit.*, *Rot. in recent. decis.* 146. *num.* 3. *part.* 2., *& decis.* 203. *numer.* 5., *& decis.* 336. *num.* 23. *in fine part.* 5., *in Auximana Jurispatronatus* 27. *Junii* 1701. *§. Comperto coram R. P. D. Ansaldo*, *in Assen. Prioratus super pertinentia* 20. *Januarii* 1708. *§. Non attentâ coram R.P.D. Lancetta*, *in Asten. Beneficii* 25. *Junii ejusdem anni §. In nihilo coram R.P.D. Falconerio*, *& in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 17. *Martii* 1710. *§. Quin robur*, *& §. Positâ hac tertiâ parte coram R. P. D. Ansaldo*, & signanter in Regno Neapolis, ubi dividitur pro unciis hereditariis, *Amend. ad de Franch. dec.* 85. *num.* 15., ac testatur ipsa *Rota Romana cor. Seraphin. decis.* 875. *nu.* 1., *coram bon. mem. Emerix jun. decis.* 939. *num.* 7., *& in rec. decis.* 293. *num.* 2. *part.* 10., atque ita cum quinque fuerint filii Fundatoris, quorum quilibet pro virili portione hereditariâ suam quintam partem Juris præsentandi habuit, atque tres ex eis heredem fecerunt Decium, sequitur, hunc habere quatuor ex quinque vocibus, easque ad suum ultimum heredem transiisse, qui est, uti asseritur, D. Philippus Merenda.

Unica tamen superesse videtur difficultas, an prærogativa sexus, & Masculorum prælatio, quam Fundator omninò voluit, & expetivit in prima, & secunda dispositione, tanti valeat, ut dictus D. Philippus Merenda, qui descendit per medium fœminæ, repellatur, existente Masculo ex Masculo alterius lineæ? Pro cujus solutione illud primò inspiciendum putamus: an ipsa fœmina mater D. Philippi, si viveret, esset excluſa ab hoc Jure præsentandi; cum in ipsa prælatione Masculorum plures incidant animadversiones, num scilicet fœmina excludatur à quocumque Masculo agnationis, an verò oporteat, Masculum adesse in eodem gradu cum fœminâ, vel saltem in eâdem linea?

Regula verò, quæ colligi poterit ex communioribus theoricis, & in Foro magis receptis, ea est, ut habetur in materia fideicommissi, quod, existente voto conservandæ agnationis, fœmina non admittatur, donec Masculus unus in agnatione existat, quamvis remotior & alterius lineæ, nimirum ne Bona per fœminam extrà familiam transeant contra votum Testatoris: ac propterea, ne agnatio interrumpatur, censetur inducta inter Masculos ipsos linearis reciproca substitutio, ut post alios *Peregrin. consil.* 19. *lib.* 6., *Redenasch. conf.* 60. *num.* 2., *Altogr. conf.* 54. *num.* 3. *lib.* 1., *& conf.* 92. *nu.* 13. *&* 14., *Urceol. consult.* 80. *num.* 20., *Spad. conf.* 237. *lib.* 3., *Balducc. observat.* 9 *num.* 79., *& seqq.*, *clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. disc.* 100. *nu.* 4., *cum aliis relatis à Rocca disput. jur. select. cap.* 16. *num.* 14., *& seqq.*, *Rot. in recent. decis.* 183. *num.* 23. *part.* 10., *decis.* 472. *numer.* 11., *&* 12. *part.* 14., *decis.* 68. *num.* 15. *part.* 15., *decis.* 154. *num.* 8., *& decis.* 755 *num.* 13. *part.* 18., *Et*, *omissis aliis*, *in Faventina Fideicommissi ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca tom.* 10. *decis.* 69. *per tot.*, *in Bononien. Fideicommissi de Ursis* 26. *Martii* 1708. *§. Verùm*, *& §. Quia hujusmodi coram Reverendissimo Decano*, *confirmata* 10. *Maii* 1709. *§. Quibus ità constabilitis coram R. P.D. Aldrovando*, *& in Ravennaten. Fideicommissi Julii Camilli de Abbiosis* 7. *Aprilis* 1710. *§. Et sinè §. Constito*, *& §. Et hinc coram R.P.D. Crispo.*

Quod tamen votum agnationis debet aliundè probari, nam ipsa sola prælatio Masculorum hoc non importat, ut suprà insinuavimus, & docent etiam *Marta de succeſſ. legal. part.* 1. *qu.* 1. *articul.* 14. *num.* 12., *& seqq.*, *Torr. de Primogenit. Ital. part.* 1. *cap.* 25. *§.* 24. *numer.* 269., *Quæsad. dissert.* 20. *num.* 43., *Rota coram Dunoz. jun. decis.* 503. *num.* 19., *& in Bononien. Fideicommissi de Elephantutiis coram R. P. D. Ansald.* 25. *Junii* 1708. *§. Ad hoc autem*.

Illo verò cessante, prælatio Masculorum benigniùs accipitur, ut fœmina tunc solùm repellatur, si Masculus adsit, vel in pari gradu, *Bald. in leg. in multis ff. de stat. homin.*, *Gulielm. de*

Benedict. in cap. Raynutius verb. in eodem testamento num. 173. *de testament.*, *Covar. variar. lib.* 3. *cap.*5. *sub num.*3. *vers. rursus*, *Molin. cum pluribus lib.*3. *de Primogen. Hispan. cap.*5. *num.* 71. *vers. decima quarta conclusio*, *Mierez. de majorat. part.*2. *quæst.*6. *nu.* 124., *Paulut. tom.*2. *dissert.* 10. *num.* 72., *& seqq.*, *Rota coram bon. mem. Emerix jun. decis.*1262. *num.* 4. *ad fin.*, vel saltem in eâdem lineâ, *Molin. loc. citat.*, *Peregrin.* 128 *de Fideicomm. artic.* 27. *sub num.* 15., *Fusar. de substitut. quæst.*475. *num.*75., *Cyriac. contr.*608. *num.*42., *clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicommis. disc.*34. *num.*7., *& disc.*102. *num.*2., *de Marin. tom.* 2. *cap.*89., *Hodiern. contr.* 33. *numer.* 14., *Rota coram Seraphin. decis.* 1023., *coram Ubald. decis.*10. *num.*4., *& decis.*122. *numer.*3., *coram bon. mem. Emerix jun. decis.*589. *sub num.* 17., *apud Redenasch. contr.* 58. *numer.*127., *& seqq.*, *decis.*145. *num.*5. *part.*1. *rec.*, *dec.*68. *nu.*17. *part.*15., *dec.*20. *num.* 5. *& seqq.*, *& decis.* 487. *num.*18. *part.*19.

Quapropter, cum in casu nostro cesset qualitas agnatitia, ex supradictis, quæ etiam in mate- 129 ria fideicommissi numquam præsumitur in dubio, sed potiùs contra eam est respondendum, *Valenz. cons.*97. *num.*71., *& seqq. lib.* 1., *Casanat. cons.*38. *num.*78., *Palm. decis.*281. *numer.* 23., *Andreol. contr.*154. *num.*3., *Torr. de Primogen. quæst.*54. *num.* 12., *Rot. in recent. decis.* 267. *num.*14. *vers. nec præsumitur part.*11., *dec.* 156. *num.*13. *part.*15., *& in Mantiss. ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicommis. tom.* 10. *decis.* 5. *num.* 5.; Indè sequitur, quod fœ- 130 mina, nullo existente Masculo in suâ lineâ, non excluditur ab Agnato alterius lineæ, juxtà prænotatas regulas, & in terminis ità docet *D. Advoc. Piton. discept.*26. *num.*3., ubi, quod præ- 131 latio Masculorum sumi debet in qualibet linea, in qua est ingressum Juspatronatus, atque firmavit *Rota in Neapolitana Abbatiæ coram bon. mem. Emerix jun. decis.*939. *num.* 5., ubi retentis iisdem regulis fideicommissi, habetur, quod fœminarum exclusio in Jurepatronatus intelligitur discretivè, non autem de unâ lineâ ad aliam, *in Lucana Beneficii* 3. *Junii* 1701. *§. Prædicta coram bon. mem. Muto*, *in Comen. Cappellaniæ* 4. *Maii* 1703. *§. Sublata coram bon. mem. Cardin. Priolo*, *in Romana Cappellaniæ Sancti Nicolai* 17. *Martii* 1710. *§. Vel ut dicitur coram R.P.D. Ansaldo*. Et quamvis contrarium teneat *Rocca disput. jur. select. tom.*2. *cap.*190. *numer.*27., *& num.*33. *& seqq.*, ibi tamen agebatur de Jure- 132 patronatus contento sub generali fideicommisso, quod fuerat expressè ordinatum pro linea masculina tantùm, exclusis semper, & omninò fœminis; ut patet sub *num.* 25. ex verbis testamenti: Et auctoritates, quas allegat *num.*27., lo- 133 quuntur de Jurepatronatus reservato taxativè pro Masculis, ut ipsemet declarat *nu.*28., quod distat à casu nostro: & multùm quidem refert, 134 an fœminæ generaliter semper, & per modum regulæ excludantur, an verò Masculis, & fœminis unâ simul vocatis, ut in casu prælatio simpliciter Masculis concedatur, per ea, quæ differit *Rota coram bon. mem. Emerix jun. decis.* 1262. *sub num.*4., *& decis.*609. *num.*4., *& decis.*646. *nu.*27. *part.*19. *recent.*, *Altograd. contr.* 42., *Rosa consult.*69. *num.* 73., *Mans. consult.* 84. *num.*21., *& consult.*93. *nu.* 28. 30. *& seqq.*, *Pacion. allegat.* 164. *num.*9. *&* 16., *Rot. Florent. penes Balducc. decis.*, *ac rer. judicat. tit.*3. *de legat.*, *decis.*38. *num.*1. *& seqq.*, *Rot. in Bononien. Fideicommissi de Ursis* 26. *Martii* 1708. *§. final. coram Reverendissimo Molines Decano*, *& in Bononien. Fideicommissi de Beninis* 8. *Maii* 1711. *§. Postremò cor. R.P.D. Ansaldo*.

Nec relevans erit consideratio, quod plures lineæ descendant ab unò Fundatore, quo casu fa- 135 ciliùs datur transitus unius ad aliam pro Masculi prælatione, cum omnes reputentur per modum 136 unius corporis, ut post *Soccin.*, *Redenasch.*, *Peregrin.*, *Altograd.*, & alios docet in materia fideicommissi *Rot. coram bon. mem. Emerix. jun. dec.*116. *num.*13., *& in Romana*, *seù Reatina fideicommissorum de Vincentinis* 2. *Aprilis* 1696. *coram clar. mem. Card. Capraru §. Posito ex his*, *in Forolivien. Fideicommissi de Torellis* 28. *Junii* 1702. *§. Quoniam confirmat.* 15. *Januarii* 1703. *§. Retento cor. bon. mem. Muto in Bononien. Fideicommissi de Ursis* 10. *Maii* 1709. *§. Sed agitur cor. R.P.D. Aldrovando*; Etenim hoc benè con- 137 fert ad regulandam substitutionem reciprocam linearem in fideicommisso agnatitio, in quibus terminis illud considerant *Rot. loco citat.*, *Caren. resol.*128. *nu.*26., *Rodulphin. alleg.*40. *n.*2., *Joseph de Rosa consult.*69. *num.* 62. *&* 64., *clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. disc.*25. *nu.*21., *disc.*89. *num.*16. *in fin.*, *& disc.*102. *nu.*3., *alter de Luc. de linea legal. lib.*1. *art.*20. *num.*2., *Calder. resol.*57. *num.* 4., *Castill. dec.* 153. *num.* 51. *& alii*; At in casu nostro neque supponitur qualitas agnatitia, nec reciproca substitutio, nec po- 138 test dici, Juspatronatus esse relictum in totâ familiâ tamquam in uno corpore cum prælatione Masculorum, quia tunc esset propriè gentilitium, ad notata per *d. Carol. Anton. de Luc. de linea legal. art.* 23. *sub num.* 15. *§. Succeditur*, *& R. P. D. Ansald. in annot. ad decis.* 52. *n.*28., *Rot. in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. *§. Collimante cor. Illmo Scotto*, *in Romana Cappellaniæ* 25. *Novemb.* 1705. *§. Quia tamen*, *& §. Ob id. cor. R.P.D. Ansaldo*, *& in altera Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 17. *Martii* 1710. *§. Quarto loco §. Firmata igitur*, *& §. Et ob id coram eod.*; Hereditarium verò Juspa- 139 tronatus, de quo loquimur, pluribus heredibus relictum, præsertim Fundatori præcognitis, dividitur in tot lineas, quot sunt heredes, & istæ 140 non confunduntur ad invicem per modum unius, sed unaquæque suam vocem discretè, & inconfusè retinet: & unaquæque suam stirpem facit, nec una in aliam ingreditur, ut notant, licèt ad alium propositum, *Panimoll. dec.*137. *nu.* 47. *& seqq.*, *ad Text. in Clem. plures de Jurepatr. Fattinell. respons.* 54. *num.* 2. *&* 3., *Lotter. de re benefic. lib.*2. *quæst.* 11. *num.* 128., *R.P.D. Ansald.*

Sald. in addit. ad dec. 52. num. 40., Rota in Alexanen. Beneficii 11. Decembris 1711. coram R.P. D. Aldrovando §. Ignatium verò, & §. Etsi enim Fundator cum §. seq. per tot., ubi, quod ex voca-
141 tione filiorum, & heredum videtur constitutum Juspatronatus lineare non per modum unius (ut objiciebatur) sed quod æqualiter resideret in unaquaque lineâ, à suis filiis efformandâ distinctè, & separatè una ab alia, & priùs in toties *citata Romana Cappellaniæ S. Nicolai 17. Martii 1710. §. Quid ergò dicendum cor. R. P. D. Ansaldo, in Imolen. Jurispatronatus 27. Januarii 1710. §. final. cor. R.P.D. Lancetta.*

Igitur si fœmina ipsa non esset excluſa, pro
142 qua etiam in dubio est judicandum, ut non repellatur à juribus sui Patris per Agnatum remotiorem, ad tradita per *Mierez. de majorat. part. 2. quæst. 6. num. 98. & seqq.*, cessante scilicet agna-
143 tionis voto, quod totum operatur in reciproca substitutione lineari, ut dixit *Rot. post Torr. dec. 310. num. 10., & in Mantiss. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca tom. 10. decis. 19. num. 19. & 20.*, atque in materia indifferenti, qualis est Juspa-
144 tronatus, quod regulariter est ad fœminas transitorium, *Card. in Clem. plures num. 6. de Jurepatr., Abb. in cap. 1. num. 3. eodem tit., Antunez. de Donat. reg. lib. 3. cap. 28. num. 89., Barbos. de potest. Episcop. alleg. 71. num. 4., Lotter. lib. 2. quæst. 11. n. 67., Mierez. de majorat. part. 2. quæst. 6. num. 232. & seqq., Rot. in rec. decis. 272. nu. 10. part. 13.*; Multò magis admittendus erit Masculus ex ipsa fœmina: qui etiam de magis
145 communi opinione sub ipso Masculorum nomine contineretur, quoties, prout in casu, dispositio non respicit agnationis conservationem juxta celebre *consil. 85. Fulgosii* communiter receptum, *Surd. cons. 308. nu. 2., Bellon. jun. conf. 72. n. 34., clar. mem. Card. de Luc. de Fideic. disc. 24. cum plurib. seqq., Mans. consult. 387. nu. 11. & seqq.*; Exceptâ enim agnatione, nihil illi deesse dignoscitur, cur Masculorum appellatione contineri non deberet, *Molin. lib. 5. cap. 3. num. 48., Paschal. de patr. potestat. part. 4. cap. 9. num. 44., Torr. de Primog. tit. 1. quæst. 12. num. 6., Calderon resol. 77. nu. 44. & 45., & resol. 97. num. 44., Castill. lib. 5. cap. 129. num. 1. & seqq.*, latè *Rot. in Faventina Jurispatronatus 12. Maii 1710. §. Quin prædictis in fin. cor. R. P. D. Ansaldo*, &, omissis aliis innumeris, qui possent afferri in materia fideicommissi, docent in propriis terminis *clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatron. disc. 28. num. 3., & disc. 29. num. 8., Mierez. de majorat. part. 2. quæst. 6. num. 239.*, ubi, quod hunc casum habuit in facto, nullumque foret inconveniens, quod, matre exclusâ ob solam rationem sexus, filius masculus ex ea melioris esset conditionis, & succederet (licèt secus sit, quando
146 mater excluditur ex respectu agnationis, ut dicunt auctoritates contrariæ) *Molin. d. lib. 5. cap. 3. num. 48. vers. hæc autem conclusio, Valenz. cons. 97. num. 125., & nu. 238. & seqq., Rosa consult. 69. n. 26., Torr. de Primog. cap. 25. §. 24. n. 268. part. 1., Castill. d. cap. 129. nu. 13., Rota Januen. in Causa Januen. Primogenituræ de Inurea 7. Maii 1711. num. 110.*, at in casu nostro nec fœmina ipsa excluderetur, ut vidimus, & multò minùs masculus.

Postremò ad ea, quæ dicuntur de ultimo statu Beneficii favore D. Joseph. de Donatis, qui solus præsentavit in ultima institutione, multa quoque possunt responderi: nam primò non at- 147
tenditur status ultimus, quando constat univocè de anteriori contrario, *Corrad. in prax. benefic. lib. 1. cap. 2. num. 31., Gratian. cap. 574. num. 13. & 14., Tondut. quæst. benefic. tom. 1. cap. 9. n. 6.*, = *nec quando res est integra, quia scilicet nullo ex* 148
præsentatis instituto, disputatur, quæ præsentatio prævalere debeat, tunc enim, ubi constat de bono Jure Junius in petitorio, istud absorbet possesso- 149
rium, neque attenditur ultimus status, qui non sit legitimè præscriptivus status antiqui = verba sunt *clar. mem. Card. de Luc. de Regular. disc. 3. n. 2.*, & est verissima conclusio, de qua *Abb. in cap. consultationibus num. 9. de Jurepatron., Barbos. ibidem nu. 3., Dec. conf. 127. lib. 1., & conf. 149. num. 2., Vivian. part. 2. lib. 5. cap. 4. in fin., & lib. 11. cap. 6. num. 23., Garz. de Benefic. part. 5. cap. 5. num. 45., Lotter. lib. 1. quæst. 34. num. 28., idem Card. de Luc. de Iurepatron. disc. 9. num. 5., disc. 11. num. 7., & disc. 36. num. 12. §. Et tertiò quia, Piton. discept. 4. num. 27.*, qui omnes ita distinguunt, ut, quando non agitur de ejiciendo possessore Beneficii; sed ante institutionem lis oritur inter Compatronos, tunc attendi debeat proprietas, & pertinentia Jurispatronatus, non verò quasi possessio, quæ faciat ultimum 150
statum, quia illa causat solùm probationem quandam præsumptivam, quæ debet cedere veritati; & hanc sententiam *Rota* semper probavit, ut *Beltraminus* testatur ad *Ludovis. decis. 77. sub num. 12.*, & habetur *dec. 512. num. 2. part. 2. rec., dec. 568. sub num. 7. part. 4., dec. 74. num. 11., & dec. 254. num. 21. part. 11., dec. 64. num. 32. part. 13., decis. 136. nu. 10. part. 14., coram Bich. decis. 276. num. 13., coram Pen. dec. 1630. per tot., coram Priol dec. 38. num. 6., & decis. 113. nu. 34., coram bon. mem. Emerix. jun. decis. 34. num. 18., & dec. 234. num. 4. in Mantiss. ad ornat. clar. me. Card. de Luc. tom. 13. decis. 6. num. 19. & 20.*, ubi latè *concordan., decis. 4. num. 14 & 15., & dec. 36. num. 6.*, & articulo magistraliter discusso, *in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Quod si & seqq., in Asten Prioratus super institutione 6. Martii 1711., §. Et altera cor. R.P.D. Ansaldo, in Pennen. Beneficii super pertinentia 17. Martii 1710. §. Sed hìc non sistit cor. R.P.D. Aldrovando, in Firmana Beneficiorum 19. Januarii 1711. §. Ita ut cor. R.P.D. Lancetta*, Undè, si ex prædictis constat, quod Juspatronatus hoc, juxtà tenorem fundationis, juxtà legem, & qualitatem ab Ordinario impressam, & juxtà secutam observantiam proximam, & successivam, censeri debet hereditarium, cujus major pars
151
resident in lineâ Decii, & prælatio Masculorum intelligenda est in unaquaque linea; neque venit excludendus Masculus ex fœmina, certè
152
dum res est integra, debet potiùs attendi vera pertinentia Jurispatronatus, quàm præsumptio oriens

153 oriens ex ultimo ſtatu ; Præcipuè cum talis pertinentia doceatur ex ipſa fundatione, qui eſt me-
154 lior modus probandi, *Rot. in rec. deciſ.* 68. *num.* 1. *part.* 10. *cum concordan.*, *& coram bon. me. Emerix. jun. dec.* 1320. *nu.* 15., *& dec.* 1361. *nu.* 18., cum aliis latè relatis *in Alatrina Juriſpatronatus* 15. *Junii* 1705. *§. Nec magis ſuffragari cor. Illmo Scotto*, *& in Piſana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. *§. Atque id ipſum cor. R.P.D. Anſaldo*.

Sed, ut res meliùs pateat, diſtinguendi ſunt duo effectus, qui ultimæ præſentationi tribui ſo-
155 lent : primus eſt inducere quaſi poſſeſſionem favore præſentantis ; & alter privare Compatro-
156 num non præſentantem jure ſuo, & circa hæc ultimum ſtatum conſtituere ; ſed non ſemper, & inſeparabiliter hi duo effectus producuntur ; nam, ſicut non repugnat, plures eſſe Compatronos, & plures eſſe in poſſeſſione præſentandi; Ità poteſt quidem aliquis adquirere ſibi poſſeſſionem ex ultimo actu præſentandi, & facere ſibi
157 ſtatum pro alia vacatione ſequenti, cum per unicum actum quaſi poſſeſſio acquiratur, *Rota coram Arguell. dec.* 87. *num.* 6., cum aliis *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. *à princ. cum duob. §§. ſeqq.*, *& in Piſana Prioratus* 15. *Junii* 1711. *§. Indubitabile cor. R.P.D. Anſaldo* ; Sed
158 non ità, ut alter Compatronus poſſeſſionem ſuam amiſerit, nam in actibus compatibilibus
159 incluſio unius non eſt excluſio alterius, ut in ſimilibus terminis benè diſſerit *clar. mem. Card. de Luc. de regular. diſc.* 7. *nu.* 7., ubi, quod, quan-
160 do quis facit actum compatibilem cum jure alterius, illi non præjudicat, neque ſcienti ; Quan-
161 doque verò nec ipſa quaſi poſſeſſio ullo modo adquiritur, quando ſcilicet non docetur, quod præſentatio fuit facta cum ſcientia alterius Patroni; nam, ſicut in ceteris rebus, ità in Jurepatronatus quaſi poſſeſſio præſentandi requirit ſcientiam ejus, in cujus præjudicium quæritur, *Calderin. conſ.* 12. *de Jurepatr.*, *Dec. conſ.* 129. *nu.* 3., *Gig. conſil.* 48. *num.* 42., *Rocch. de Curte de Jurepatr. verb. competens quæſt.* 14. *nu.* 35. *& ſeqq.*, *Lambertin. part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 3. *artic.* 10., *Rot. apud Poſth. de manut. deciſ.* 238. *num.* 20., *part.* 1. *diverſ. deciſ.* 687. *nu.* 1., *cor. Emer. jun. dec.* 830. *num.* 7. *&* 10., *in rec. dec.* 268. *num.* 17. *part.* 11., *in Foſſanen. Juriſpatronatus* 12. *Martii* 2703. *§. Accedente cor. clar. mem. Card. Caprara*, *in Firmana Juriſpatronatus* 21. *Aprilis* 1704. *§. Quarta cum ſeqq. coram bon. mem. Muto*, *in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 17. *Martii* 1710. *§. Quid dicendum cor. R.P.D. Anſaldo*, *& aliis relatis in Firmana Beneficiorum* 19. *Januarii* 1711. *§. In nihilo in princ. cor. R. P. D. Lancetta* ; Et pro-
162 ptereà, niſi talis ſcientia probetur, ſtatus ultimus nil prodeſt, *Vivian. lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 22., *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. Gloſſ.* 45. *§.* 2. *n.* 32., *Rota poſt Vivian. deciſ.* 111. *num.* 8., *coram Ludoviſ. deciſ.* 417. *num.* 2., *coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.* 234. *num.* 5., *deciſ.* 1320. *num.* 13., *& deciſ.* 1361. *num.* 17., *in rec. dec.* 242. *num.* 17. *part.* 10., *& dec.* 153. *num.* 6. *part.* 18., quâ etiam
163 ratione *Rota* reſpondit, ultimum ſtatum haud nocere fœminæ, quæ tempore ultimæ præſentationis, & inſtitutionis fuerat infans, & neque ſcire, neque conſentire poterat, *coram bon. mem. Emerix. jun. dec.* 35. *ſub num.* 17. *verſ. neque talem*, & de eo, qui tempore præſentationis erat 164
abſens, tradit *Rot. cor. eod. Emer. jun. dec.* 1320. *num.* 13., *in rec. dec.* 273. *n.* 13. *& ſeqq. part.* 13., *in Romana Beneficii* 20. *Martii* 1699. *§. Nec refragatur cor. Rño dell'Olmo*, *& in Firmana Beneficiorum* 19. *Ianuarii* 1711. *§. In nihilo cor. R. P. D. Lancetta*.

Admiſſo tamen, ſinè veri præjudicio, quod D. Joſeph de Donatis in ultima inſtitutione præſentaverit ipſe ſolus cum ſcientiâ, & patientiâ Franciſcæ de Donatis exiſtentis in alterâ lineâ ; & quod hæc tunc erat in præfata ætate (nam hoc nobis non eſt notum) non ideò ſequitur, illam 165
privatam fuiſſe ſuo jure præſentandi ; potuit enim illi præſentationi à D. Joſepho factæ tacitè conſentire, potuit per actum ſeparatum præſentare, potuit negligere ; Concluſio autem, & regula juris eſt, quod præſentatio unius ex Compatronis, ſinè aliis etiam effectum ſortita, 166
non privat alios quaſi poſſeſſione, ſed potiùs eam præſervat *Federic. de ſen. conſ.* 112. *in ultim. dub.*, *Abb. conſ.* 54. *num.* 3. *poſt med. lib.* 1., *Ferret. conſ.* 132., *Garz. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 115., *clar. mem. Card. de Luc. de regul. diſc.* 7. *ſub num.* 6. *verſ. atque receptum*, *Caputaquen. deciſ.* 294., *& deciſ.* 366. *part.* 2., *Rot. deciſ.* 229. *num.* 5., *& dec.* 713. *num.* 6. *&* 7. *part.* 1. *diverſ.*, *coram Cavaler. deciſ.* 197. *num.* 5., *coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ.* 3. *num.* 22., *& apud D. Advocatum Piton. diſcept. Eccleſiaſt.* 4. *num.* 90. 91. *&* 98., *& in Majoricen. Beneficii* 9. *Martii* 1711. *§. Quoniam proviſio cor. bon. mem. Caffarello* ; Non enim illa præſentatio facta ab uno Compatrono præſumitur facta animo pri- 167
vandi alios, ſed potiùs ad Juris ſui exercitium, *leg. merito ff. pro ſocio*, *Ruin. conſ.* 50. *num.* 10. *lib.* 1., *Garz.*, *& Card. de Luc.*, *ubi ſupra*, *Rot. d. deciſ.* 713. *num.* 6. *part.* 1. *diverſ.*, *& benè cor. ſan. mem. Alexandro VIII. d. deciſ.* 3. *num.* 22., ibi = *Non relevat, quod Pappacoda ſibi præjudicaverit in poſſeſſione præſentandi ex eo quod in ultima vacatione non præſentavit, quia neque hoc objectum concludit, cum ipſe potuerit ſeparatim præſentare, aut conſentire aliorum præſentationi, quod cenſetur feciſſe eo ipſo quod non præſentavit, cum deberet, Achill. deciſ.* 4. *num.* 14. *de Præbendo &c. & in omnem caſum ob negligentiam præſentandi in ea vacatione, non præjudicavit ſibi in aliis futuris vacationibus, & præſentationibus, Federic. &c.* =, *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. *§. Secundus cum ſeq. cor. R. P. D. Anſaldo*, *in Firmana Beneficiorum* 19. *Ianuarii* 1711. *§. In nihilo in fin. cor. R.P.D. Lancetta*, maximè autem in caſu noſtro veriſimile, & conveniens videtur, quod d. Franciſca tacitè conſenſiſſet præſentationi factæ in beneficium ipſius D. Joſephi de Do- 168
natis, quia potuit credere, ineſſe qualitatem gentilitiam in Jurepatronatus paſſivo, quæ reformata non apparet, ut ſupra notavimus ; atque ideò, cum nullus alius adeſſet agnatus præter ipſum D. Joſephum, non poterat ipſa Franciſca illius inſti-

stitutioni contradicere, quo casu non potest hic actus adduci pro ultimo statu præjudiciali, ut dixit *Rot. coram bon. mem. Emerix. jun. decis.* 34. *sub num.* 17.; Et quatenus etiam Juspatronatus passivum esset liberum, potuit pro libito consentire, & negligendo præsentationem facere, sibi non præjudicavit, uti diximus; Est enim
169 præsentatio actus facultativus, cujus omissio non constituit adversarium in quasi possessione priva-
170 tiva, nisi præcesserit conatus ad faciendum cum secuto impedimento, & quiescentia, *Innoc. in capit. auditis de præscript.*, *Ripa in Cap. cum Ecclesia Sutrina n.* 39. *& seq. de caus. poss. & propriet.*, *Covar. in regul. possessor. part.* 2. *§.* 4. *numer.* 6., *Bald. cons.* 439. *num.* 11. *lib.* 3., *Oldrad. cons.* 172. *num.* 12., & docent communiter *DD. in leg. hęc autem jura ff. de servit. Urban. Prędior.*, *Gomez.* 2. *variar. cap.* 15. *num.* 28., *Rot. coram Merlin. decis.* 788. *num.* 9. 11. *&* 15., *cor. San. mem. Alexan. VIII. decis.* 10. *num.* 10. *& seqq.*, *in recent. decis.* 73. *num.* 19. *&* 20. *part.* 13., *dec.* 82. *nu.* 6., *& decis.* 223. *num.* 10. *&* 11. *part.* 19., *& in Imolen. Iurispatronatus* 27. *Ianuarii* 1710. *§. Conjectura siquidem cor. R.P.D. Lancetta*.

Ex quibus in utramque partem expositis facilè est judicare, quis habeat potiora jura; nostra quidem sententia est, Juspatronatus censendum esse hereditarium, pro quo stat litera fundationis, observantia, & præsumptio juris: Prælatio-
171 nem Masculorum, cum possit verificari discretivè, non esse extendendam de unâ ad aliam lineam, juxtà regulas Juris, & adductas auctoritates, atque ita potiora esse jura Domini Philippi Merenda; Cui non obstare ultimum statum, quia is non dici debet constitutus privativè, nec impedimento esse potest, quo minùs patefactâ pertinentiâ juris antè factam institutionem, juxtà eam sit à Judice pronunciandum.

Aversana Jurispatronatus.

Pleniùs in hac eâdem Causâ ostenditur, in Jurispatronatus successione, Masculorum prælationem, deficiente agnationis voto, aliisque conjecturis, contrariam Testatoris voluntatem suadentibus, intelligendam esse de Masculis ejusdem lineæ, non alterius, in quam Juspatronatus nondum derivarit; itidemque ita intelligendam esse, ut Masculus fœminam, non verò Agnatus Masculum cognatum excludat.

VOTUM III.

1 *A fideicommissis ad Iuspatronatus, & vicissim argumentum valet*, & num. 41.
2 *Substitutio reciproca in dubio non præsumitur.*
3 *Onera multiplicanda non sunt.*
4 *Substitutio de lineâ ad lineam non præsumitur.*
5 *Atque, ut excludatur, quælibet interpretatio sumenda est*, & num. 83.
6 *Substitutio reciproca inter heredes, & Descendentes intelligenda est respectu lineæ uniuscujusque heredis gravati*, & num. 13. & 20.
7 *Præsertim, quando non agitur de excludendo extraneo, sed fœmina proximiori.*
8 *Substitutio reciproca de lineâ ad lineam pro excludendo extraneo facilè præsumitur.*
9 *Parentum votum est providendi Liberis potiùs quàm extraneis.*
10 *Fœminæ, ut excludat Masculum alterius lineæ, favet præsumptio non turbandi naturalem succedendi ordinem*, & num. 37.
11 *Fœmina quod excludatur à Masculo alterius lineæ, naturali æquitati repugnat*, & nu. 28. & 30.
12 *Fœmina in portione sui Parentis Agnato remotiore prædilecta censetur.*
14 *Nisi oppositum suadeat Testatoris voluntas sive expressa, sive tacita per vehementes conjecturas desumptas ex ipsâ dispositione.*
15 *Substitutio reciproca de lineâ ad lineam inter Agnatos admittenda est, si Testator voluerit, Bona sua perpetuò inter Masculos, & in agnatione conservari.*
16 *Substitutionis reciprocæ de lineâ ad lineam inter Agnatos conjecturæ adferuntur*, & n. 56.
17 *Et hujusmodi conjecturæ conjunctim accipiendæ sunt.*
18 *In substitutionis reciprocæ de lineâ ad lineam conjecturis præcipuè locum habet regula, quod singula, quæ non prosunt, unita juvant.*
19 *Pro substitutione reciprocâ de lineâ ad lineam excludendâ conjecturæ referuntur.*
21 *Substitutioni reciprocæ juris patronatus de lineâ ad lineam numquam locus fit, nisi fuerit expressâ, vel ab expressis necessariò inferatur.*
22 *In jure patronatus, Masculorum prælatio non sufficit ad inducendam substitutionem reciprocam de lineâ ad lineam.*
23 *Agnationis contemplatio sola quandoque sufficit ad inducendam substitutionem reciprocam de lineâ ad lineam, exclusis fœminis.*
24 *Agnationis votum ex solâ Masculorum prælatione non colligitur.*
25 *Substitutionem reciprocam linearem non inducit vocatio Masculorum, ac perpetua fœminarum exclusio*, & num. 31.
26 *Substitutionem reciprocam linearem non inducit sola agnationis contemplatio.*
27 *Masculorum prælatio, vocatis filiis utriusque sexus, accipienda est respectu ejusdem lineæ*, & num. 55. & 59.
29 *Fœminarum vocatio, deficientibus Masculis quandocumque, intelligenda est respectu Masculorum ejusdem lineæ.*
32 *Feudum concessum pro se, & heredibus masculis, & in eorum defectum fœminis, fratre mortuo, ad ejus filiam, non ad fratrem devolvitur.*
33 *A feudo ad juspatronatus argumentum valet.*
34 *A primogenitura masculina non excluduntur fœminæ, nisi per masculos ejusdem gradus, & lineæ.*

35 *Nisi*

35 *Niſi ſit agnatitia.*
36 *Primogenituræ qualitas agnatitia in dubio non præſumitur, ſed vehementibus conjecturis probanda eſt.*
38 *Filiam excludi, ubi clara non eſt Teſtatoris voluntas, iniquum eſt.*
39 *Subſtitutio reciproca linearis inter Deſcendentes faciliùs admittitur.*
40 *Sed neceſſariæ ſunt conjecturæ eam ſuadentes.*
42 *Juſpatronatus ingreſſum in plures lineas, à communi ſtipite deſcendentes, defertur ad fœminam ſuperſtitem unius lineæ, excluſo Maſculo alterius, etiamſi data fuerit Maſculis prælatio*, & num. 65. & 84.
43 *Pro ſubſtitutione reciproeâ linearum inter Deſcendentes ab unico filio inſtituto, leviores conjecturæ ſufficiunt*, & num. 49.
44 *Filii unius heredis inſtituti plures lineæ pro unâ quodammodo habentur.*
45 *Succeſſionis diſcretivæ regula in qualibet linea urget, quando plures ab initio filii inſtituti fuerunt.*
46 *Lineæ tot ſunt, quot perſonæ ab initio vocatæ.*
47 *Teſtator, ex quâ parte Patrem prædilexit, ejus quoque Deſcendentes prædilexiſſe cenſetur.*
48 *Succeſſionis diſcretivæ regula obtinet in qualibet lineâ plurium filiorum ab initio inſtitutorum ſive ab herede, ſive ab extraneo.*
50 *Agnationis votum efficit unitatem lineæ.*
51 *Teſtator plures filios collectim vocatos ſpectaſſe videtur per modum unius lineæ.*
52 *Ac proindè prælatio Maſculorum intelligenda eſt de Maſculis etiam alterius lineæ.*
53 *Adverte, id non eſſe certum.*
54 *Vel id procedere, ſi conſtet ex agnationis voto fœminas à Maſculis omnibus ſeparari voluiſſe.*
57 *Linea plurium filiorum ab initio inſtitutorum per modum unius ſpectatæ videntur ex enixâ voluntate conſervandi Bona in lineâ maſculinâ.*
58 *Agnationis votum colligitur ex perpetuâ fœminarum excluſione.*
60 *Fœmina ut excludat Maſculum alterius lineæ, ſufficit, quoquomodo dubiam reddi Teſtatoris mentem.*
61 *Diſpoſitiones omnes tàm inter* vivos, *quàm per ultimam voluntatem interpretandæ ſunt ſecundùm peculiares Regni Conſtitutiones.*
62 *Fœmina ex Regni Neapolitani jure, nonniſi per fratrem, & Maſculum ejuſdem lineæ, à communis Parentis hereditate excluditur.*
63 *Leges municipales à ſucceſſione Patris fœminas excludere intelligendæ ſunt, concurrente Maſculo ejuſdem lineæ.*
64 *Teſtator legibus municipalibus voluntatem ſuam conformaſſe creditur.*
66 *A Statuti verbis ad verba Teſtatoris, & viciſſim arguitur.*
67 *Agere ſecundùm leges, ſive Quiritum, ſive municipales, quilibet voluiſſe præſumitur.*
68 *Teſtatores, & Contrahentes exprimunt ſæpè id, quod à jure diſponitur.*
69 *Argumentum à ſuperfluitate leve eſt.*
70 *Superflua non ſunt, quæ tollendæ dubitationis cauſsâ exprimuntur.*
71 *Vel quæ exprimunt id, quod tacitè inerat.*
72 *In Juriſpatronatus ſucceſſione Maſculorum prælatio intelligenda eſt etiam de Maſculis ex fœminâ.*
73 *Teſtator loquens de Maſculis deſcendentibus, non aliud reſpexit, quàm deſcendentiam, & ſexum maſculinum.*
74 *Maſculi ex fœminâ ſunt Maſculi, & Deſcendentes.*
75 *Maſculorum appellatio ſi ad ſolos Maſculos ex Maſculis referatur, læditur ſenſus verborum.*
76 *Maſculorum prælatio non tribuit jus prælationis inter Maſculum agnatum, & Maſculum ex fœminâ*, & num. 80.
77 *Sexus paritas tollit prælationem, propter ipſum ſexum conceſſam.*
78 *Filium melioris conditionis eſſe, quàm matrem, abſurdum non eſt, quando diverſa utriuſque eſt ratio.*
79 *Sexus maſculinus in multis fœmineo habilior cenſetur.*
81 *Maſculi agnati præferendi ſunt Maſculis ex fœminâ tunc ſolùm, cum agnationis ratio habita fuit.*
82 *Præſertim, quando Maſculi agnati non ſunt ejuſdem lineæ.*

LICET ex alio meo reſponſo inferri poſſe videatur, quod prælatio à Fundatore Maſculis conceſſa intelligenda diſcretivè ſit in qualibet uniuſcuiuſque heredis inſtituti linea, non autem complexivè, ſive in tota latitudine linearum omnium, à cunctis heredibus prodeuntium: nihilominùs, quia, ut accepimus, Cauſa adhuc hæret in hoc dubio, an ſcilicet *Maſculus unius lineæ poſſit excludere fœminam alterius*, ob eam rationem, quod res agitur inter deſcendentes ab uno ſtipite, ab ipſo nempè Fundatore, quo caſu faciliùs ſibi locum vindicare dicitur conjectura reciprocæ ſubſtitutionis linearis, juxtà ea, quæ frequenter à Doctoribus traduntur in materia fideicommiſſorum, id circò, dum præcisè de hoc votum meum exquiritur, abs re non erit latiùs repetere, quæ in iiſdem terminis fideicommiſſorum, & ſubſtitutionum traduntur; Ex iis enim recta orietur Dubii propoſiti reſolutio, quippè omnibus notum eſt, rectè à fidejcommiſſis argui ad Juſpatronatus, & viceversà, *Palm. nep. alleg.* 105. *num.* 8., *Cyrill. cap.* 54. *num.* 14., *Rot. cor. Emer. jun. deciſ.* 444. *num.* 3., *in Auximana Juriſpatronatus* 27. *Junii* 1701. *§. Quoniam cor. R.P.D. Anſald.*, *in Faventina Juriſpatronatus* 12. *Maii* 1710. *§. Nec juvit, confirmata* 12. *Junii* 1711. *§. Diximus cor. eod.* 1

Cenſent, & veluti prò immota regula iidem ſtatuunt Doctores, quod reciproca ſubſtitutio in dubio non præſumitur, ità præcipiente ratione illâ non multiplicandi onera, commendatâ pluribus juris locis, relatis apud *Mantic. de conject. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 11., *Molin. de Primog. Hiſpan. lib.* 1. 2 3

lib.1. cap.4. n.8., & n.10., Peregrin. conf.30.
4 *num.4. lib.3.*, quæ ratio fortiùs urget pro illâ excludendâ de linea ad lineam, utpotèquæ ob gravius, quod inijcit onus, magis odiosa reputatur, plenè *Fusar. de substit. quæst.471., & 475., Peregrin. de fideic. art.11. n.37., Cyriac. contr. 8. num.47., Rosa consult.41., & seq. ferè per*
5 *tot.*, qua de re quamlibet benigniorem interpretationem ad illius exclusionem sequendam esse, docuerunt *Giovagn. conf.97. lib.1., Surd. conf.329. num.4., Casanat. conf.4. num.274., Altograd. senior. conf.60. num.60. lib.1., Fusar. d. quæst.475., Roc. disput. jur. select. cap.8. nu. 15., & seq., Rot. coram Carillo decis.105. nu. 20., coram Card. Celso decis.376. num.4., in rec., decis.68. num.13., & seq. part.15., decis.20. num.28., & nu.33. part.19., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. tom.10. decis.67. num.13.*,
6 quo fit, ut, tametsi eadem expressè inter heredes, & eorum Descendentes constituta reperiatur, nisi in contrarium urgeat clara voluntas Testatoris, in dubio semper accipienda sit discretivè, respectu nempè lineæ uniuscujusque heredis instituti, rejectâ prorsus quavis extensione ad aliorum heredum lineas, juxtà famigeratam, & magistralem *decisionem Seraphin.1023.*, & docuerunt *Ruin. conf.121. nu.8. lib.2., conf.115. num.12., conf.134. num.7., conf.141. num.13. lib.3., Socciu. jun. conf.88. lib.2., Cephal conf. 401. num.32., & seqq., Alciat. conf.87. nu.2., Menoch. conf.376. num.29., & num.41., Peregrin. de fideic. art.27. num.13., & seqq., Mart. de succes. legal. part.4. quæst.12. art.1. num.9., Rosa consult.41. nu.4., & seq., Andreol. contr. 144. nu.13., Rocca d. disput.17. num.7., & 14., Rodulph. alleg.39. num.18., & sequendo d. dec. Seraphin., ait Rot. coram Cavaler. decis.465. num.2., coram Ubald. decis.10. num.4., coram Carill. decis.115. num.19., & seq., & in rec., decis.68. num.7., & seqq.*, ubi concordantes, *part.15., decis.20. sub num.15. part.19., in Romana Fideicommissi de Cecchinis 1. Junii 1699. §. Ex quibus, & §. Et tamen coram Eminentissimo Card. de la Tremoille, in Romana Fideicommissi de Goris 9. Maii 1701. §. Absque eo quod cor. R.P.D. Ansaldo.*

Quæ receptissimæ Doctorum, atque Tribunalium traditiones magis justâ ratione locum sibi
7 vindicant, quando non agitur de inducendâ reciprocâ de lineâ ad lineam prò excludendo extraneo, qui post absumptam lineam, vigore alterius substitutionis, vel, tamquam libera effecta, capere contendat Bona, in lineam jam extinctam ingressa, sed, ut contingit in casu nostro, illa induci curatur pro excludenda fœmina unius
8 lineæ per Masculum alterius, quantum enim primo casu favore Descendentium urget præ-
9 sumptio fundata in communi Parentum voto providendi potiùs Liberis suis, quàm extraneis, ad notata in *leg. Cum Avus ff. de condit., & demonstrat., & leg. Cum acutissimi Cod. de fideicomm.*, tantum in secundo casu, eorumdem
10 favore, valet præsumptio non turbandi naturalem succedendi ordinem, ut egregiè more suo ratiocinatur *clar. mem. Card. de Luc. de fideicom., decis.106. num.17.*, quem laudat, & sequitur *Mans. consult.219. sub num.20. in fin.*; Quid enim nedum naturali pietati, sed civili etiam 11
rationi magis repugnat, quàm quod filia fœmina repellatur à successione sui Patris per Masculum alterius lineæ, *Valenz. conf.97. num.71., & seqq. lib.1., Casanat. conf.47. num.4., Molin. de Primog. lib.3. cap.4. num.32., Mierez. de majorat. part.2. quæst.6. num.96., & seqq., de Marin. variar. resol. tom.2. cap.126. sub nu.25.*, latè *Rot. Lucana apud Paulut. dissert.100. nu.90.*, fœmina, inquam, quæ in portione sui Parentis 12
censetur prædilecta Agnato remotiore, *Rot. cor. Ubald. decis.122. num.3., & seq.*, id quod cum per absurdum sit, recta ratio postulat, ut, si reciproca substitutio ordinata favore Masculorum, salvâ sermonis proprietate, & minimè violatâ 13
mente Testatoris, intelligi discretivè potest in descendentiâ cujuslibet instituti, accipienda non sit linealiter, ut nempè Masculus unius lineæ excludat fœminam alterius, *Corn. conf.32. lib.2., Menoch. conf.274., Fusar. conf.17. num.20., Peregr. de fideicomm. art.14. num.72., Andreol. contr.144. num.13., Rocca disput.17. num.14., Carol. Anton. de Luc. de linea legal. art.20. n.1., & seq., Mans. consult.18. num.5., & seq., Pacion. allegat.47. num.12., Rodulphin. alleg.39. n.12., Tor. var. jur. quæst. tom.1. quæst.34. num.13., & 14., & de Succes. in Primogen. Ital. part.1. quæst.38. num.80., Urceol. dec. floren.11. nu.1., & decis.23. num.9., & seqq., cum aliis in Romana Fideicommissi de Goris 22. Martii 1700. §. At quandò coram R. P. D. Ansaldo, in Romana Fideicommissi 11. Januarii 1706. §. Nihilominùs coram eodem, & in Bononien. Fideicommissi Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. Eòque certiùs coram R. P. D. Aldrovando.*

Quamquam verò ab his regulis recedatur quoties, ut dictum est, in oppositum urget Testa- 14
toris voluntas sivè expressa, sivè etiam tacita, promanans ex vehementibus conjecturis desumptis ex tenore, & substantia dispositionis, quæ juxtà vota Testatoris aliter adimpleri nequeat, nisi per reciprocam de linea ad lineam, juxtà casum figuratum in *leg. Titia Sejo 89. §. Seja libertis ff. de legat.2.*, vel si liquidò pateat, Testato- 15
rem voluisse, Bona sua perpetuo inter Masculos, & in agnatione suà conservari, id conijciendo ex pluribus conjecturis unitim perpensis, ut puta, 16
si, constitutâ reciprocâ inter Masculos primò vocatos, eorum Descendentes substituerit cum strictâ prohibitione alienationis, atque detractionum, progrediendo ad plures gradus substitutionum, masculinam qualitatem sæpiùs repetendo, fœminas omninò semper per modum regulæ excludendo, aliaque his similia ordinando, de quibus *Altograd.* post alios *conf.90. lib.1., Mantic. de conject. lib.7. tit.5., Fusar. de substit. quæst.472., & 475., Carena resol.144., Menoch. de præsum. lib.4. præsum.62.*, aliique relati à *Rocca disput. jur. select. cap.15., & 16., clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. disc.100., & seqq., Rot. coram Merlino d. decis.326. n.15.*,

cor.

cor. Priol. dec. 177., & 417., *decis.* 183. *part.* 10. *rec.*, *decis.* 244. *part.* 14., *decis.* 605., & *decis.* 646. *part.* 19., *ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. tom.* 10. *decis.* 69., & 70., *in Mantiss. eodem tom.* 10. *decis.* 60., & *tom.* 16. *dec.* 26., & 27., *in Bononien. Fideicommissi de Vrsis* 26. *Martii* 1708. *§. Verùm*, & *§. Quia hujusmodi coram Rmo Molines*, *confirmata* 10. *Maii* 1709. *§. Quibus ità constabilitis cor. R.P.D. Aldrovando*, *in Ravennaten. Fideicommissi Julii Camilli de Abbiosis* 1. *Julii* 1707. *§. Nec purificatio cor. R.P.D. Lancetta*, & *in ejus confirmatoria* 7. *Apr.* 1710. *§. Et sinè*, *§. Constito*, *§. Et hinc cor. R.P.D. Crispo*, Immò verò Doctores censent, quod,

17 licèt tales conjecturæ plurimùm valeant, eædem tamen singillatim accipiendæ non sint, singularitèr etenim acceptæ, persæpè rejectæ reperiuntur, ut, omissis aliis, notat *Rocca disput. jur. select. cap.* 16. *ex num.* 8., *Rosa consult.* 41., & *consult. seq.*, *Pacion. alleg.* 46., *Capyc. latr. decis.* 1. *ex num.* 62., *Rot. in rec. decis.* 68. *num.* 11. *part.* 15., *coram bon. mem. Emerix Jun. decis.* 56. *nu.* 14., & *seq.*, & *decis.* 628. *num.* 3., & *seq.*, sed oportet,

18 illas simul, & unitim concurrere, regula enim docens: *singula*, *quæ non prosunt*, *juncta juvant*, præcipuè locum sibi vindicat in nostra specie, *clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. disc.* 93., & *disc.* 100. *num.* 10., *disc.* 105. *nu.* 3., *Adden. ad Ludovis. dec.* 315., *Caren. resol.* 128. *sub n.* 3., *Rocca d. disput.* 16. *num.* 25., *Baduc. ad Ramon. obser.* 9. *n.* 78., *Rot. cor. Merlin. decis.* 447. *n.* 9., *cor. San. mem. Alexand. VIII. decis.* 1. *num.* 33., *cor. bon. mem. Emerix. Jun. decis.* 599. *n.* 9. *in fin.*, *in rec. decis.* 283. *num.* 2., & 14. *part.* 13., *decis.* 326. *nu.* 10. *versic. quæ conjecturæ part.* 14., *decis.* 646. *num.* 38. *part.* 19., *in Lucana Fideicommissi post Paulut. differt.* 100. *num.* 53. *lib.* 2., *in Bononien. Fideicommissorum de Herculanis* 13. *Junii* 1701. *§. Maximè cor. bon. mem. Muto*, & *in Forolivien. Fideicommissi de Torellis* 28. *Jun.* 1702. *§. Et quamvis cor. eodem*, *in Romana*, *seu Nicien. Fideicommissi* 6. *Martii* 1713. *§. Quæ omnes penult. cor. R.P.D. Falconerio*.

Nihilo tamen minùs tantum abest, quod in casu nostro prò inducenda ad exclusionem fœmi-

19 narum, reciprocâ à Masculis unius lineæ ad Masculos alterius lineæ, ulla concurrat ex mox relatis conjecturis, ut potiùs prò admissione fœminarum contraria suppetant argumenta; quippè non adest reciproca expressa inter Masculos primò vocatos, deficit digressus ad plures gradus substitutionum; desideratur repetitio qualitatis masculinæ; deest votum, quod juspatronatus sit purè agnatitium, & denique tale quid in dispositione non legitur, quod nonnisi per linearem reciprocam adimpleri queat, sed viceversâ Fundator juris patronatus, loco omnino, semper, & per

20 modum regulæ excludendi fœminas, easdem sub ipso suæ dispositionis initio vocavit, illis expressis verbis = *qui tres Cappellani possint præsentari tàm ab ipso Comparente*, *quàm ab ejus heredibus*, & *Successoribus utriusque sexus*, *servatâ sexus prærogativâ*; Nemo itaque non videt, ex mente Testatoris dispositionem servari, atque adimpleri discretivè posse in qualibet lineâ cujuslibet instituti, absque necessitate subintelligendi reci- 21
procam de linea ad lineam, cui si numquam locus fit, nisi fuerit expressa, vel ab expressis necessariò interatur, ut, præter ea, quæ alibi innuimus, est receptissima theorica *Bartoli*, *Baldi*, *Alberici*, & aliorum *in d. leg. Titia Sejo §. Seja libertis ff. de legat.* 2., *Castrens.*, & *Jason. in leg. potest ff. de vulgar.*, & *pupillar.*, *Ripa in leg. heredes mei §. Cum ità num.* 17. *ff. ad Senat. Consult. Trebell.*, *Bursat. cons.* 371. *num.* 12., *Alduin. cons.* 93. *num.* 19., *Giovagnon. cons.* 97. *lib.* 1., *Fusar. cons.* 1. *num.* 9., *Redenasch. cons.* 10. *nu.* 96., & *seqq.*, & *cons.* 58. *num.* 118., *Casanat. cons.* 4. *num.* 282., *Peregrin. de fideicomm. art.* 13. *n.* 41., *Mans. consult.* 218. *sub num.* 19. *vers. sed ad eam inducendam*, & priùs *sub nu.* 8. *vers. quotiescumque enim*, *Rocc. disput.* 17. *nu.* 20., & 23., *Castald. consul.* 77. *num.* 1., & *consul.* 237. *num.* 2. *circ. med.*, *Rodulphin. alleg.* 40. *num.* 6., *Rota cor. Carillo decis.* 193. *num.* 6., *in rec. decis.* 145. *num.* 5. *in fin. part.* 1., *decis.* 287. *nu.* 1., & *seqq. part.* 4. *tom.* 2., *decis.* 191. *nu.* 17. *part.* 8., *in Reatina Fideicommissi* 20. *Martii* 1700. *§. Ut quandò cor. R.P.D. Ansaldo*, *in Reatina Fideicommissi de Vincentinis* 14. *Maii* 1701. *§. Quoque cor. Illmo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*, & *in Romana Fideicommissi* 17. *Junii* 1705. *§. Et quamvis cor. clar. mem. Card. Caprara*, nihil proponitur, cur inducenda sit in nostra hypothesi, in qua sinè illà voluntas Testatoris perfectum exitum habere potest.

Non enim sola prælatio in mox relato testamenti loco tributa Masculis, tanti valere potest, 22
ut operetur gravem, & durum illum effectum inductionis reciprocæ de linea ad lineam; nam istiusmodi prælationis prærogativa, utpotè impartita non agnationi, ex cujus solà contemplatione desumi quandoque potest valida conjectura prò 23
inducendà reciprocà lineari favore Masculorum; cum exclusione fœminarum alterius lineæ, ad tradita per Doctores, quos refert *Rocca disput.* 16. *num.* 20., *clar. mem. Card. de Luc. de fideic. disc.* 100. *num.* 9., *Urceol. consult.* 8. *nu.* 21., *Castald. consult.* 100. *n.* 8., *Balduc. ad Ramon. observat.* 9. *num.* 79., *Rot. in rec. dec.* 411. *num.* 2., & *seqq. part.* 14., *decis.* 68. *num.* 15. *part.* 15., & *in Lucana Fideicommissi* 1. *Julii* 1709. *§. Potissimè redeuntibus cor. Illmo Scotto*, sed concessa sexui, & quidem absque sæpiùs repetità illorum vocatione cum omnimoda fœminarum exclusione, & absque aliis conjecturis præseferentibus agnationis contemplationem, evidens, & apertum reddit, quod ipsa sola nullo pacto imprimere potest 24
dispositioni qualitatem agnatitiam, ex qua inferri possit reciproca, *Gabriel. cons.* 93. *lib.* 2., *Giovagn. cons.* 82. *num.* 147. *lib.* 1., *Casanat. cons.* 38. *n.* 92., *Altograd. cons.* 66. *num.* 78. *lib.* 1., *Altograd. jun. contr.* 40. *num.* 10., *Mart. de succes. legal. part.* 1. *quæst.* 1. *art.* 4. *num.* 12., *Castil. contr. jur. lib.* 5. *cap.* 129. *num.* 45., & *seqq.*, *Hodiern. contr.* 11. *num.* 36., *Torr. de majorat.*, & *Primog. Ital. part.* 1. *cap.* 38. *§.* 15. *n.* 420., *Capyc. latr. dec.* 158. *num.* 15., & *seqq.*, *Rot. in rec. decis.* 486. *nu.* 17.

part. 1.

part.1., *coram Seraph. decis.1216. num.6.*, *cor. Card. Celso decis.145. num. 6.*, *& num.8. cor. bon. mem. Emerix Jun. decis.56. nu.13.*, *& seqq.*, & in fortioribus terminis *decis. 589. num.18. cor. eodem*, ibi = *Nec in contrarium urget vocatio De-*
25 *scendentium masculorum nomine collectivo cum perpetua exclusione fœminarum ; quia ad inducendum fideicommissum reciprocum lineare requiruntur conjecturæ urgentes, & concludentes per necesse, non autem per possibile, quales non sunt visæ vocatio omnium Descendentium masculorum, & perpetua exclusio fœminarum, quæ possunt operari effectum suum inter Descendentes uniuscujusque lineæ, absque eo quod multiplicetur fideicommissum de una linea ad aliam.* =

Immò verò, si ipsa etiam expressa agnationis
26 contemplatio ità intelligi solet, ut, si desint aliæ conjecturæ suadentes, Testatorem reciprocam linearem favore Masculorum ordinare voluisse, suum effectum commodè operetur respectu descendentium ab unaquaque linea, *Ripa in d. leg. heredes mei §.Cum ità num.15. vers. ampliatur ff. ad Trebell.*, *Odd. cons.45. num.42.*, *Cephal.cons. 477. num.13.*, *Fusar. cons.17. num.94.*, *cum aliis relatis ab Hodiern. contr.33. num.14.*, *& seqq.*, *Rocc. disput.17. num.22.*, *Carol. Anton. de Luc. de linea leg. art.20. num.20.*, *Cavalcan. decis.5. ex num.67.*, *Urceol. decis. 11. num.23.*, *Rot. coram Seraphin. decis. 1023. num. 9.*, ibi = *non obstat, quod Testator consideraverit agnationem, quia hoc intelligitur respectu Descendentium cujusque lineæ*, & post *Bonden. collect. legal. lib. dec.76. n.5. post Torr. de pact.futur. succes. decis. 225. num.17.*, *& 18.*, *in Mantiss. ad clar.mem. Card. de Luc. de fideic. decis.56. num.9.*, *in Romana, seù Farfen. Immissionis 8. Martii 1706. §. final. cor. Molines, in Camerinen. Immissionis 6. Aprilis ejusdem anni §.Quoniam, & seqq., confirmata 20. Junii 1707. §. Ad excludendam cor. Omanna, & in Bononien. Fideicommissi Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. Conservatio, & §.Maximè quia cor. Aldrovando ;* quo-
27 nam colore adfirmari poterit, quod, vocatis filiis utriusque sexus cum sola prælatione Masculorum ; istiusmodi prælatio accipienda non sit discretivè in qualibet linea, sed conjunctivè, ut
28 nempè Masculus alterius lineæ repellat fœminam à portione sui Patris, id enim tamquam nimis odiosum ferendum minimè esse, docuerunt *Corn. cons.230. col.4. lib.3.*, *Paris cons.81. num.20. lib.3.*, *Redenasc. cons.58. num.121.*, *& seq.*, *& num.127.*, *Fusar. cons.116. num.2.*, *Ramon. cons.100. sub num.498.*, *Peregrin. de fideicomm. art.27. num.13.*, *& seqq.*, *Molin. de Primog. Hispan. lib.3. cap.4. ferè per tot.*, *Thesaur. quæst. forens. lib.2. quæst.12. n.34.*, *& seqq.*, *& n.58.*, *Raudens. de Analog. cap.15. num.290.*, *Pacion. alleg.47. num.12.*, ubi, quod hoc procedit etiam,
29 quando fœminæ sunt vocatæ, deficientibus Masculis quandocumque, id videlicet intelligendo discretivè, *Censal. ad Peregrin. art. 20.*, *Card.de Luc. de fideicomm. disc.34. num.6.*, ubi, quod expressus ordo prælationis intelligitur semper discretivè, nisi sit contemplata agnatio, *& disc.42. num.10.*, *disc.44. num.13.*, *disc.174. num.6.*, *alter de Luca de lin. legal. art.12. nu.1.*, *& seqq.*, *& art.20. nu.15.*, *Altograd. jun. contr.68. n.48.*, *Hodiern. contr.11. num.22.*, *Hieronym. Leo dec. Valent.5. num.27.*, *Adden. ad Burat. decis.77.*, *Rota in rec. decis.341. num.15. part.6.*, ibi = *nec facit existentia filiorum Ludovici ex quo inter lineas facta non fuit reciproca, & dd. verba, deficientibus Masculis, fœminæ succedant, intelliguntur discretivè* =, *coram Emerix Jun.decis.1262. n.4.*, *& ad ornat.*, *Card. de Luc. tom.10. decis.22. sub num.6.*, ibi = *Proindè ut prælatio concessa censeatur favore Masculorum, quatenus isti cum fœminis* 30
in eodem gradu existant, quia aliàs iniquum esset, datâ gradus inæqualitate, agere adversùs jus naturale, præferendo Masculos remotiores fœminis proximioribus, juxtà integram doctrinam Baldi = Fontanell. dec. 35. nu.13., qui loquitur in casu, quo 31
fœminæ exclusæ fuerint cum dictione *semper*, inquiens, *tenuit ibi Senatus, non excludi fœminam per Masculum alterius lineæ* = & in his pariter terminis loquuntur *Corn.*, & plerique ex allegatis.

Id verò confirmatur decisione egregii *Textus in cap.1. de duob. fratrib. à Capitan. investit.*, in
quo data erat Investitura duobus fratribus pro 32
sè, & heredibus masculis, iisque deficientibus, vocabantur fœminæ ; *decessit unus frater* (sunt verba Textus,) *filiâ relictâ, altero adhuc vivente, quæritur, cui portio Defuncti deferatur, utrum filiæ, an fratri? Respondetur filiæ &c.*, quem *Textum* ad exclusionem linearis, cum aliis expendit *de Marinis resol. jur. tom.2. cap.89. num.8.*, *Rocc. disput. jur. select. cap.17. num. 7.*, idemque casui
nostro benè convenit, siquidèm à feudo ad Jus- 33
patronatus circà modum succedendi valere argumentum, docent *Lotter.de re benef.lib.2.quæst. 11. num.43.*, *clar. mem. Card. de Luc.de Jurepatr. disc.33. num. 9.*, *Rota coram Coccin. decis. 232. n.4.*, *In Faventina Jurispatronatus 12.Maii 1710. §.Nec iuvit. coram R.P.D. Ansaldo ;* Ut etiam
non absimile est argumentum ductum à primo- 34
genitura, quæ licèt sit masculina, fœmina ab illa assequendâ non repellitur, nisi per Masculum
ejusdem gradus, & lineæ, modò tamèn primo- 35
genitura non sit agnatitia, *Molina de Primog. Hispan.lib.3.cap.4.n.32.*, *Fusar. de substit.quæst.385. num.9.*, *& num.12.*, *id plurimorum probans auctoritate*, *Cammarat. resp. 49. art.4.*, *Palma alleg. 393. num.11.*, *Torre de majorat.*, *& primog. Ital. part.2. quæst.54.n.23.*, *Rota apud eumdem dec.36. num.34.*, *coram Card. Cerro dec. 96. num. 4.*, *in rec. decis. 249. part. 7.*, *& dec.65. part.8.*, cum aliis in celebri *Romana Primogenituræ de Salviatis super Focalibus*, *& Tabulis pictis 22. Martii 1706. §. Ratio decidendi & seqq. cor. Rño Molines*, *confirmata 28. Junii ejusdem anni §. Tota enim, & §.Non officiente cor. eod.*, quæ sanè qualitas agnatitia cum in dubio non præsumatur, &, 36
non nisi urgentibus, & vehementissimis conjecturis concurrentibus probanda sit, *Hodiern. contr.11. n. 30. & seq.*, *clar.mem. Card de Luca de fideicom.disc.42.num.12.*, *Capic.latr. dec.127. num.36.*, *Rota post Censal. ad Peregrin. dec 34. n.7.*, *& ad ornat. clar. mem. Card. de Luca tit. de*

BIBLIOTECA GRANADA

*fideicom. decis.*14. *num.*15., *in Aquipenden.*, *seù Montis Falisci Fideicommissi* 11. *Maii* 1705. *S.Et licèt cor. clar. mem. Card. Caprara*, *in Avenionen.*, *seù Carpentoracten. Fideicommissi de Tertullis* 2. *Decembris ejusd. anni S.Ex quibus cor. Rmo Molines*, *& in Bononien. Fideicommissi Annibalis de Elephantutiis* 25. *Junii* 1708. *S Et sanè cor. R.P.D. Ansaldo*, hinc sequitur, quod pro fœminâ fundata remaneat intentio, ut nempè non
37 excludatur ab hereditate Patris sui per Masculum alterius lineæ, ità quidém, ut in dubio pro illa judicandum semper sit, *Valensuol. cons.*97. *num.*71. *& seqq.*, *Casanatt. cons.*47. *num.*4., *Molin. de Primog. hispan. lib.* 3. *cap.*4. *num.*32., *& ibi adden. num.*41., *Fusar. de substit. quæst.* 385. *num.*39., *Mierez de Majorat. part.*2. *quæst.*6. *nu.* 96., *& num.*101., dicens, iniquum esse filiam fœ-
38 minam excludere, ubi verba Testatoris id non petunt concludenter, *de Marin. resol. jur. tom.*2. *cap.*126. *num.*27., ubi, quod durioribus probationibus oneratur Masculus alterius lineæ, qui venit ad excludendam filiam à successione Patris.

His constabilitis regulis, facilis reddi videtur resolutio præcisi Dubii, in quo præsens Causa versatur; Num videlicèt hæc procedant etiam quandò omnes Masculi vocati descendunt ab uno stipite, nempè ab ipso Fundatore; Verissima namque est Juris regula, quâ edocemur, inter
39 Descendentes, ex levioribus conjecturis admitti reciprocam linearem, *Castrens. in lib. final. S. filium num.*3. *ff. de legat.*2., *Peregrin. cons.*54. *lib.*1., *Fusar. cons.*24. *num.*45., *Altograd. cons.*81. *n.*59. *lib.*2., *Ramon. cons.*9. *num.*20., *Rota coram Seraphin. dec.*939. *num.*11., *coram Arguell. decis.*95. *n.*6., *cor. Bich. dec.*281. *n.*25., *coram Emerix jun. dec.*264. *num.*6., *in rec.dec.*183. *nu.*22. *part.*10., *decis.*465. *num.*34., *dec.*472. *num.* 16. *part.* 14., *decis.* 360. *num.* 15. *part.* 17., *dec.* 433. *num.* 10. *part.*18., *decis.*570. *num.*7., *& dec.*605. *num.*13. *part.*19.; Verumtamen, ut loquuntur mox allegatæ auctoritates, oportet, inter ipsos etiam De-
40 scendentes conjecturas tales esse, ut suadeant, hanc fuisse Testatoris mentem, & voluntatem, *Giovagnon. cons.*82. *num.*27., *& num.*193. *lib.*1., admonens, ad hoc esse advertendum; quià multi decipiuntur, latè *Venturin. cons.*48. *num.* 116., *& seqq.*, *Menoch. cons.*376. *n.*55., *& cons.*1216. *in fine*, *Fusar. de substit. quæst.*475. *num.*1., *Carol. Anton. de Luca de lin. legal. art.*20. *num.* 5., *Pacion. alleg.*46. *num.* 17., optimè *Rota in rec. decis.*316. *num.*4. *vers. quo ad secundam part.* 1., *coram Cavaler. dec.*465. *nu.*2., *coram Emerix jun. decis.*1163. *sub nu.*5., *& dec.*20. *nu.*15. *part.*19.,
41 *rec.*, quæ auctoritates, tamètsi loquentes de successione in fideicommisso, applicantur tamen, etiam subjectæ materiæ successionis in Jurepatronatus, ut, præter allegata sub initium, benè animadvertit. *D. Advoc. Piton.* egregius Beneficialista *discept.* 26. *num.* 3., ubi ità loquitur = *Hæc autem successio per posterius intelligenda est non ità largè*, *ut fœminæ venire non debeant*, *nisi in defectum omnium Masculorum universæ familiæ*, *Casatæ*, *seù stirpis*, *sed accipienda est discretivè in singulis lineis subalternis*, *ut E.g. si Jus-* 42
patronatus ingressum esset duos, *vel tres Columnellos*, *à communi stipite descendentes*, *in quorum singulis adessent Masculi*, *& fœminæ*, *utique in quolibet Columnello si deficiant Masculi*, *succedent fœminæ per posterius*, *nec istæ excludi poterunt à Masculis alterius Columnelli*, *nam prælatio sumi debet in qualibet lineâ*, *ubi adest ingressus Juris-patronatus*, *seù præsentandi*, *ut me scribente*, *in materia fideicommissi*, *cujus regulæ applicantur ad Juspatronatus*, *firmatum fuit in Romana fideicommissi de Maffiolis = & in Alexanen. Beneficii* 11. *Decembris* 1711. *coram Aldrovando*, in cujus decisionis hypothesi plures filii instituti legebantur.

Certiùs verò hæc procedunt, quando Testator, sive Fundator Jurispatronatus non unum dumtatàt instituit filium, sed plures; primò namque casu leviores sufficere possunt conjecturæ, prò 43
reciprocâ lineari inducendâ inter Columnellos, à d. communi stipite descendentes, eò quod pro 44
unâ quodammodo lineâ habeantur respectu illius unici instituti, à quo descendunt, *Peregrin. cons.* 33. *sub num.*19. *lib.*3., *Redenasch. cons.* 30. *num.*179., *Casanatt. cons.*58. *num.* 131., *Fusar. de substit. quæst.* 475. *sub num.* 11. *vers. Verum prò declaratione. Mans. consult.*120. *sub num.*24. *vers. & hucsemper est recurrendum*, *& consult.* 219. *num.*11., *Card. de Luca de fideicom. disc.*104. *num.*7., *alter de Luca de lin. legal. art.*20. *num.*2., *Saminiat. contr.*51. *num.*4., *Rota in rec. dec.*306. *num.* 8., *& num.* 22. *part.*12., *decis.*28. *num.* 11. *part.*19., quibus tamen scribentium locis plurium conjecturarum concursus affertur; At aliter res sè habet in alio casu, quando vide- 45
licèt duo, pluresvè filii instituti fuerunt, tunc enim magis urget regula discretivæ successionis in qualibet linea, tum quia tot sunt lineæ, 46
quot sunt personæ ab initio vocatæ, ut ait *clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. disc.*61. *num.* 13. *& disc.*101. *nu.*2., *Mans. consult.* 219. *num.* 13., *alter de Luca de linea legal. art.*23. *nu.*18., *Rot. decis.*341. *num.* 15., *& 16. part.*6., *decis.* 68. *num.*71. *part.*15., *& decis.*20. *num.*15. *part.* 19.; tum etiam quia ex qua parte Testator Pa- 47
trem prædilexit, ejus quoque Descendentes prædilexisse censetur ad exclusionem alterius lineæ, ut distinguendo docent *Peregrin. cons.* 33. *num.* 22. *lib.* 3., *Fusar. de substit. quæst.*475. *sub num.* 11. *vers. secundus casus*, *Gratian. discept.*371. *nu.* 8. *& seq.*, *&*, *aliis relatis*, *Carol. Anton. de Luca de lin. legal. art.*20. *num.*5., ibi = *Censeo sive agatur de Ascendente*, *sive extraneo*, *semper pluribus* 48
institutis heredibus, *& pluribus filiis vocatis*, *eorumque Descendentibus substitutis in infinitum*, *induci fideicommissum descensivum*, *& discretivè de qualibet linea*, *ut omnes tradunt de pluribus filiis institutis*, *latè Venturin. &c. = Rota in rec. decis.*316. *num.*4. *part.*1., *coram bon. mem. Emerix jun. decis.*1163. *num.*5., ibi = *Tum quiâ admissâ coæquali substitutione filiorum*, *non exindè infertur*, *inter Descendentes constitutam fuisse reciprocam linearem*, *sed uniuscujusque filii substituti dicuntur in suâ lineâ*, *& columnello ad portionem*

tionem proprii Parentis, ad tradita per Altograd. &c., & pluribus relatis concordantibus, *Rota Januen. in Januen. Primogenituræ de Invrea 7. Maii 1711. §. Itidem minus est absurdum sub nu.* 109. *cor. D. Auditore Brichio*; proindeque nec
49 ex descendentiâ à Testatore, nec ex descendentiâ ab uno stipite instituto necessariò infertur linearis reciproca, nisi aliundè ex tenore dispositionis conijciatur, talem fuisse Disponentis voluntatem, *Bero conf.*147., *Peregr. de Fideicom. art.*73. *num.*72., *& num.*89., *Faber in cod. lib. 6. tit.*22. *defin.* 22., *& seq.*, *Cancer. var. resol. part.*1. *cap.*1.*num.*282. *& seq.*, *R.P.D. Ansald. apud Paulut. in Auximana Fideicommissi dissert.* 16. *num.*6. *vers. quia omnes*, ubi, quod, præci-
50 sâ agnatione, quæ facit unitatem lineæ, Testator, plures instituendo filios, plures lineas constituere videtur, ita ut prælatio Masculorum intelligatur discretivè.

Nec est, cur exadverso obijciatur, quod Testator, collectivè vocando plures filios, illos con-
51 siderasse videatur per modum unius lineæ respectu sui ipsius, in qua linea dum separavit Ma-
52 sculos à fœminis, istæ debeant excludi à quocumque Masculo etiam alterius Columnelli, ad tradita per *clar.mem. Card.de Luca de Fideicommiss. disc.*102. *num.*2. *disc.*104. *nu.*7., latè *Rosa consult.*69.*num.*63. *& seqq.*, quos sequitur *Rocca select. jur. disput. cap.*15. *nu.* 14., *Rota in recent. decis.*570. *num.*9.*& seq. part.*19., *ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm.decis.*69. *num.*
53 7.; Nam, omisso, quod *Rosam*, *& Cardinalem de Luca* nuncupatim impugnat alter *de Luca de linea legal. art.*20. *num.*5., illud certum est, quod Doctores prædicti, & Rota loquuntur in casu, in
54 quo ex ceteris conjecturis appareat, Testatorem, contemplando agnationem, fœminas à Masculis omnibus separare omninò voluisse, constituendo, atque distinguendo duas lineas, masculinam, & femininam, primam conflando ex universâ collectione Masculorum, collegiativè quodammodò, per prius vocatâ; Id autem non induci ex
55 simplici, & nuda Masculorum prælatione, perspicuum fit ex iis, quæ uberiùs firmavimus superioribus locis, in quibus, juxta communem Doctorum, & Tribunalium traditionem ostendimus, dictam simplicem prælationem intelligendam semper esse discretivè in quolibet columnello,
56 nisi ex facti circumstantiis evincatur, Testatorem vota sua ad agnationis conservationem dirigendo, ideoque per modum unius lineæ considerando Masculos omnes cujuscumque columnelli, fœminas vel absolutè excluisse, vel Masculorum prælationem expressisse cum dictionibus =*semper* = *in perpetuum* =, aliisque similibus clausulis demonstrantibus, quod ejus mens, & voluntas aliter adimpleri nequibat, quàm per Masculorum omnium prælationem, & fœminarum exclusionem à portione etiam proprii Parentis, ope reciprocæ faciendam.

Et in his sanè terminis loquuntur *Rosa*, *& Rocca*, quorum verba ne prolixiùs exscribamus, sufficiat audire, quemadmodum loquatur *Rota*

*dicta decis.*570. *num.*9., ibi = *Et hoc etiam colligitur ex enixa voluntate Bona conservandi in linea* 57
masculinâ, quod non potest intelligi discretivè, sed in omnibus simul lineis à Testatore consideratis per modum unius &c., ne alias detur casus, quod, existentibus fœminis unius lineæ, & Masculis alterius, succedant fœminæ, & non Masculi, quandò illæ à Testatore fuerunt semper exclusæ = & ità pariter loquitur *Rota dicta decis.*69. *num.*6., inquiens = *; Et ratio rationis est, quia tunc non dicitur considerata pluralitas discretiva linearum, sed omnes per modum unius perpensæ relativè ad Fideicommittentis agnationem, ad quam cum unicè respexerit, volens, Bona in ea perpetuò conservari, perindè est, ac si unicam lineam constituisset* = Patet itaque, quod in hypothesi dictarum decisionum totum operatur contemplatio agnationis elicita tum ex aliis, tum etiam ex fœminarum exclusione facta cum dictione = *Semper* = 58
quâ porrò agnationis contemplatione cessante, prout in casu nostro eam cessare supra ostendi- 59
mus, fit locus præsumptioni, seù verius Juris regulæ, quod Testator discretivè cuicumque suorum Descendentium lineæ, consultum esse voluerit, adeò ut Doctores in proposito censeant, quod ne fœmina per Masculum alterius lineæ 60
repellatur, sufficiat, quoquomodo dubiam reddi Testatoris mentem, *Mans. consult.*120. *num.* 25. *& seq.*, *Pacion. allegat.*47. *nu.*74., *Rota in rec. decis.*287. *num.*18. *part.*4. *tom.*2., *coram Carillo dec.*105. *num.*31., *& dec.*193. *num.*6.

Eòque faciliùs trahimur in hanc sententiam, faventem fœminæ, quia agitur de dispositione facta in Regno Neapolis, ad cujus Regni constitutionum normam dispositiones omnes tàm in- 61
ter vivos, quàm per ultimam voluntatem interpretandi sunt, juxta doctrinam *Bartoli in leg. heredes mei §.Cum ita ff.ad Trebellian.*, *ubi Alexander allegat concordantes,& in leg. ut jurisjurandi §. Si liberi ff. de oper. Libertor.*, *Felin. in cap. cum Ferrarienses in ult. notab. de constitut.*, *Alciat. de præsumpt. reg.*3. *præsumpt.* 32. *nu.*1., *Covaruv. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *in secunda conclusione*, *Brun. de Statutar. exclus. fœminar. artic.*8. *quæst.*21. *nu.*105.; In Constitutione autem dicti Regni, quæ incipit *in aliquibus* fœmi- 62
na à communis Parentis hereditate, nonnisi per fratrem, & Masculum ejusdem lineæ excluditur, ut ex *versiculo* = *Ceterum* = dictæ constitutionis, & ibi probat *Minad. in* 3. *notab. nu.*21., *Hodiern. contr.*11. *num.*19. *&* 20., *& in leg. hac edictali quæst.*12. *num.*12., *clar. mem. Cardin. de Luca de succes. disc.* 9. *num.*17., *Vincent. de Franch. decis.* 171., *Capyc. latr. decis.* 35., & generaliter ita intelligendas esse similes Leges municipales, docuerunt *Bald. in leg. Jubemus §.* 63
*finali num.*3. *ff. ad Sen. Consult. Trebell.*, *in leg. si notavi ff. soluto matrimonio*, *Castrens. consil.*47., *Decian. conf.*1. *numer.*143., *Altograd. conf.*64. *numer.* 28. *vers. non enim lib.*2., *Brun. de statutar. exclusion. art.*12. *nu.*109. *& seqq.*, *Thesaur. quæst. for. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 17., *Mierez. de majorat. part.*2. *quæst.*6. *num.*546., *Merlin. de*

Primogen. lib.3. cap.5. nu.71. verſ. Decimaquarta concluſio, Cirocc. contr.19., & contr.58. utrobique num.17., Paulut. diſſert.91. nu.59. lib.2., Rot. deciſ.485. num.6. §. Reſpondetur part.4. diverſor., coram ſan.mem. Gregor.XV. deciſ. 514. num.15., coram Dunozet. jun. deciſ.282. num. 3. verſic. Quia ceſſat coram Merlino deciſ.526.num. 3., & in recent. deciſ. 360. num. 22. part. 17.; At verò, ſi fœmina vigore dictæ Conſtitutionis à communis Parentis ſucceſſione, nonniſi per fratrem, & Maſculum ejuſdem lineæ excluditur;
64 ſi Teſtator diſpoſitionem ſuam conformare voluiſſe cenſetur legibus, quibus in ſua Regione, ac Patria vivitur, *Rovit. conſ.76. num.4., clar.mem. Cardin. de Luca de Fideicomm. diſc.36. num.11., Ciarlin. contr.28. num.26., Andreol. contr.138. num.12., Saminiat. contr.136. num.6., Palm.allegat.96. num. 12., Capyc. latr. deciſ.3. num. 4., Rota coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.334. nu. 4., in Fulginaten. Succeſſionis quoad Clarolinam 1. Julii 1709. §. Id ipſum coram Reverendiſſimo Molines, & in Hortana Immiſſionis 6. Junii 1710. §. Quoniam hæc concluſio coram bon. mem. Caffarello*, dicendum eſt, quod Fundator controverſi
65 Juriſpatronatus, concedendo Maſculis prælationem, noluerit fœminam excludere, niſi per Maſculum ejuſdem lineæ, ut argumentatur *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.475. nu.17. verſ. confirmatur, Manſ. conſult. 218. num.7. verſ. ſtante præcipuè, Hodiern. contr.11. num. 18., Rota in recent. deciſ. 487. numer.19. part.19.*, benè enim à verbis
66 Statuti arguitur ad verba Teſtatoris, & viceverſâ, *Giovagnon. conſ.70. num.50., & conſ.82. nu. 35. lib. 1., Redenaſc. conſ. 14. numer.51. in fine, Altograd. conſ.95. num.61. lib.2., Barboſ. loco 111. num.1.*

Fruſtraque prò elidenda vi argumenti ducti ex præſumptâ conformatione Fundatoris patriis legibus, objicitur, quod fundationis verba otioſa, & ſuperflua forent, ſi nihil aliud operarentur, quàm id, quod præfata Conſtitutio; nam pro animadverſione ipsâ ſubmovendâ ſatis eſſet reſpondere, quod, ſi illa vera eſſet, numquam uti liceret argumento iſto, quo tamen Doctores paſſim utuntur, præſumendum eſſe docentes,
67 quemlibet ſecundùm leges ſive Quiritum, ſive municipales agere voluiſſe, ut ait *Alciat. in tract. de verbor. ſignific. lib.1. num.24.*, præterea norunt Teſtatores, & Contrahentes perſæpè in
68 expreſſam ducere declarationem, id quod à jure diſponitur, per *Textum in leg. non rectè 3. verſ. nam licet Cod. de fidejuſſor. & mandator.*, & tam-
69 quam leve, & infirmum reijciendo argumentum ductum à ſuperfluitate, *Alciat. in l.3. nu.3. ff. de legat.1., Eugen. conſ.88. num.110., & ſeq. lib.1., Surd. conſ.125. num. 14. & ſeq., Peregrin. de Fideicommiſ. art.14. ſub numer. 21. verſ. quibus ultra eum, Rota coram Merlin. deciſ. 22. num.13., poſt Merlin. de legit. deciſ.47. num.14., in recent. deciſ.523. nu.17. part. 4. tom.3., & in Romana Renunciationis 15. Junii 1708. §. Minus relevat in fin. coram Illuſtriſſimo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, tradunt, ſuperflua non cenſeri verba, quæ vel dubitationis tollendæ 70
cauſsâ expreſſa cenſeri poſſunt, *leg. qui mutuam 56. in princip. verſ. etenim ff. mandati, leg. quæ dubitationis ff. de regul. jur.*, vel id, quod implicitè inerat, explicite declarant, *leg.1. §. Sed ſciendum verſ. Ego puto, & ibi Doctores de Ædilit.* 71
Ædit., Dec., & Cagnol. in dicta lege quæ dubitationis 81. ff. de reg. jur., Cephal. conſ.325. num. 34., Honded. conſ.8. nu. 71. lib.1., Surd. conſ. 315. num.32., & conſ.325. num. 14., Altograd. conſ.58. ſub nu. 58. lib.1., Tiraquell. de retract. lignag. §.21. gloſſ. unic. numer.5. & ſeq., Fulgin. de jur. emphyt. tit. de ſolut. Canon. quæſt.1. num. 108. & ſeqq., & quæſt. 14. numer.35., Barboſ. axiom. 216. num.8., Cirocc. diſcept.62. nu.57., Altograd. jun. contr.27. num.29., & 30., Caſareg. ad Statut. Januen. de ſucceſſ. ab inteſt. §.12., Rota deciſ.741. num.9., & ſeq. part.1. diverſor., in recent. deciſ.249. nu.21. part.7., coram Merlino deciſ.22. num.12., & in Romana Renunciationis 6. Maii 1709. §. Quinimmò in fin. cor. Illuſtriſſimo Scotto, confirmata 10. Martii 1710. §. Nec in aliquo cum ſeq. coram R.P.D. Criſpo, & in Camerinen. Immiſſionis 23. Januarii 1718. §. Non refragante cor. R.P.D. Lancetta.

Verùm enim verò, ſi quæ in hac Cauſa, quæ favore fœminarum concurrentium cum Maſculis diverſæ lineæ, plana eſſe videtur, ſi quæ, inquam, dubietas adhuc ſupereſſet; nihilominùs, cum Fundator Juriſpatronatus, de quo agitur, ſimpliciter Maſculos prætulerit fœminis, nullumque, ut diximus, afferatur argumentum, ex quo conijci poſſit, illum agnationem ſuam contemplatum fuiſſe, ea penitùs ceſſare videretur ob exiſtentiam filiorum maſculorum ipſius fœminæ, quo caſu, etiamſi Maſculi præ- 72
lati fuerint fœminis, nihilominùs eorum appellatione comprehenduntur tàm deſcendentes ex Maſculis, quàm ex medio fœminino, juxta famigeratum *Conſil. Fulgoſii* 85., quem communiter ſequuntur *Doctores Caſtill. contr. jur. lib. 3. cap.29., & lib.5. cap.129. & cap.131., Mierez. de majorat. part.2. quæſt.6. num.236., magiſtraliter Larrea. deciſ. Granaten.* 34. per tot, & in terminis Juriſpatronatus *clar. mem. Card. de Luca de Jurepatr. diſc.28. num.3., diſc.29. numer.8., Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Roffenis* 4. *Junii* 1708. *§. Deveniendo coram bon. mem. Omanna, in Peruſina Fideicommiſſi* 26. *Junii* 1709. *§. Ratio coram Reverendiſſimo Molines, & latiſſimè Rot. Januen. in celebri Januen. Primogenituræ de Invrea* 7. *Maii* 1711. *num.* 11., *&* 52. *cor. D. Auditore Brichio.*

Teſtator ſiquidem loquendo ſimpliciter de 73
Deſcendentibus maſculis, nihil aliud reſpexiſſe cenſetur, quàm deſcendentiam, in ea prædiligendo ſexum, quod utrumque reperitur in Maſculis ex fœmina, ſunt enim Maſculi, & Deſcen- 74
dentes, *leg. 1. Cod. de condit. inſert., leg. quoties Cod. de ſuis, ut legit. hered., leg. cognoſcere §. finali ff. de verbor. ſignific.*; Immò verò læderetur ſenſus verborum, ſi Maſculorum appellatio ad 75
ſolos Maſculos ex Maſculis reſtringeretur, *Faber.*

de

de error. pragmatic. part.2.deciſ.28. error. 8. per tot., Cutell. de Donat. part.2.ſpecial.37. nu.16., Manſ. conſult.192. num.2., & ſeq., conſult. 308. num.2., & ſeq., & conſult.553. ſub num.2., Altograd. conſ.66. nu.1., ubi innumeri, *lib.2.* cum aliis relatis per *Rot. Januen.in dict.Januen.Primogenituræ de Invrea 7. Maii* 1711. *§. Et ſic ſub num.9., ubi, quod appellatione Maſculorum* verè, propriè, *ac* naturaliter *comprehenduntur etiam Maſculi ex fœminis;* Quamobrem, etſi dubitari poſſet, an Maſculus præferendus eſſet fœminæ,
76 dubietas ceſſat inter Maſculum, & Maſculum, nam ſexus paritas tollit prælationem,propter ip-
77 ſum ſexum conceſſam, abſurdumque non eſt, filium eſſe melioris conditionis, quàm ejus matrem, quando in eo ceſſat qualitas, & cauſa excluſionis, ut pluribus probat *Valenzuol. conſ.97. num.28., & ſeq. lib.1., Altograd. dict. conſil. 66. lib.2., Faber. loco mox citato numer.12., Manſ. conſult.553.ſub num.5. verſ., & proindè Larrea*
78 *deciſ.34. num.64. & ſeq., Roſ. conſult.69. num. 26.,optimè Torr.de ſucceſſ. in Primogen.Ital. cap. 25. §.24. num. 268. part. 1., & in dict. Januen. Primogenituræ de Invrea §.Nullumque pariter abſurdum ſub num.* 110.

Cum igitur in noſtro caſu prælatio conceſſa
79 fuerit non agnationi, ſed ſexui maſculino, qui in multis habilior habetur, quàm fœmineus, ut notatur in *leg. fœminæ ff. de reg. jur., leg.1. ff. de Senatoribus, leg. in multis ff. de ſtatu homin.*, & docuit etiam *Ariſtotel. politicor. lib.3. cap.3., &*
80 *cap.8.*, nihil proponitur, cur Maſculi ex Maſculis excludant in concurſu Maſculos ex fœminis, qui-
81 bus præferendi ſunt eo dumtaxat caſu, quo agnationis ratio habita fuerit,*Surd. conſ.308.num. 2. & ſeq., Gratian. diſcept. 599. numer.2.*, ubi *Carol. Anton. de Luca, idem de lineâ legal. artic. 10. num.11., Manſ. conſult.192. num. 3., Rota deciſ.15. num.1., & ſeq.part.2. diverſ., in recent. deciſ.89. num.16., deciſ.402. num. 27.part. 9., deciſ.78. num.2. part.11.,coram bon.mem. Emerix jun. deciſ.71. num. 2.*, & ità contrariæ auctoritates declarantur in *Bononien.Fideicommiſſi Annibalis de Elephantutiis* 22. *Junii* 1708. *§. In præſenti, & §.Quodque coram R.P.D. Auſald., in Peruſina Fideicommiſſi* 26. *Junii* 1709. *§. Ratio coram Reverendiſſimo Molines, & per Rot. Januen. in dict. Januen. Primogenituræ de Invrea ex §. Quandò enim ſub num.10., & ſeqq., & ſub*
82 *nu.98.*; præſertim verò, quandò Maſculi ex Maſculis ſunt in diversâ lineâ, *Celſ. Ugo conſ. 93.nu. 10. & ſeq., & conſ.12. à num.22. verſ. vel dicere poſſumus, Redenaſc. conſ.10.num.85., Menoch. conſ.957. num.8., Roſa conſult. 69. numer.20., Altograd. jun. contr.68. numer.2., Roxas de incompatib. part.1. cap.6. §.22. num.324., & ſeqq., Torr. de Primogen. Ital. part.1. cap.5. §. 7. num. 98. in fin., Rota coram Royas deciſ.22. num.13., deciſ.72., & deciſ.90., in recent. deciſ. 65. num. 2., & num.8. part.8., deciſ.69. num.3. part.17.*, & egregiè in *dict. Januen. Primogenituræ de Invrea §. Quia in Primogenitura ſub num. 46., & §. Perpenſis enim ſub num.* 108.

Proindeque,cum nullâ neceſſitate cogamur ad inducendam reciprocam linearem favore Maſ- 83
culorum, excluſis fœminis à portione etiam proprii Parentis; vice autem versâ, ſublatâ reciprocâ, omnes juris noſtri regulæ faveant admiſſioni fœminarum, earumque Deſcendentium, præſertim verò, quandò cum his non concurrunt Maſ- 84
culi ex Maſculis ejuſdem lineæ, conſequens eſt, ut in priori ſententiâ maneamus favore D. Joſephi Merenda, ità juris eſſe in ſenſu etiam veritatis, exiſtimantes.

Januen. Succeſſionis.

Juſpatronatus relictum fratri *heredi, & deſcendentibus ab eo,ordine primogenituræ,*adjectâ lege, ut *deſcendentia Maſculina excludat fœminam, & Maſculus major natu excludat fœminam*, ſi ultimus ejus poſſeſſor decedat, filiâ ſuperſtite, non ad hanc, ſed ad Patruum defertur.

VOTUM IV.

1 *Juſpatronatus Maſculos æquè, ac fœminas admittit.*

2 *Sive agatur de jurepatronatus hereditario,ſive gentilitio, vel mixto.*

3 *Juriſpatronatus ſucceſſio defertur ad inſtar fideicommiſſariæ, vel primogenialis hereditatis.*

4 *Juriſpatronatus ſucceſſio defertur ad filiam fratris, excluſo Patruo.*

5 *Succeſſio jam delata ad unam lineam, donec ex eâ ſupereſt perſona capax, non defertur ad aliam*, & num.94.

6 *Fluminis aqua converſa redire nequit ad fontem ſuum.*

7 *Lineæ unius duratio aliam excludit.*

8 *Etiam in ſucceſſione fideicommiſſariâ.*

9 *Lineæ unius duratio faciliùs aliam excludit, quando Teſtator juspatronatus activum ordine perpetuę primogenituræ deferri voluit.*

10 *Primogenitura regularis conſtituta dicitur, quando Teſtator juſpatronatus activum ordine perpetuæ primogenituræ deferri voluit.*

11 *Primogenituræ regulari repugnat retrogradus ſuccedendi ordo.*

12 *In primogenituræ ſucceſſione prærogativa lineæ prævalet gradui, ſexui, & ætati.*

13 *Lineæ jam admiſſæ fœminas ultimo poſſeſſori proximiores non excludunt Maſculi remotiores à primogenitură.*

14 *Niſi de contrariâ Teſtatoris voluntate perſpicuè appareat*, & num.30., & 31.

15 *Veluti,ſi conſtet,Teſtatorem prætuliſſe lineam qualitatis lineæ ſubſtantiæ.*

16 *Primogenituræ capax eſt fœmina.*

17 *Præſertim, quando nulli extant Maſculi ejuſdem gradus in lineâ jam admiſsâ.*

18 *Primogenialem ſuccedendi ordinem non immutat ſola Maſculorum prælatio.*

19 *Maſculorum prelatio, quam Teſtator voluit,*

locum

locum habet in eadem dumtaxat lineâ, & num.27.

20 *Masculorum prælationem, si Testator voluit, expressisse dicitur, quod suâptè naturâ inest primogenituræ.*

21 Descendentię masculinę *vocatio fęminas comprehendit.*

22 *Fœminę progenitę à Masculo descendere dicuntur per lineam masculinam, & sunt* de descendentia masculina.

23 *Lineæ fœmininæ appellatione veniunt etiam Masculi descendentes à fœminâ.*

24 *Lineæ masculinæ appellatione veniunt etiam fœminæ descendentes à Masculo.*

25 *Præsertim, si nulli extent Masculi ejusdem gradus, & lineæ.*

26 *Lineæ masculinæ, & fœmininæ separationi obstat nomen collectivum* descendentiæ masculinæ.

28 *Masculorum prælatio veriùs congruit lineæ rectæ Primogeniti possessoris.*

29 Descendentia *rectiùs prædicatur de filio, vel filiâ Primogeniti possessoris, quàm de Patruo.*

31 *Descendentium nomen commune est Masculis æquè ac fœminis.*

32 *Vocatio venientium per descendentiam masculinam aliquando comprehendit neptem primi heredis.*

33 *Masculorum natu majorum vocatio satis est, ut fœminas excludat.*

34 *Præsertim, si adsit expressa fœminarum exclusio.*

35 *Et concurrant Masculi expressè prælati, tametsi remotiores,* & num.56., & 78.

36 *Vocatio Descendentium* ordine prædicto, *repetit eumdem ordinem prælationis Masculorum anteâ expressum.*

37 *Masculi majoris natu indefinita prælatio excludit fœminas etiam lineæ, ad jus patronatus, ordine primogenituræ deferendum, admissæ.*

38 *In primogenituris Masculus fœminæ præfertur.*

39 *Masculorum prælatio, & fœminarum exclusio à Testatore expressa, inanis esse non debet.*

40 *Linea duplex distinguitur, altera substantiæ altera qualitatis.*

42 *Linea substantiæ non attenditur in concursu Masculi habentis qualitatem à Testatore requisitam.*

43 *Linea jam admissa, ex qua superstes est fœmina, evacuata dicitur, deficientibus Masculis habentibus qualitatem à Testatore requisitam.*

44 *Lineæ & gradui prævalet qualitas à Testatore exoptata.*

45 *Agnationis contemplatio desumitur ex multiplici serie vocationis Masculorum suæ familiæ.*

46 *Descendentes Masculos per lineam masculinam, ac Agnatos vocare idem est.*

47 *Majoratus, aut primogenitura, ad quam semper vocati sint Masculi, admixtam habet agnationis rationem.*

48 *Excipe, nisi vocentur Masculi descendentes ex fœminâ, nullaque concurrat agnationis conjectura.*

49 *Majoratus institui potest vel agnatitius, vel simpliciter masculinus.*

50 *A majoratu agnatitio, vel masculino Masculi, tametsi remotiores, excludunt fœminas.*

51 *Pro fœminarum exclusione latiùs patet majoratus masculinus, quàm agnatitius.*

52 *A majoratu masculino, non autem agnatitio fęminæ excluduntur per Masculos remotiores etiam cognatos.*

53 *Pro fęminarum exclusione satis est Masculorum prædilectio.*

54 *Majoratus masculinus apparet ex vocatione descendentiæ masculinæ, & exclusione fœminarum.*

55 *Linea qualitatis dicitur linea civilis excludens personas omnes eâ qualitate carentes.*

56 Lineæ, *ac* descendentiæ *nomina synonima sunt.*

57 *Et utraque est ordinata collectio personarum ab uno stipite descendentium.*

58 Lineæ, *vel* descendentiæ *nomine simpliciter prolato, universa descendentia masculina, & fœminina comprehenditur.*

59 Descendentię *masculinæ nomen solis Masculis agnatis convenit.*

60 *Uti & nomen lineæ masculinæ,* & num.77.

61 *Primitivis infectis, inficiuntur etiam derivativa.*

62 *Causatum majoris virtutis esse nequit, quàm causa.*

63 *Lineâ masculinâ vocatâ, non solùm exclusæ censentur fœminæ, sed etiam Masculi ex eis descendentes,* & num.67.

64 *Linea masculina comprehendit solos Masculos progenitos à Masculo.*

65 *Fęmina finis est lineæ masculinæ, & principium fęmininæ.*

66 *Fęminæ dici nequeunt de lineâ masculinâ Avi materni.*

68 *Lineâ masculinâ vocatâ, fœminæ, & earum Descendentes nec etiam in subsidium admittuntur, nullis concurrentibus verbis, quæ illis congruere possint.*

69 *Subsidiaria fœminarum, ex iisque descendentium vocatio non admittitur, quoties adsit indefinita illorum exclusio.*

70 *Fœminæ, earumque Descendentes in subsidium admittuntur, quando illorum exclusio temporaria est.*

71 *Vel adsunt verba præseferentia simplicem Masculorum prælationem.*

72 *Prælatio Masculorum involuit fęminarum vocationem.*

73 *Lineæ masculinæ nomine comprehendi non filiam heredis instituti, sed ejus neptem ex filio masculo, multi docent.*

74 *Fęminæ agnatæ comprehensio sub lineæ masculinæ*

eulinæ nomine opitulari nequit deſcendentibus ab eádem fœminá.

75 *Fœminam agnatam ſub lineá maſculinâ non comprehendi, verius eſt*, & num.101.

76 *Excipe, niſi vocati, aut in conditione poſiti fuerint deſcendentes ex lineâ, vel per lineam, aut à lineá maſculinâ*, & num. 101.

79 Deſcendentiæ *Maſculinæ vocatio fœminas excluſas nullo pacto comprehendit.*

80 *Vocatâ* deſcendentiâ *maſculinâ fratris ſui, excluſis fœminis, frater dicitur primus ſtipes, unicam lineam conſtituens.*

81 *Nec cenſetur fieri tranſitus, inſpecto hoc ſtipite de lineâ ad lineam.*

82 *Nec maſculi prælatio intelligenda eſt reſpectu fœminæ ejuſdem lineæ dumtaxat*, & num.88.

83 *Etiamſi agatur de diſpoſitione factâ à tranſverſali.*

84 *Linea unica à quinque nepotibus ex fratre vocatis efformatur, quoties eos Teſtator per modum unius reſpexit.*

85 *Nomen* deſcendentiæ *collectivum eſt omnium linearum.*

86 *Et efficit, ut illæ conſiderentur per modum unius.*

87 *Reciprocam ſubſtitutionem inducit vocatio* deſcendentiæ *maſculinæ inter Deſcendentes omnium linearum.*

89 *In majoratibus ſpectanda eſt linea, in ea gradus, in gradu ſexus, & in ſexu ætas, niſi de contrariâ Teſtatoris voluntate appareat.*

90 *Veluti ſi Maſculi fuerint indefinitè vocati.*

91 *Aut ſi Teſtator non reſpexerit certum qualitatem.*

92 *Linea qualitatis, quoties deficit perſona eam qualitatem habens, conſumata dicitur.*

93 *In jure ſucceſſorio Bonorum Teſtator ætatem potiùs, aut ſexum, quàm lineam prædilexiſſe non præſumitur.*

95 *In jurepatronatus ceſſat præſumptio lineæ prædilectæ.*

96 *Immò præſumitur juriſpatronatus majoratum, ſeù primogenituram ſaltuariam inſtitutam fuiſſe*, & num.99.

97 *Jus præſentandi judicium, & prudentiam exigit.*

98 *Prudentiâ Major ætate juvenem, & vir fœminam antecellit.*

100 *In jurepatronatus Major natu ad illum vocatus is dicitur, qui verè per naturam major eſt.*

102 *Nomen* deſcendentiæ *convenit Maſculis æquè, ac fœminis.*

103 *Nomen deſcendentis non convenit filiæ ultimi poſſeſſoris carenti qualitate à Teſtatore requiſitâ.*

NOBILIS vir NN. in ultimo teſtamento, cum quo deceſſit, inſtituit, atque fundavit quamdam Cappellaniam, de cujus Jurepatronatus activo diſpoſuit his verbis = *Sed plenum Juſpatronatus dictæ Cappellaniæ eſſe debere, prout illud reliquit infraſcripto ejus heredi, & deſcendentibus ab eo, ordine primogenituræ, & deſcendentia maſculina excludat fœminam, & Maſculus major natu excludat fœminam, & dictus ejus heres, ejuſque Deſcendentes ordine prædicto habeant jus eligendi, & nominandi Cappellanum, & amovendi ad nutum, & variandi toties quoties voluerint &c.* =, heredem verò univerſalem ſcripſit Sempronium fratrem ſuum, qui duos ſuſcepit filios, Antonium nempè, & Franciſcum; Antonius major natu, ideoque ex Patrui ſui diſpoſitione ſucceſſor in dicto Jurepatronatus, obiit, relictâ Lucretiâ unicâ filiâ, cui, cum quæſtio ſit à Franciſco Patruo de ſucceſſione in jure nominandi ad Cappellaniam, requiſitus fui, ut inquirerem, utri ex partibus meliora, & potiora aſſiſtant jura, reque diligenter perpensâ, pro veritate ſententiam meam dicerem.

Et quidem primo rei intuitu controverſum jus ad D. Lucretiam pertinere videbatur; plures enim juris noſtræ regulæ illi favent, quippè agitur de ſucceſſione in Jurepatronatus, quæ 1
dicitur materia indifferens, Maſculos æquè ac fœminas admittens, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 11. num. 69. & ſeqq.*, *Rot. deciſ. 69. num. 2.*, *& 5. poſt Vivian. de Jurepatronatus*, *in rec. deciſ. 697. num. 1. part. 3.*, *in Mantuana Beneficii 3. Junii 1689. num. 19. coram Urſino, impreſſ. inter diſcept. D. Advoc. Pitonii poſt diſcept. 14.*, ubi tra- 2
ditur, id procedere tàm in Jurepatronatus hereditario, quàm etiam in gentilitio, vel mixto, il- 3
liuſque ſucceſſio defertur ad inſtar fideicommiſſariæ, vel primogenialis hereditatis, *Roxas de incompatibilitate part. 8. cap. 9. num. 3.*, *Cardin. de Luca de Jurepatronat. diſc. 33. num. 9.*, *& diſc. 61.*, *pariter num. 9.*, *Palma alleg. 101. num. 23.*, *Rota poſt Vivian. de Jurepatronatus deciſ. 71. nu. 4.*, *in recent. deciſ. 374. nu. 6. part. 11.*, *deciſ. 68. num. 7. part. 12.*, *in Auximana Juriſpatronatus 27. Junii 1701. §. Quoniam coram Anſaldo, cum aliis congeſtis in dicta Mantuana Beneficii nu. 21.*, 4
ac per conſequens unica filia ſuperſtes ex fratre maſculo excludet Patruum, quia in eodem gradu ſola exiſtit, *Mierez. de Majorat. part. 2. quæſt. 6. num. 49. & ſeqq.*, *Tiraquell. de primogenitur. part. 3. num. 6.*, *de Luca de linea legal. articul. 12. nu. 10.*, *Torr. de Majorat. part. 1. cap. 25. nu. 24.*

Apertè enim illi aſſiſtit, ex quo vix in jure noſtro certior ulla regula habetur ſtatuens, ſuc- 5
ceſſionem jam delatam ad unam lineam, ad aliam minimè detorquendam eſſe, donec in linea jam admiſſa, & in qua radicata eſt poſſeſſio, ſupereſt perſona aliqua capax ſucceſſionis, *Fuſar. conſ. 80. num. 5.*, *Ramon. conſ. 100. num. 409.*, *Tiraquell. de Primogen. quæſt. 40. nu. 229.*, *Altograd. jun. contr. 68. §. Penult.*, *Tondut. reſol. civil. part. 2. cap. 89. in fine*, *Card. de Luca de Fideicommiſ. diſc. 203. num. 11.*, *alter de Luca de linea legal. tit. 20. num. 15.*, *Palma allegat. 226. num. 69.*, *& 91.*, *Torr. de Majorat.*, *& primogen. Italiæ part. 1. cap. 15. num. 35. & ſeqq.*, *& cap. 45. num. 67.*, *Cenſal. deciſ. Lucenſ. 90.*, *Rot. deciſ.*

*decis.*209. *num.* 1., & 2. *part.* 2. *divers.*, & *in recent. decis.*69. *num.*30. *part.* 17., &, me scribente, firmatum fuit *in Romana Casalis Aguzzani* 21. *Junii* 1701. *S. Fortiùs in nostra hypothesi coram Molines Decano*, & pariter me scribente, dictum fuit in *Avenionen.*, *seù Carpentoracten. Fideicommis. de Tertullis* 27. *Februarii* 1704. & 21. *Novembris ejusdem anni coram Lancetta*, & 5. *Junii currentis anni coram Caffarello*; quod nostri benè explicant exemplo fluminis, cujus 6 aqua conversa recurrere nequit ad fontem suum, *Giurb. de succes. feud. S.*2., *gloss.*13. *numer.*28., *relat. à Roxa de incompatibilit. regnor. quæst.* 1. *cap.*6. *S.*18. *num.* 185., unde promanat duplex 7 illud omnium ore tritum axioma, durationem nempè unius lineæ aliam excludere, omnesquè qui in ea non sunt, *Ramon. conf.*100.*numer.*409., *Marta de succes. legal. part.*4. *quæst.*21.*artic.*16. & *seqq.*, *Joseph de Rosa consult.*69. *numer.*13., *Rot. decis.*65. *numer.*2., & 6. *part.*8., & *coram Merlino decis.* 864. *num.* 33., & in juribus successoriis continuationem in lineâ possessoris prevalere alterius ingressui, *Card. de Luca de Fideicommis. disc.* 203. *nu.*11. *in fine supplement. part.* 3., *Rocca disput. jur. select. cap.*3. *num.* 12. *cum seqq.*, *Alex. in respons.* 2. *impress. post alleg. de Marin. num.*8., & 9.

Si autem hæc æquissima ratio justum locum sibi vindicat in materiâ etiam indifferenti suc- 8 cessionis fideicommissariæ, *Gratian.discept.*773. *num.*3., *Josephus de Rosa consult.*69. *numer.*7., *Fontanell. decis.*35. *num.* 7. & 8., *cum aliis in dicta Romana Casalis Aguzzani loco mox citato*, 9 quantò fortiùs urgebit in casu nostro, in quo Testator successionem in jure activo nominandi *in* 10 *perpetuum ordine Primogenituræ*, deferri voluit, hoc enim casu constituta dicitur regularis primogenitura, *Torres de Majorat.*, & *Primogenit. Ital. part.*1. *cap.*10. *num.*8., cujus naturæ repu- 11 gnat retrogradus succedendi ordo, quo successio ablata Descendentibus, seù proximioribus ultimi possessoris, transferatur ad transversales; In successione namque primogeniali, veluti pro 12 elementari regulâ traditur, prærogativam lineæ prævalere gradui, sexui & etati, *Valenz. conf.*97. *num.*13. & *seqq.*, *Molin. de primogen. lib.*3. *cap.* 4. *num.* 13., *Reynos observat.*23. *num.*6., & *observat.*24. *num.*25., & *utrobique Add.*, *Tondut. resolut. civil.cap.*89. *numer.*4., *A ponte de potest. Proreg. tit. de succes. Mulier. num.* 30. & 42., & *in addit. fol. mihi* 159., *Thesaur: quæst. forens. lib.*2., *quæst.*12. *num.*44., *Rocca disput. jur. select. cap.*3. *ex num.*5., *Rosa consult.* 69. *num.*5., *Torr. de Majorat.*, & *Primog. Ital. part.*1. *cap.* 5. *num.*28. & *seqq.*, *Rot. decis.*18. *numer.* 7. & *seqq.*, *part.*18., cum aliis *in una Fulginaten. Primogenituræ* 14. *Junii* 1700. *S. Quoniam pro remotione coram Molines Decano*, & *in una Avenionen.*, *seù Vasionen. Primogenituræ die* 21. *ejusdem mensis*, & *anni coram Jacometto*; ideòque 13 Masculos remotiores alterius lineæ excludere non posse fœminas proximiores ultimo possessori lineæ jam admissæ, *ad Text. in cap. unic. de natur. succes. feud.*, *Ludovic. Bellus conf.*1. *num.* 70., & *conf.*6., *Cephal. conf.*313. *numer.*37. & *seqq.*, *Venturin. conf.*46. *num.*51., *Valenz. conf.* 97. *num.*104., *Raudens respons.* 26. *numer.*14., *Tiraquell. in tract. de primogenit. quæst.*10. *num.* 21., *Peregrin. de Fideicommis. art.*27. *nu.* 13., *Mierez. de Majorat. part.*2. *quæst.*6. *nu.* 7., *Molin. de Primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 42., & *cap.* 5. *num.* 71., *Michelor. de fratribus part.* 3. *cap.* 30. *num.*30., *Joseph de Rosa consult.*69. *num.*1. & *seqq.*, *Quæsad. dissert.*20. *num.*31. *in fine*, *Paschal. de viribus Patr. Potest. part.*4. *cap.* 9. *num.* 31. & *seqq.*, *Mans. consult.*97. *nu.*34., *Osasch. decis.*23. *numer.*3., *Rota coram Zarat. decis.*13. *num.*10., & *in dicta Romana Casalis Aguzzani loco citato*; adeòut ab ipso ordine in primogeniali successione constituto recedi numquam 14 possit, nisi de contraria Testatoris voluntate perspicuè constet, *Palma alleg.*396.*nu.*94.

Quæ voluntas, licèt adesse dicatur, quoties constat, Testatorem lineam qualitatis prætulisse lineæ substantiæ, attamen hujusmodi prædile- 15 ctionis argumentum nullum præbetur in casu nostro, quia non agitur de dispositione ordinatâ favore agnationis, quæ certè à Testatore expressè contemplata non legitur, prout etiam causativè illius conservatio volita dici nequit ex eo, quod ille vocaverit ad dictum jus activum nominandi *descendentiam masculinam*, & hanc voluerit excludere fœmininam, tum quia cum 16 fœmina capax sit primogenituræ, præsertim, quando nulli extant Masculi ejusdem gradus in linea 17 jam admissa, *Fusar. de substitut. quæst.* 385. *num.* 9., *Rota inter collectas à Balducc. ad Ramon. decis.*2. *num.*4., & *in rec. decis.* 475. *num.* 6. *part.* 19. *rec.*, sola proindè Masculorum prælatio non 18 alterat primogenialem succedendi ordinem, à lege, & consuetudine stabilitum, *Peregr. conf.* 25. *num.*19., & 20. *lib.*1., *Venturin. conf.* 46. *num.*45., *Salon. de Pace conf.*29. *num.*8., *Quæsad. dissert.*20. *num.*31., hæc enim, tametsi volita, atque ordinata à Testatore, Masculis prælatio- 19 nem tribuit in eadem dumtaxat lineâ, at non etiam inducit transitum ad aliam lineam, *Cels. Ugo conf.*93. *num.* 7., *Parlador. quæst. forens. select. part.*1. *num.*2., *de Luca de linea legal. art.*12. *num.*10. 15. & *seqq.*, ob eam rationem, quia Testator expressisse dicitur, id, quod suâptè naturâ 20 inest primogenituræ, ideòque substantiam non alterasse, *Afflict. in cap.* 20. *de eo qui sibi*, & *hered. suis*, *Ludovic. Bell. conf.*1. *num.* 189.

Tum & fortiùs, quia Testator ex eo, quod vocaverit *descendentiam masculinam*, fœminas com- 21 prehendisse censetur, cum & fœminæ progenitæ à Masculo, ex proprietate sermonis veniant & 22 descendere dicantur per lineam masculinam, & sint de descendentia masculina, juxta optimam *glossam in leg. Gallus* 29. *S. nunc de leg. in verbo nam etsi in fine ff. de liber.*, & *posthum.*, quam ibi communiter sequuntur scribentes, *Soccin. cons.* 227. *column.*7. *num.*5. *vers.*4. *ad idem accedat lib.* 2., *Cephal. conf.* 413. *num.* 18. & *seq.*, & *num.* 21. *lib.*3., *Berous conf.*77. *nu.*10. & 15., & 19. *lib.*2.,

lib.2., Redenasc. consil.30. numer. 15., & seqq., Giovagnon. consil. 7. numer.41., & seq. lib. 1., Menocb. cons. 625. numer. 12., Cyriac. controvers. 281. num. 87., Andreol. controvers. 251., Camerat. respons. 4. numer. 45. & seqq. tom. 2., Nurtas Medic. decis. 1. num. 32., Rosa post Castald. in consult. 179. §. Neque enim, in Bononien. Fideicommissi de Bove 30. Januarii 1702. §. Nec vis coram Muto, sicuti enim lineæ fœmininæ
23 appellatione non solùm veniunt fœminæ, sed etiam Masculi descendentes à fœmina, *Rota in Reatina Fideicommissi 22. Martii 1700. §. Quo verò coram Ansaldo, in Auximana Juris patronatus 27. Junii 1702. §. Ceterum coram eodem*, ita lineæ masculinæ appellatione
24 veniunt etiam fœminæ descendentes à Masculo, præsertim in casu nostro, quo fœminæ, ut-
25 potè non venientes in concursu cum Masculis ejusdem gradus, & lineæ, potiori jure continentur sub nomine lineæ, seù descendentiæ masculinæ, à Testatore vocatæ, *Pinell. in leg. 3. Cod. de bon. matern. num. 29. vers. & hæc opinio, Rota in dicta Bononien. Fideicom. de Bove 30. Januarii 1702. §. Nec cui cor. Muto.*

Nilque turbat, quod, dum Testator voluit, præferri lineam masculinam fœmininæ, separaverit quodammodo lineam masculinam à fœminâ, itaut prætulisse videatur qualitatem sexus, non autem gradum, aut lineam, ideòque fœmina semper excludatur à Masculo superstite, tametsi remotiore; Quippè hujusmodi divisioni, atque
26 separationi utriusque descendentiæ, masculinæ, & fœmininæ resistere dicitur tenor testamenti, & mens Testatoris, unicâ simultaneâ substitutione vocantis Masculos, & fœminas, indifferenter comprehensos sub uno, eodemque collectivo nomine descendentiæ masculinæ, *Rota coram Emerix. jun. decis. 1262. num. 5.* quamobrem separa-
27 tio, seù prælatio ista Masculorum, seù descendentiæ masculinæ discretivè intelligi potest, ac debet tàm in ingressu, quàm in progressu cujuslibet lineæ Descendentium heredis, & verius
28 congruit lineæ rectæ Primogeniti possessoris, in qua verificari debet dispositio, quod descendentia masculina excludat fœmininam, *Valenz. cons. 97. num. 104., & 111. & seqq., Venturin. cons. 46. num. 44. & seqq., & num. 50., & seqq., & numer. 86. vers. quæstionis ergo nostræ, Menoch. cons. 1171. num. 29., Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 12. per tot., & præsertim num. 15., & seqq., num. 37., & seqq., & num. 57. & seqq., De Marinis var. resolut. lib. 2. cap. 126. numer. 35. & seqq., Cardin. de Luca de Fideicommiss. disc. 34. num. 6. & 7., Magret. ad Constitut. Ducis Sermonetæ §. 12. observ. 8.*, cum aliis lato calamo cumulatis *apud Palmam quæst. 396. num. 108., Molin. de Primogen. lib. 3. cap 5. nu. 71., & ibi adden., alter Molin. de Ritu nuptiar. lib. 3. cap. 24. num. 157. & seqq., Cabedo decis. 208. num. 1., & per tot., Phebus decis. 39. num. 10., Fontanell. decis. 35. num. 11., Capyc. latro decis. 127. num. 38.*
29 & 47.; Quinimmò descendentia rectiùs prædicatur de filio, vel filiâ Primogeniti possessoris,

quàm in Patruo, *de Andrea apud Torr. de Majorat. part. 1. fol. 568. §. Herede l' attore, & fol. 577. vol. 2., Rota Januen. inter collectas apud Palmam decis. 285. numer. 39., Balducc. decis. & rer. judic. titul. de legatis decis. 37. nu. 24., & seqq.*

Cum igitur favore filiæ ultimi possessoris urgeant tot firmissimæ juris regulæ, Patruus, qui 30
uti Masculus illam excludere satagit, convincentibus probationibus docere debet, se, licèt de linea remotiori, ex voluntate Testatoris prælatum esse fœminę, immediatè descendenti ab ultimo possessore de lineâ jam admissâ, ut, ducto argumento à *Text. in leg. 1. Cod. de condit. insert.*, probat *Parlador. quæst. forens. select. quæst. 1. nu. 10., Valenz. cons. 97. num. 72. & seqq., Torr. de Majorat., & Primogen. Italiæ part. 1. cap. 25. num. 95.*

Quamquam verò hæ rationes plurimùm urgere videantur, nihilominùs, diligenter perscrutatis verbis testamentariæ dispositionis, maturèque expensis rationum momentis, quę Patruo favent, facilè, ni fallor, demonstrari posse, arbitror, præfatas juris regulas quæ, primo aspectu, filiæ ultimi possessoris favere dicuntur, non applicari nostræ hypothesi, sed tum ex verbis, tum ex mente Testatoris, non dissonante à regulis juris, tum denique ratione subjectæ materiæ Patruum esse præferendum nepti, utpote exclusæ ab assecutione controversi juris.

Quod attinet ad verba, hæc non dubia videntur; Testator enim, ut jam diximus, voluit, *plenum jus Patronatus d. Cappellaniæ esse debere, prout illud reliquit infrascripto ejus heredi, & descendentibus ab eo in perpetuum ordine primogenituræ, & descendentia masculina excludat fœmininam, & Masculus major natu excludat fœminam, & d. ejus heredes, ejusque descendentes ordine prædicto habeant jus eligendi, & nominandi Cappellanum*, quibus ex verbis cum pateat, Testatorem non vocasse simpliciter Descendentes sui heredis, quo sub nomine tamquam commu- 31
ni Masculos æquè, ac fœminas contineri, certum est, *Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num. 43., art. 25. num. 8.*, cum aliis relatis *in una Romana Fideicomm. de Cecchinis 1. Junii 1699. §. Certiùs quia coram de la Tremoille*, prout etiam, cum ejus dispositio non sistat in vocatione venien- 32
tium per descendentiam masculinam, ut suo loco declarabimus, sub qua aliquoties comprehensa dicitur neptis primi heredis instituti, juxta auctoritates uberrimè cumulatas superioribus locis, sed postquam controversum jus patronatus reliquerat heredi, & descendentibus ab eo in perpetuum ordine primogenituræ, omnesque De- 33
scendentes masculos majores natu vocaverat, quod satis fuisset, ut iidem, tametsi remotiores, præferri debuissent fœminis, *Rosa consul. 69. nu. 68., & seqq.*, subdidit geminatam fœminarum exclusionem, declaratam verbis illis, = *& descendentia masculina excludat fœmininam, & Masculus major natu excludat fœminam*, quę porrò vocatio restricta ad solos Majores natu masculos de 34

descendentia masculina, cum positiva, & expressâ fœminarum exclusione, vel efficit, quod fœminæ, quibus convenire nequit qualitas masculinitatis, nedum excludantur à Masculis remotioribus, & alterius lineæ, *Carolus Antonius de Luca de linea legali art.12. nu.47. vers. finem vers. aut dicendum erit*, sed semper & omni tempore eradicetur à sexu fœmineo potentia succedendi, ut, pluribus relatis, firmant *Torres de majorat., & primog. Italiæ cap.25. num.142., Rosa d. cons.69. nu.85. vers.2. continent, & num. 180., De Luca de linea legal. artic.12. num.47. vers. melius edisseritur*, vel saltem operatur,
35 quod fœmina carens qualitate masculinitatis, & positivè exclusa, admitti numquam possit in concursu Masculi, expressè, & positivè prælati, tametsi remotioris, *D. Advocatus Pitonius discept. Ecclesiast. part.1. discept.14. num.13., Rota in Mantuana Beneficii 3. Junii 1689. coram Ursino, impressa post d. discept. num.18., Rota cor. Royas decis.248. num.3.*

Certiùs, si inspiciamus, Testatorem non solùm exclusisse descendentiam fœmininam, & præcepisse, quod Masculus major natu excludat
36 fœminam, verùm præterea dispositisse, quod dictus ejus heres, *ejusque descendentes ordine prædicto habeant jus eligendi*, & nominandi Cappellanum, hoc enim præceptum Testatoris servandi semper hunc successionis ordinem, æquipollere videtur expressæ vocationi de Masculo in Masculum, ac de gradu in gradum, unde percipi nequit, quonam modo fœminæ, aut earum Descendentes, intersecando hunc ordinem succedendi, locum in eo vindicare sibi possint, *Rota decis.69. n.10. part.17. rec.*, sed Masculi remotiores illis semper præferentur, *Rosa d. consul.69. num.84. vers. 2. loco*.

Et hæc omnia validissimè confirmantur, ani-
37 madvertendo, quod, si, ad sensum D. Lucretiæ, Testator voluisset, Masculum majorem natu prælationem obtinere in concursu fœminæ, ejusdem dumtaxat lineæ, & gradus, superflua omnino fuisset indefinita Masculi majoris natu prælа-
38 tio, plurieſque inculcata fœminarum exclusio; nam, cum in primogenituris ex naturâ rei Masculus præferatur fœminæ, tametsi de hujusmodi prælatione mentio nulla facta fuerit à Testatore, ut tradiderunt *Covarruvias var.resol. lib. 3. cap.5. num.5., Peregrin. de fideicomm. art.25. num.46., Molin. de primog. lib.3. cap.4. num.4., Fusar. de substit. quæst.385. num.9., Mierez. de majorat. lib.2. quæst.6. num.125., Cancer. variar. resol. part.1. cap.12. num.53.*, Inde sequitur, quod, ne dispositio institutoris majoratus inde-
39 finitè Masculos præferens fœminis, easdemque indefinitè pariter excludens, superflua omnino sit, efficere debeat, quod vigore hujusmodi prælationis, atque fœminarum exclusionis, Masculi etiam remotiores lineæ diversæ præferendi sint fœminis proximioribus, & existentibus in lineâ jam admissâ, ut, aliis relatis, benè ratiocinatur *Rosa d. consult.69. num.71.*

Cum itaque ex præfatis verbis evidenter resultet indefinita Majoris natu vocatio cum positivà, pariterque indefinità fœminarum superviventium exclusione, subtiliùs rem examinando, quæri posset, an etiam ex mente Testatoris conformi juris regulis fœminarum exclusio intelligenda sit in concursu dumtaxat Masculi majoris natu, ejusdem lineæ, & non etiam in concursu Majoris natu, remotioris ex lineâ diversâ, quæ tamen mens in casu nostro evidens, & aperta reddi videtur pluribus argumentis elicitis ex eisdem verbis, apertè præferentibus, Testatorem considerasse duplicem lineam, sive *descendentiam*, alteram substantiæ, alteram verò qualitatis, ut eas distinguendo tradit *Rota decis.414. nu.7. part.18.*, &, primà posthabità, prætulisse secundam, in eà vocando Masculum majorem natu, ideoque, quoties adsunt Masculi majores 41
natu descendentes ex lineà qualitatis, fœminæ non admittuntur, quamvis de lineà ultimi possessoris; dicuntur enim de lineà substantiæ, quæ non attenditur in concursu Masculi, qui habet 42
qualitatem à Testatore requisitam; hic enim, in quacumque lineà fuerit, succedit, exclusà fœmina proximiori de lineà jam admissà, quæ 43
omninò evacuata dicitur, eò quod non adsint, nec adesse sperentur personæ habentes qualitatem, à Testatore contemplatam, *per text.in cap.1. de eo, qui sibi, & heredibus suis, Surd. cons. 407. num.35., & 36., Castill.controv. jur. lib.5. cap.93. num.18., alter. Castill. dec. sicul. 152. num.51., & utriusque verba referendo Joseph Rosa consul.69. num.69.*, quem sequitur *Torres de majorat. part.1. cap.25. vers. quod tunc Testator, Card. de Luca de fideicomm. disc.15. num.8., disc.16. nu.3., alter de Luca de linea legal. art. 12. nu.47.*, hoc itaque casu prærogativæ lineæ, 44
& proximitatis adeò prævalet qualitas exoptata à Testatore, ut remotior qualificatus præferendus necessariò sit proximiori non qualificato, *Mans. consul.67. num.1. tom.9.*, *Rot. decis.206. num.6. part.3.*, *decis.103. num.8. part.15.*

Frustra verò opponeretur, in nostrâ hypothesi affirmari non posse, Testatorem contemplatum fuisse lineam qualitatis, ex quo deficiat contem- 45
platio agnationis, quia, licèt hanc elicere possemus ex eo, quod Testator, instituto sibi herede agnato fratre suo germano, vocaverit ad d. jus patronatus illius descendentiam masculinam, volueritque, Masculùm majorem natu excludere fœminas, dictumque suum heredem, ejusque Descendentes ordine prædicto habere jus eligendi, & nominandi Cappellanum; Ista enim numquam interrupta vocatio, atque successio volita in Masculis suæ familiæ, ex alia ratione facta minimè censetur, quàm ex desiderio conservandi agnationem, cum idem sit vocare De- 46
scendentes masculos per lineam masculinam, ac vocare Agnatos, *Castrens. cons.91. num.4. lib.2., Cutell. ad leg. Martin. notab.53. num.19., cum pluribus seqq., Torres de majorat, & primogen. Ital. cap.25. num.139., Bonden. collect. legal.25. num.85., & seq. lib.2., Rot. dec.69. num.17., & seq. part.17., decis.620. num.17. part.19.*; ideoque ex simili Masculorum vocatione tacitam saltem resultare contemplationem agnatio-

nis

nis, tradiderunt cumulati per *Bonden. collect. legal.25. num.12. lib.3.*, *Arguelles decis.28. n.56.*, *decis.95. num.11.*,& *decis.374. num.13. part.18.*, *decis.96. nu.17. part.17.*, *in Romana Fideicommissi de Moronis* 10. *Maii* 1697. *§. Positivum cor. Pio*, optimè *Rosa cons.69. num.41.*, ubi ait, vix
47 dari posse majoratum, aut primogenituram simplicis masculinitatis, quæ non habeat secum ad-
48 mixtam rationem agnàtionis, nisi solùm, quando ab initio vocantur soli Masculi descendentes ex fœminà, nullaque concurrat conjectura, quæ agnationem contemplatam fuisse, suadeat.

Nihilominùs, admisso etiam, quod in casu nostro deficiat contemplatio agnationis tum expressa, tum tacita, non idcircò sequitur, Testatorem non respexisse lineam qualitatis, sed indifferenter vocasse omnes comprehensos in linea substantiæ, Masculos nempé æquè, ac fœminas, quia cum in jure nostro certum sit, dari majora-
49 tum agnatitium, & majoratum simpliciter masculinum, quod attinet ad exclusionem fœminarum, perinde est, quod majoratus sit agnatitius,
50 vel masculinus; nam semper, & in utroque casu, Masculi, tametsi remotiores, excludunt fœminas proximiores ultimo majoratus possessori, ut egregiè prosequitur *Rosa d. consult.69. num.43.*, *& seqq.*, *Torres de majorat.*, *& primog. Italiæ d. cap.25. num.136. part.1.*, ubi uterque notat,
51 ad effectum excludendi fœminas latiùs patere majoratum masculinitatis, quàm majoratum agnationis; fœminæ quippe excluduntur per
52 Masculos remotiores agnatos tantùm, non autem per Masculos remotiores cognatos, at in majoratu masculino nulla est controversia, quod fœminæ excludantur nedum per Masculos agnatos, sed etiam per Masculos cognatos remotiores; Quamo-
53 brem sola prædilectio Masculorum satis est, utpotè præcipua conjectura exclusionis fœminarum proximiorum ad favorem Masculorum remotiorum alterius lineæ, *Gratian. discept.621. num.14.*

Quod verò Testator in nostrà hypothesi inspexerit, atque vocaverit lineam qualitatis, con-
54 stituendo saltem majoratum masculinum, evidens, & apertum fit ex literà testamenti, in qua perpetuò vocavit descendentiam masculinam, atque ab eâ excludi voluit fœmininam, *Baldus cons.334. num.9. lib.3.*, *Carol. Anton. de Luca de linea legal. art.1. num.29.*, *& artic.10. nu.2. lib.1.*, hæc autem linea qualitatis cum dica-
55 tur linea civilis, ideòque excludat personas omnes carèntes qualitate illà, quam institutor majoratus optavit, procul dubio sub eâ comprehensa dici nequibat D. Lucretia, quæ caret
56 qualitate masculinitatis, sed excludetur à quolibet Masculo lineæ etiam remotioris, juxta auctoritates allegatas *in §. Cum itaque ex præfatis verbis*.

Et quidem, cum nomen lineæ, seù descen-
57 dentiæ sint inter se synonima; utraque enim quid aliud est, quàm ordinata collectio personarum ab uno stipite descendentium? *Altograd.contr.42. num.53.*, *Manss. consul.20. nu.39.*, *& cons.312. num.18.*, *Rota in Bononien. Successionis* 14. *Januarii* 1686. *§. Eadem quoque ratio*, *&* 22. *Junii ejusdem anni coram Benincasa*, *confirmata* 20. *Februarii* 1688. *coram Emerix inter ejus impress. decis.813. num.10.*, *&* 28. *Junii* 1690. *§. Examinatà jam parte cor. Hervavult Archiepiscopo Turonen.*, *in Romana fideicommissi* 20. *Junii* 1695. *§. Nullatenus coram Card. Thauruso*, & ut sub nomine *descendentiæ* tamquam indifferenti, ità 58
etiam sub nomine lineæ simpliciter prolato universa descendentia tàm masculina, quàm fœminina comprehendetur, *Rota in Bononien. Fideicommiss. de Pandinis inter collectas per Balducc. ad Ramon. decis.29. num.17. tom.4.*, attamen, quando Testator limitatis verbis dispositionem suam restrinxit ad solam lineam, sivè *descenden-* 59
tiam masculinam, vocatio adeò restringitur ad Masculos etiam remotiores, ut non admittat ullam fœminarum interpositionem, tametsi proximiorum ultimo possessori de lineà jam admissa; Illarum namque comprehensio repugnat essen- 60
tiæ, & qualitati *lineæ*, seù *descendentiæ masculinæ*, gradatim compositæ ex solis Masculis sinè ullà mixtura, aut complexu fœminarum, ex celebri doctrina *Castrens. in leg. maritus num.5. C. de procurat.*, *Soccin. Sen. in lege Gallus §. Nunc de lege num.4. ff. de liberis*, *& posthum.*, *Alex. cons.45. num.6. lib.3.*, *& cons.53. num.6. lib.6.*, *Ruin. cons.97. num.4.*, *cons.126. num.13. lib.1.*, *cons.149. num.2.*, *&* 11. *lib.2.*, *cons.4. lib.3.*, *Grass. in §. Fideicommissum quæst.15. nu.3.*, *Noguerol. alleg.23. num.155.*, *Andreol. contr.251. num.2. referens* 40., *& ultra DD.*, *& controv.* 344. *num.22.*, *Actolin. resol.115. num.20.*, *& seqq.*, *De Rosa consul.69. num.152.*, *Urceol. consul.60.*, *Bonden. collect. legal.25. num.119. lib.2.*, *Rota coram Buratt. decis.252. num.3.*, *coram Durano decis.300.*, *decis.139. num.7.*, *& seqq.*, *post Peniam decis.95. num.6. part.11.*, *cor. Emerix d. decis.813. num.11.*, cum aliis plenè cumulatis *in una Romana Fideicommissi de Alberinis* 10. *Martii* 1698. *§. Et quidem cùm seqq. coram Lancetta*, *confirmata* 11. *Maii* 1699. *coram eodem*.

Immò verò, cum, infectis primitivis, inficiantur etiam derivativa, neque possit esse majoris 61
virtutis, vel operationis causatum, quàm ejus 62
causa producens, ut benè ad rem nostram ait *Bonden. d. collect. legal.25. n.2. 126. lib.2.*,*& post Bald. in leg. quoties num.2. C. de suis*, *& legit.*, tradiderunt *Gabriel. cons.116. num.20.*, *& seqq. lib.2.*, *Rocca disput. jur. select. cap.2. num.22. & 30.*, *Paitell. dec. ultim. volunt. decis.35. n.6. & 7.*, *Urceol. consul.60. num.7.*, vocatà lineà masculinà, non solum exclusæ censentur fœminæ, 63
sed etiam Masculi ex eis descendentes, quia, ut aliquis admitti possit uti de lineà masculinà, duobus copulativè qualitatibus pollere debet, quòd 64
nempè sit Masculus, quodque sit genitus à Masculo; quibus qualitatibus conjunctim requisitis carent Masculi ex fœminis; nam, licèt gaudeant prerogativà sexus, attamen, cum descendant à 65
fœminâ, quæ est finis lineæ masculinæ, & principium, & caput lineæ fœmininæ, dici nequeunt 66
de linea masculina Avi materni, *Actolin. resolut. 115. num.21.*, *Rodulphin. alleg.111. n.6.*, *Bonden.*

den. collect. legal.39. num.62. lib.1., *& collect. 25. nu.119.*, *& 126.*, *Tondut. quæst. civil. par. 2. cap.183. nu.2.*, *Rota coram Coccino dec.2123. num.4.*, *& seqq.*, *coram Bichio decis.495. n.6.*, *coram Card. Cerro decis.910. num.3.*, *cor. Emerix d. decis.813. num.11.*, *decis.33. num.3.*, *& seqq. part.7.*, *decis.95. nu.3.*, *& pluribus seqq.*, *part.11.*, *decis.330. num.6.*, *& 14. part.12.*, *decis.76. nu.2. part.13.*, *decis.69. n.26. part.17. & decis.445. num.7. part.18.*, *in Romana Donationis*, *seù Fideicomm. de Aldobrandinis 20. Junii 1687. §. Et quidem*, *& §. Ex implicita*, *in d. Bononien. Successionis coram Benincasa*, *& cor. Hervavult. locis alibi allegat.*, *in Romana locorum Montium 3. Martii 1691. §. final. coram Benincasa*, *in Romana Fideicommissi de Moronis 10. Maii 1697. §. Superfluum coram Pio*, *in Perusina Fideicommissi 11. Decembris 1702. §. Nec diversum coram Scotto*, *confirmata 22. Junii 1703. §. Et quamvis coram Priolo*.

At verò, si sola Masculorum, & lineæ masculinæ explicita vocatio efficit, ut fœminæ, & descendentes ab eis perpetuò, & absolutè excusæ censeantur, sublatâ etiam subsidiariâ eorumdem admissione, quando nulla concurrunt verba communia, quæ sinè repugnantiâ ceterarum partium testamenti possint ad fœminas quoque congruè referri, ut, omissis aliis, firmatum fuit *in d. Romana fideicommissi de Albertinis 10. Martii 1698.*, *coram R.P.D. meo Lancetta*; potiori certè Iure dicendum erit, neque etiam subsidiariam hanc illorum admissionem in casu nostro justum locum sibi vindicare posse ob absolutam, & indè finitam fœminarum exclusionem, quia, ut facilè patet ex auctoritatibus superiùs allegatis, fœmina, ejusque descendentia in subsidium admittitur, quando illius exclusio temporaria est, & suspensa, quoad durat linea masculina per priùs vocata, vel adsunt verba præferentia simpliciter Masculorum prælationem, quæ ceteroquin supponit vocationem illarum personarum, inter quas est ordinata prælatio, *ad tex. in §. præferuntur Instit. de legitim. Agnat. succes.*, *Card. de Luca de fideicomm. disc. 102. num. 11.*, *Rota coram Card. Cerro dec.106. num. 4.*, *& 5.*, *decis.80. num.2. part.15. rec.*, *in Bononien. transactionis apud Rodulphin. alleg.115. sub num. 49.*

Nilque turbat, plurimos DD. sustinere, opinionem, quod appellatione *lineæ*, *& descendentiæ masculinæ* non contineantur fœminæ, procedere respectu filiæ heredis Instituti, non autem respectu neptis, nempè filiæ natæ ex filio masculo heredis gravati, juxtà auctoritates à nobis allegatas in rationibus dubitandi *in §. tùm*, *& fortiùs*, *quia*, quibus aliæ plurimæ addi possent, ideoque D. Lucretia tamquam neptis heredis Instituti repelli nequeat ab assecutione controversi Jurispatronatus.

Quià, præterquam quod, ut mox probavimus, ejus comprehensio opitulari non posset filiis ab ipsa descendentibus, utpotè derivantibus à principio lineæ fœmininæ Avi materni, respondemus, temporariam quoque fœminæ agnatæ comprehensionem sub nomine lineæ masculinæ, vel simpliciter esse rejiciendam, per ea, quæ ex veriori Doctorum, & Tribunalium sententiâ tradit *Card. de Luca de Jurepatronatus disc.30. n.8.*, vel intelligendam esse cum distinctione communiter traditâ DD. qui secernentes casum, in quo linea masculina per indeterminatam vocationem simpliciter vocata, aut in conditione posita reperiatur, ab alio casu, in quo vocati, vel in conditione positi fuerint Descendentes *de*, *ex*, *per lineam*, *vel à lineâ masculinâ*; primo casu firmant, fœminam penitus repelli, secundo verò casu admitti posse, docent, ut firmarunt *Ruin. cons.126. num.13. lib.1.*, *Caball. cons. 84. lib. 2.*, *Menoch. cons.2051.*, *Giovagnon. cons.7. num.4. lib.1.*, *Redenasch. cons.30. num.15. & seq.*, *Actolin. resol. 115. num.19. & seq.*, *Rodulphin. alleg.111. n.6.*, *Rota post Torr. de Majorat.*, *& Primogen. Italiæ decis. 43. num.3.*, *in rec. dec.33. num.14.*, *& 15. part.7.*, *& inter collectas apud Ramon. dec.3. num.2.*, *cum pluribus seqq.*; *tom.3.*, *& in d. Romana fideicommissi de Alberinis 10. Martii 1798. §. Etenim cum in hypothesi coram Lancetta*.

Hujus distinctionis, tametsi uti verbalis, nullâque ratione legali fulcitæ, ab *Urceolo* validissimè impugnatæ *cons. 60. num. 2. & seqq.* (ubi firmat, fœminas indistinctè utroque casu excusas censendas esse) rationem affert *Rota lucana dec. 32. num. 36. & seq.* inter collectas apud *Torrem de Majorat.*, *& Primogen. Italiæ*, videlicèt quod, quando vocatur ipsa *linea masculina*, hæc ex proprietate sermonis excludit fœminam, eò quia vocatio lineæ masculinæ connotat qualitatem inhærentem tàm ipsi producenti, quàm ipsi producto, contrà verò in secundo casu, quando nempè vocantur Descendentes per *lineam*, *ex linea*, *vel de lineâ masculinâ*, *quia propositiones illæ*, *per*, *à*, *de*, *ex* lineâ masculinâ connotant quidem dependentiam, sed remotam à lineâ, inferuntque qualitatem immediatè inhærentem producenti ipsam lineam, ità ut non requiratur concursus qualitatis masculinitatis, nisi in primis producentibus; Si autem perpetua vocatio Masculi majoris natu, si toties inculcata lineæ fœmininæ, atque fœminarum exclusio, si denique prædilectio lineæ qualitatis, masculinitatis videlicèt à Testatore requisita, efficit, quod Masculus major natu excludat fœminam, etiamsi agatur de transferendâ successione primogeniali de una, ad alteram lineam, ut probant auctoritates allegatæ in *§. Et quidem cum seqq.*, *quantò potiori Jure* exclusio inducta censebitur in casu nostro, in quo Testator non solùm discretivè à lineâ substantiæ consideravit lineam qualitatis, *descendentiam* nempè masculinam, hanc non solùm præferendo, sed positivè ordinando, ut fœminas excluderet, quo casu fœminæ nullo pacto comprehendi possunt sub vocatione, aut substitutione *descendentiæ* masculinæ, ut perpendendo discretivam hanc utriusque lineæ separationem tradiderunt *Peregrin. in cons.54. num.4. & seq. lib.1.*, *De Rosa consul.69. num.153. & seqq.*, *& n.157. vers. quod ipsum verum*.

Præterea nullâ ab initio consideratâ linearum distinctione, sed exclusivè ad lineam fœminiam

80 nam collectivè vocandó univerſam deſcendentiam maſculinam fratris ſui, illum conſideravit uti primum ſtipitem, conſtituentem unicam lineam, non curatâ ſubdiſtinctione, quæ tractu temporis fieri poterat in plures ramos, ſeù columnellos; hoc enim caſu cum,
81 inſpecto ſtipite, ſeù trunco, à quo derivant, fieri non cenſeatur tranſitus de linea ad lineam, nec
82 locum ſibi vindicat regula, quod Maſculi prælatio intelligenda ſit reſpectu dumtaxat fœminæ ejuſdem lineæ, quia deficit diſcretiva diviſio linearum, quæ inter Deſcendentes relativè ad unicum dumtaxat ſtipitem conſiderantur, *argum. tex. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & heredis ſui, Card. de Luca de fideicommiſſis diſ. 117. num. 4., & de Iurepatronat. diſc. 33. num. 4., Cutellus ad leg., Martini notabil. 53. part. 36., De Luca de linea legal. lib. 1. art. 12. num. 47., Manſ. conſul. 98. num. 21. & ſeqq., Roſa conſul. 69. num. 62. & ſeq., Torr. de Majorat. 1. quæſt. 41. §. 5. num. 37. & ſeq., Peregrin. conſ. 54. nu. 7. lib. 1., Cavaler. dec. 622. num. 1., coram Ubaldo dec. 383. num. 18. & dec. 339. num. 11.*, ubi, etiamſi agatur de tranſver-
83 ſalibus *part. 17. rec.*, & pariter loquendo de diſpoſitione factâ à tranſverſali, firmatur in una *Bononien. fideicommiſſi de Ghisleriis 4. Maii 1699., coram Molines Decano*, in cujus themate licèt
84 Teſtator propriis nominibus vocatis quinque nepotibus ex fratre mortuo, quia eoſdem conſideraverat per modum unius reſpiciens ad perſonam Patris, unicam ab illis lineam efformari, tradit,
85 cumque verbum *deſcendentia maſculina* ſit collectivum omnium linearum, à primo ſtipite deſcendentium, *Carena reſol. 128. n. 15.*, eædemque
86 propterea conſiderentur per modum unius inter Maſculos omnes, ſub illis comprehenſos, indu-
87 cta dicitur reciproca ſubſtitutio, ut proſequitur *Peregrin. conſ. 54. num. 7. lib. 1., Roſa d. conſul. 69. num. 63., Hartman. Piſtor. lib. 2. quæſt. Jur. part. 2., quæſt. 35., Torr. de Majorat., & Primogen. Ital. quæſt. 27. num. 37. & ſeqq. part. 2., Rodulphin. alleg. 159. num. 8.*; allique pleno calamo cumulati in *d. Bonon. fideicommiſſi de Ghisleriis §. Deindè cum ſeqq., in Romana, ſeù Cortonen. fideicommiſſi 5. Maii 1700. §. Parum reclamante coram Iacometto, & in Forolivien. fideicommiſſi de Torellis 28. Iunii 1702. §. Quoniam ultrà quod coram Muto*, alioquin ſequeretur effectus omninò contrarius voluntati Teſtatoris, qui, cum volue-
88 rit, ut Maſculus major natu de *deſcendentiâ* maſculinâ excludat fœminam, ſi, exiſtente adhuc Maſculo de alterâ lineâ, ſuccederet fœmina lineæ jàm admiſſæ, hæc, licèt expreſsè excluſa præferretur Maſculo majori natu, expreſsè à Teſtatore vocato ex universâ *deſcendentiâ* maſculinâ, *Pereg. conſ. 76. n. 2. & ſeq., lib. 6., Rota cor. Durano dec. 126. n. 17.*, & meliùs *Carena reſol. 128. n. 14., Rot. dec. 100. num. 2. verſ. in primis part. 2. diverſ.*, loquentes de lineis omninò diſcretis, & per modum unius minimè conſidertisa.

Hæc autem ratio deſumpta ex prædilectione lineæ qualitatis, vocatione nempè majoris natu de deſcendentiâ maſculinâ collectivè conſideratâ, prædiligendo lineam qualitatis pro non vocatis habuiſſe perſonas omnes, quæ hujuſmodi qualitate carent, ſuperfluum videri poſſet reſpondere objectis ſub initium allatis favore fœminæ, hæc enim ſpontè ſua corruunt convulſa rationibus, quibus Jus Patrui conſtabilitur.

Regula enim illa, quod in majoratu primò attendenda ſit linea, in lineâ verò gradus, in gra- 89
du ſexus, & inſexu ætas, procedit, quando non repugnat contraria voluntas Teſtatoris, *Caſtill. contr. Iuris lib. 5. cap. 93. num. 16., quando ille lineam maſculinam non contradiſtinxit à lineâ fœminina, De Luca de lineâ legal. lib. 1. dict. artic. 12. num. 47.*, quando Maſculi non fuerunt inde- 90
finitè vocati, fœminis excluſis, *Rota d. conſul. 69. num. 70.*, quando certam qualitatem non reſpexit, vocando ſcilicet lineam maſculinam, quæ 91
corrumpi dicitur per fœminas, & deſcendentes ab eis, ut latè probavimus in ſuperioribus locis, cum linea qualitatis conſumpta ſemper dicatur, 92
quotiès nulla ampliùs ſupereſt perſona, illam habens, *Rota dec. 297. num. 3. part. 12.*, & quando demùm, ut mox tradidimus, ratione ſubjecti, ſeù Juris, ſuper quo ordinata eſt primogenitura, hæc potiùs perſonæ habenti certam qualitatem, quàm lineæ alligata reperitur.

Non agitur quippè de mero Jure ſucceſſorio Bonorum, ut puta de fideicommiſſo, aut pri- 93
mogenitura ordinatâ pro conſervatione Bonorum *in Deſcendentia*, ſeù familiâ Teſtatoris, quo caſu, cum nulla certæ perſonæ ratio habita appareat, non eſt cur ille potiùs ætatis, & ſexus, quàm lineæ prærogativam reſpexiſſe dicendus ſit, ideòque tunc ſucceſſio regulari ordine de uno in alium ejuſdem lineæ defertur, neque ab 94
hoc ordine recedi poteſt, ſed, cum in noſtra hypoteſi ſubjectum majoratus, à Teſtatore ordinati, ſit patronatus præfatæ Cappellaniæ, ſeù jus honorificum nominandi ad illam, ceſſat præ-
ſumptio, quod idem lineariter ſit ordinatus 95
cum regulari ſucceſſione de Deſcendente in Deſcendentem, quinimmò, niſi expreſsè conſtet, Teſtatorem voluiſſe inſtituere majoratum, ſeù primogenituram propriam, & linearem, ſit locus contrariæ regulæ, ſeù præſumptioni, quod nempè Teſtator voluerit majoratum, vel pri- 96
mogenituram ſaltuariam, ut tradit *Torres de majorat., & primog. Ital. part. 1. cap. 23. num. 7., & 8.*

Et rectè quidem: Qui namque jure præſen- 97
tandi utitur, judicio, & prudentiâ pollere debet, quâ Major ætate Juvenem, & vir fœminam an- 98
tecellit, & per conſequens à Teſtatore præſumitur conſiderata prærogativa ætatis, & ſexus, ea- 99
demque prælata prærogativæ lineæ, *Calderin. conſ. 48., Card. de Luca de Iurepatronat. diſc. 20. num. 10., diſc. 21. num. 8., diſc. 61. in fine, adeòut is vocatus* dicitur, qui verè per naturam major 100
natu eſt, *Gratian. diſcept. 218. num. 83., diſcept. 456. num. 83., diſcept. 645. num. 12., Roxas de incompatibil. part. 8. cap. 5. num. 18., Ciarlin. controv. 222. num. 38. & ſeqq., Card. de Luca de fideicommiſſis diſc. 1. num. 9. & ſeqq., Vivian. de Iurepatronatus lib. 4. cap. 9. num. 55., Torre de majorat., & primogenitur. Italiæ part. 1. cap. 11. §. 8. nu. 17. verſ. ad dignoſcendum igitur cum ſeq.,*

apud

*apud eumdem decis.*17. *num.*123. *tom.*3., *Rota in Ianuen. Juris patronatus coram Card. Lancellot. apud Lotter.de re Benefic. lib.*2. *quæst.*10. *nu.*93., *coram Dunozet sen. dec.*315. *num.*4. *vers. sicut, in rec. dec.*362. *num.*10., *&* 11. *part.*5., *dec.*469. *n.*8. *part.*14., *in Nolana Beneficii* 1. *Aprilis* 1686. *§. Nullum cum seq. coram Rondinino*, & hoc pariter exemplo utuntur *Thesaur. quæst. forens. lib.* 1. *quæst.*37. *n.*17. *in fine, Balduc. in collect. dec., & rer. Iudic. decis.*38. *n.*26., *in Florentina majoratus de Grifonibus impressâ post alleg. Palm.*100. *vers. si dixerimus, Bartholomæus Ganus cons.*8. *in fine, Balduccius collect. dec., & rerum Iudic. tit. de leg., & fideic.* Hæc omnia, quæ superiùs expendi adversantur continuationi possessionis Jurispatronatus in lineâ D. Lucretiæ, quæ est fœmina literaliter excluſa à Testatore, caret qualitate masculinitatis, comprehendique nequit nomine
101 lineæ masculinæ, quia ab hac vel semper excluditur fœmina, tamquam sui interpositione illam corrumpens, vel sub hoc nomine comprehendi potest eo dumtaxat casu, quo vocentur descendentes *per lineam, à lineâ, vel ex lineâ* masculina, secus autem, quando positivè vocata, aut in conditione posita reperitur linea ipsa masculina.

Prout etiam ostendimus, Testatorem considerasse lineam qualitatis, vel quia in casu nostro tacitè saltem agnatio contemplata dici possit, vel quia linea qualitatis considerata dicatur non solùm quando a Testatore instituitur majoratus agnatitius, sed etiam quando ab eodem ordinatur majoratus simpliciter masculinus, præsertim juris istius honorifici præsentandi ad Cappellaniam, haud verò subsistit, quod ille, non separaverit lineam masculinam à fœminina, quia contrarium expressè præfert litera dispositionis testamentariæ, *& Rota coram Emerix dec.*1162. *num.*5., loquitur in casu, in quo Testator simpliciter usus fuerat nomine *descendentiæ*,
102 indifferenter comprehendentis Masculos, ac fœminas quæ, ex deductis, comprehendi nequeunt sub nomine *descendentiæ masculinæ*, & denique non subsistit, quod nomen Descendentis propriùs
103 conveniat filiæ ultimi possessoris, quia id non procedit, quando caret qualitate volità à Testatore, cujus defectus efficit, ut habeatur pro penitùs extraneo, perindè, ac si non esset de lineâ, aut descendentiâ vocatâ, & quando Testator descendentiam masculinam collectivè consideravit per modum unius, & prout complectitur plures ramos, ab uno primo stipite derivantes, ut alibi diximus.

Faventina Jurispatronatus.

Juspatronatus *pro se, suisque heredibus, ac successoribus masculis, ac deinde fœminis in perpetuum*, mixtum dicitur, ac propterea, post perfectam fundationem, neque ab ipso Fundatore *soli majori* natu relinqui potest, sed ad omnes heredes, & Masculos descendentes in stirpes defertur: Sufficit autem, eos heredes esse primi adquirentis, seù Fundatoris, atque in Legitimâ, sivè in re certâ institutos fuisse.

VOTUM V.

1 *Linea primùm inspicienda est, quoties agitur de jure successorio Bonorum.*
2 *Jus præsentandi exigit actum prudentiæ, & intellectus.*
3 *Et ideò rectè committitur seniori inter Descendentes.*
4 *Jurispatronatus forma, Ordinariâ, vel Apostolicâ auctoritate confirmata, a Patronis immutari non potest.*
5 *Juspatronatus in alias personas, quàm, quæ in fundatione vocatæ sint, transferri non potest.*
6 *Extraneis ad juspatronatus vocatis, illud amplius tolli nequit.*
7 *Donationis loco censenda est reservatio jurispatronatus extraneis facta.*
8 *Filiis, & Descendentibus ad juspatronatus vocatis an jus aliquod adquiratur, Fundatore vivente?*
9 *Juspatronatus reservatum* suis heredibus, & successoribus masculis, *mixtum dicitur*, & num.17.
10 *Feudum* pro suis heredibus, & successoribus masculis, *ex qualitate gentilitiâ, & hereditariâ mixtum dicitur.*
11 *Adjuspatronatus relictum* pro suis heredibus, & successoribus masculis *vocati censetur, qui sunt heredes, et Masculi descendentes.*
12 *Ad feudum concessum* pro se, & suis heredibus successoribus masculis *vocati censentur, qui sunt heredes, & Masculi descendentes.*
13 *A feudo ad juspatronatus valet argumentum.*
14 *Juspatronatus post perfectam fundationem in alias personas, a Fundatore transferri nequit.*
15 *Nisi agatur de jurepatronatus merè hereditario.*
16 *Juspatronatus mixtum ex providentia Fundatoris irrevocabiliter personis vocatis adquiritur*, & num.18.
19 *Ordo perpetuus succedendi in jurepatronatus primùm pro Masculis, ac deinde pro fœminis institutus, denotat jus omninò certum, non spem succedendi.*
20 *Et ex hujusmodi ordine successio per fideicommissum inducta censetur.*
21 *Ordo succedendi in jurepatronatus per actum inter vivos constitutus, est irrevocabilis.*
22 *Declaratio admittenda est pro interpretatione dubiæ, non autem claræ dispositionis.*
23 *Declaratio Testis valet ad probandam falsam credulitatem Testatoris.*
24 *Præsertim, si ei Testator plenam dederit potestatem interpretandi suam voluntatem.*
25 *Ejusque testimonium coadjuvetur subsecutâ observantiâ.*
26 *Præscriptio decennalis sufficit, ut res ad primævum statum, in fundatione constitutum, re deat.*
27 *A jurepatronatus mixto ne quis excludatur, sufficit, eum institutum fuisse in Legitimâ*, & num.30., & 36.
28 *Intellige respectu aliorum Patronorum, non autem respectu Fundatoris.*
29 *Juspatronatus relictum* pro suis heredibus, & suc-

ſucceſſoribus maſculis, *non defertur, niſi ad Maſculum heredem univerſalem Fundatoris, quando quæſtio non eſt cum extraneo.*

31 *Contrarium, quod ſufficiat, heredem eſſe in Legitimà, vel re certà etiam reſpectu Fundatoris.*

32 *Juripatronatus mixto ut heres ſanguinis ſuccedat, ſufficit, per eum non ſtare, quominus ſit etiam heres Bonorum.*

33 *Juſpatronatus, velut individuum æqualiter, & in ſolidum tranſit ad heredes, licèt inæqualiter inſtitutos.*

34 *Feudum, & emphyteuſis mixta tranſeunt ad filios etiam inſtitutos in ſolà Legitimà, vel in re certà.*

35 Heredum, & Succeſſorum *appellatione veniunt etiam heredes particulares.*

37 *Juripatronatus mixto vocati ſuccedunt in ſtirpes, & non in capita,* & num. 39.

38 *Et ſufficit, quod habeant qualitatem hereditariam reſpectu primi adquirentis, ſivè Fundatoris.*



HOratius, & Fratres de Spadis in limine fundationis Eccleſiæ Collegiatæ Brixichellæ, ſecutæ anno 1601., erexerunt unum Canonicatum de jurepatronatus laicali, quod reſervarunt prò sè ipſis, & eorum *heredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & in eorum defectum fœminis ab ipſis deſcendentibus per lineam maſculinam, illis verò deficientibus, ſeù ceſſantibus duobus maſculis majoribus natu de familia, agnatione, & parentela eorumdem de Spadis &c.* (ſunt verba fundationis,) cui conſonat Bulla confirmationis à *ſan. mem. Clemente VIII.* edita anno 1616., verbis illis = *Horatio, & Paulo prædictis intuitu, & contemplatione donationis, & aſſignationis per eos factæ hujuſmodi, & poſt illorum obitum ſuis heredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & in earum defectu fœminis in perpetuum & in infinitum, illis verò deficientibus, ſeù ceſſantibus duobus majoribus natu de familia, & parentelá cujuſque eorum.* =

Mortuo Horatio, totum juſpatronatus conſolidatum fuit in Paulo illius herede univerſali, qui, licèt quatuor haberet filios, inæqualiter tamen tum de Bonis, tum de jurepatronatu inter eos diſpoſuit; Heredem namque univerſalem in Bonis omnibus ſcripſit Jacobum Philippum, clar. verò mem Cardinalem Bernardinum, Virgilium, & Franciſcum in rebus dumtaxat particularibus heredes inſtituit; Quod verò attinet ad juſpatronatus, illud reliquit majori natu ſuorum Deſcendentium maſculorum, verbis illis *poſtremò dichiara, & ordina, che la nominazione del Canonicato di ſuo juſpatronato di Briſighella ſempre,* & quando evenerit caſus nominandi, *ſia del maggiore d'età di ſua deſcendenza maſcolina, e quando veniſſe manco d. ſua deſcendenza, in tal caſo la nominazione ſi devolva alla d. Congregazione Paolina.* =

Difformitas iſta inter teſtamentariam diſpoſitionem Pauli, & fundationem, Literaſque Apoſtolicas confirmationis d. Canonicatus, & inæqualitas a Teſtatore inter filios ſervata occaſionem præbuere modernis Patronis, Pauli pronepotibus inquirendi, ad quem ſpectet jus nominandi, an ſcilicet illud privativè competat Majori natu inter illius Deſcendentes hodiè ſuperſtites, vel potiùs æqualiter tranſmiſſum fuerit ad *omnes ejus heredes, & ſucceſſores maſculos*, & quatenus excluſo à privativo illius exercitio Majori natu, illud inter plures dividendum ſit, an ſub nomine *heredum, & ſucceſſorum maſculorum* veniant ſoli deſcendentes ex Jacobo Philippo herede univerſali Fundatoris, qui ſunt DD. Marchiones, & Com. Paulus de columnello commoranti Faventiæ, & D. Marchio Amadorus, ceterique ejus fratres de columnello exiſtenti Bononiæ, vel potiùs ſub hoc nomine *heredum, & ſucceſſorum maſculorum* comprehenſi cenſendi ſint Deſcendentes quoque Franciſci, Eminentiſſimus nempe Card. Spada, D. Marchio Bernardinus, omnium ætate major, ceterique ejus fratres de columnello Romæ, atque etiam

D. Mar-

D. Marchio Carolus Franciſcus conſtituens alterum columnellum translatum in Civitatem Spoletanam; Optant enim hujus præclaræ familiæ eximii, & prudentes viri obſequi ſanguinis vinculis, & moribus (ex ingenuâ liberalitate, & virtute, quà concreti ſunt) temperatis, atque modeſtiſſimis, ideoque nolunt rem dirimere cum ſtrepitu, & figura judicii, ſed benevolè agendo jus ſuum unicuique tribuere.

Quamobrem, cum rogatus fuerim, ut meum qualecumque judicium proferre, ſententiamque prò veritate dicere velim, re diligenter perpensâ, plurimùm favore D. Marchionis Bernardini urgere videbatur teſtamentaria diſpoſitio Pauli, qui, ut dictum eſt, exercitium juris nominandi ad d. Canonicatum, voluit pertinere *al maggior d' età di ſua deſcendenza maſculina*, ideoque, cum ipſe ſit Major natu, privativè admittendus videbatur ad præſentandum; nam,
1 cum non agatur de jure ſucceſſorio in Bonis, quò caſu inſpicienda eſſet prærogativa lineæ, ad quam illud primogenituræ ordine, & regulari primogenialis ſucceſſionis formâ ſervatâ, deferendum eſſet, ſed res ſit de jure honorifico, ſe-
2 cumferente per modum cujuſdam adminiſtrationis exercitium præſentandi, requirens actum prudentiæ, & intellectus, jure proindè, meri-
3 tòque prudens Fundator illud commiſiſſe videtur ſeniori omnium Deſcendentium, *Barthol. Gatt. conſ.* 8. *in fin.*, *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt*, 35. *num.* 17., *Roxas de incompatib. par.* 8. *cap.* 5. *num.* 18., *Card. de Luc. de fideicomm. diſc.* 1. *num.* 7,, *& ſeqq.*, *in Florentina majoratus de Grifonibus*, *impreſſ. poſt alleg. Palm.* 100. *verſ. ſi diſcrimen.*, *Balducc. collect. deciſ.* , *& rer. judic. tit. de legat.*, *& fideicomm. deciſ.* 33. *num.* 31., *deciſ.* 38. *num.* 26., & in terminis juriſpatronatus *Calderin. conſ.* 48., *Gratian. diſcept.* 218. *num.* 83., *diſcept.* 456. *num.* 83., *deciſ.* 645. *num.* 12., *Ciarlin. contr.* 222. *num.* 38., *& ſeqq.*, *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 93., *Card. de Luca diſc. mox citat.*, *& de jurepatron. diſc.* 20. *num.* 10., *diſc.* 21. *num.* 8., *Torr. de majorat.*, *& primog. Ital. part.* 1. *cap.* 41. *num.* 17., *apud eumdem deciſ.* 17. *num.* 123., *Rot. cor. Dunoz. Sen. deciſ.* 315. *num.* 4., *in rec. deciſ.* 362. *num.* 10,, *& ſeqq. part.* 5., *deciſ.* 469. *num.* 8. *part.* 14., *in Nolana Beneficii* 1. *Aprilis* 1686. *§. Nullum cum ſeqq. cor. Rondinino*.

Nec officere dicebatur, quod, poſtquam Juriſpatronatui, ex lege fundationis, Ordinarii conſenſu,
4 vel Apoſtolicâ Auctoritate confirmata, certa forma data fuerat, eamdem alterare Patronis minimè liceret, adimendo vocatis Jus, ex primæva pa-
5 tronatus Inſtitutione activè, vel paſſivè quæſitum, illudque in alias perſonas transferendo, quia id procedere dicebatur in Jurepatronatu reſervato favore extranei, ſecus verò, quando Patronus il-
6 lud pro ſe, & filiis reſervavit, ob eam rationem, quod in primo caſu extranei ad illud admittuntur tamquam Donatarii, ideoque Fundatori non liceat, mutando voluntatem, eiſdem adimere Jus irrevocabiliter quæſitum ex dona-
7 tione, quæ in hujuſmodi reſervatione facta favore extranei occultatur; In ſecundo verò caſu, qualis eſt ille, in quo verſamur, filiis, & Deſcendentibus nullum jus adquiritur, Fundatore vivente, eo quod ipſi admittantur non tamquam 8
Donatarii, ſed uti ſucceſſores, in quos Fundator non tranſtulit Juſpatronatus, ſed ſolùm poſuit eos in ſpe ſuccedendi, ut benè diſtinguit *Card. de Luca de Jurepatron. diſc.* 16. *num.* 7.

Contrà verò à DD. Marchionibus de Spadis de columnello Faventiæ, & Bononiæ pro excludendo Majori natu à privativo exercitio Juris præſentandi duo objiciebantur, Primò enim dicebatur, quod tàm in Inſtrumento fundationis, quàm in Bullâ confirmationis controverſum Juſpatronatus reſervatum fuerat favore Fundatorum, *ac* 9
poſt illorum obitum ſuis heredibus, *& ſucceſſoribus maſculis*, ideòque ex qualitate gentilitiâ, atque hereditariâ mixtum dicebatur, *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 4., *Acſolin. reſolut.* 58. *num.* 9. *verſ. vel quod ſit mixtum cum ſeqq.*, *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.* 24. *num.* 6., *diſc.* 30. *num.* 1., *Rota coram Buratt. deciſ.* 647. *num.* 4., *& in recent. deciſ.* 267. *ſub num.* 5. *part.* 6., cum allis deductis in magiſtrali *deciſione* 444. *num.* 6. *coram Emerix*, *& in Romana*, *ſeù Parmen. Juriſpatronatus* 4. *Decembris* 1699. *§. Neque obſtat coram Magno Cancellario Mediolanen.*, & de inveſtiturâ, ſimili verborum formâ, 10
conceptâ, quod feudum efficiat mixtum, hereditarium nempè, & gentilitium, *Ludovic. Bellus conſ.* 2. *numer.* 112. *verſ. mixtum verò*, *Surd. conſ.* 63. *num.* 10. *cum ſeqq.*, *& conſ.* 108. *nu.* 13. *& 15.*, *Papon. conſ.* 1. *nu.* 59., *Bellon. jun. conſ.* 48. *num.* 10. *cum ſeqq.*, *& num.* 44. *verſ.* 1. *reſpondeo*, *in §. Feudum quæſt.* 9. *column.* 2., *Mantica de tacit.*, *& ambig. lib.* 23. *tit.* 3. *num.* 31., *Saminiat. controv.* 12. *num.* 106., ac per conſequens ad idem vocati dicebantur omnes ii, qui 11
qualitatem hereditariam Fundatorum haberent, & Maſculi eſſent, qui ab eiſdem deſcenderent, ut, præter auctoritates mox allegatas, tradit *Rota coram Buratto deciſ.* 183. *num.* 24., *coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.* 3. *num.* 9., *& in rec. deciſ.* 223. *num.* 13., *& deciſ.* 630. *numer.* 29. *part.* 19., quemadmodum de ſucceſſione in feudo mixto 12
tradit *Manſ. conſult.* 332. *num.* 23., *Rota coram Emerix deciſ.* 444. *num.* 2., ab hujus enim ſucceſſione valere argumentum ad ſucceſſionem in 13
Jurepatronatus, docuerunt *Gratian. diſcept.* 521. *numer.* 32., *Rota coram Coccin. deciſ.* 232. *num.* 4., & benè proſequitur *dicta deciſio* 444. *num.* 3.

At verò, ſi Bonorum heredes, & ſucceſſores ſanguinis tàm ex lege fundationis, quàm in Literis Apoſtolicis illam confirmantibus vocabantur ad activum Juſpatronatus; Fundatori integrum non erat poſt jam perfectam fundationem, & Jus illis irrevocabiliter quæſitum, eiſdem adimere Jus præſentandi, illudque privativè transferre in Majorem natu, *Lambertin. de Jurepatron. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 6. *nu.* 9., *Garz. de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *nu.* 68., *Gonzal. ad reg.* 8., *Gloſſ.* 5. *num.* 40., *Card. de Luc. de Jurepatron. diſc.* 16. *nu.* 2., *Gratian. diſcept.* 177. *nu.* 1., *& ſeqq.*, 14

& ſeqq., Rot.dec.37. num.2., & dec.38. num.13. part.17. rec.

Nec officere ullo pacto videbatur diſtinctio inter Juſpatronatus à Fundatore reſervatum prò ſe, & extraneo herede, & illud, quod ab eo-
15 dem prò ſe, & filiis conſtituitur, quia hujuſmodi diſtinctio procedit in Jurepatronatu merè hereditario, non autem in illo, quod cum qualitate hereditariâ admixtam habet qualitatem gentilitiam, quo caſu vocatis ex providentiâ
16 Fundatoris Jus irrevocabile ex ipſa fundatione quæſitum dicitur, *Rota coram Emerix dict. deciſ. 444. num.5.*

In caſu autem noſtro in dubium venire nequit mixtura Juriſpatronatus, & vocatio Patro-
17 norum omnium habentium qualitatem hereditariam, & gentilitiam, quia Fundator illud reſervavit pro ſe, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus maſculis, his verò deficientibus, ideoque extinctâ penitùs lineâ maſculinâ, vocavit fœminas, deindeque alios de parentelâ, & familiâ Fundatorum, quo caſu dictis heredibus, & ſucceſſoribus maſculis à Fundatore præſervata non
18 cenſetur ſola ſpes, ſed perfectè quæſitum dicitur jus ſuccedendi in dicto Jurepatronatus, ut probant auctoritates allegatæ in §. *Contrà verò*, certiùs in caſu noſtro, in quo Fundatores Canonicatus illum obnoxium eſſe, voluerunt Juripatronatus pro ſe ipſis, *ac poſt illorum obitum ſuis heredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & in eorum defectum fœminis in perpetuum, & in infinitum*; Ordo enim iſte, quo unus poſt alium,
19 poſt nempè Fundatores, eorum heredes, & ſucceſſores maſculi, & in eorum defectum fœminæ gradatim ſuccedere debebant, adhibitis clauſulis, infinitatem, & perpetuitatem temporis ſecumferentibus, procul dubio non importat eventualem dumtaxat ſpem ſuccedendi, pendentem ab arbitrio Fundatoris, ſed jus omninò certum, & immutabile, quale eſt illud, quod
20 competit ex ſucceſſione fideicommiſſaria, quæ vigore hujuſmodi verborum, & clauſularum ſignificantium tractum temporis ſucceſſivum inducta cenſetur, per ea, quæ tradit *Peregrin. de Fideicomm. artic. 18. num. 14.*, & paſſim apud alios; Cumque forma iſta, atque ordo ſucce-
21 dendi conſtitutus fuerit in diſpoſitione ordinatâ per actum inter vivos, potiori Jure dicendus erit irrevocabilis, quodque à bon. mem. Paulo mutari nequiverit in ultimo teſtamento, adimendo ceteris vocatis jus, plenè ex fundatione quæſitum, illudque privativè transferendo in Majorem natu.

Accedit his declaratio bon. mem. P. Virgilii Spadæ, quæ, licèt, juxtà notas regulas, admittenda
22 videtur prò interpretatione dubiæ dumtaxat diſpoſitionis, non autem quando, prout in caſu noſtro, illa clara eſt, nullâque indiget declaratione, nihilominùs in caſu noſtro eadem plurimùm urget, quiâ dicto, & teſtimonio P. Virgilii non utimur prò declarandis verbis Teſtato-
23 ris, ceteroquin claris, & apertis, ſed illum adhibemus uti Teſtem ad effectum probandi erroneam credulitatem, quâ Teſtator motus fuit, ità certè non diſpoſiturus, ſi meminiſſet tenoris Bullæ, & animadvertiſſet, reſervationem exercitii Juris præſentandi favore ſolius Majoris natu apertè repugnare Inſtrumento fundationis, & Literis Apoſtolicis; hujus autem teſtimonium, licèt ſit unicus, nemo non videt, quanti valeat 24
tum ob ſummam fiduciam, quam in eo habuit Teſtator, qui non ſolùm illi, uti in omnibus conſcio ſuæ mentis, plenam conceſſit poteſtatem interpretandi ſuas diſpoſitiones, ſed dixit = *laſcia nella mente, e ſpirito di eſſo P. Virgilio il ſpirito proprio in tutto, e per tutto d' eſſo Signor Teſtatore* =, tùm ob eximiam tanti viri dignitatem, atque probitatem, tum quia idem eſt author D. Marchionis Bernardini, qui uti Major natu privativum exercitium juris præſentandi ſibi aſſere-
re contendit, tum denique, quia teſtimonium 25
P. Virgilii coadjuvatur ſubſecutâ obſervantiâ; Ipſe enim in dicta ſua declaratione perſpicuis verbis teſtatur, quod, cum poſt obitum bo. me. Pauli ſemel, atque iterum vacaverit controverſus Canonicatus = *non s'è fatta la preſentazione dal maggiore d'età, ma s'è oſſervata la diſpoſizione, che ſi legge nella Bolla dell' erezione*, ex qua obſervantiâ interverſa diceretur nova forma, & ſuccedendi ordo, à Paulo in ſuo teſtamento præſcriptus, & res reducta videri poſſet ad primævum ſtatum, in fundatione conſtitutum, ad 26
quem ſanè effectum ſufficere ſolam decennalem præſcriptionem, docuit *Mareſcot. variar. reſol. lib.1. cap.55. num.70. & ſeqq.*

Planum itaque DD. Marchiones de Spadis de columnello Faventiæ, & Bononiæ eſſe, dicebant, quod D. Marchio Bernardinus tamquam Major natu ſibi arrogare non poſſit privativum exercitium juris præſentandi; Verùm præterea addebant, illum penitus cum toto ſuo columnello excludi ab hujuſmodi jure, eò quia deſcendant à Franciſco filio Pauli, ab eodem inſtituto in rebus dumtaxat particularibus, ideoque controverſum Juſpatronatus pertinere debeat ad Deſcendentes Jacobi Philippi heredis univerſa lis ejuſdem; Nam, licèt verùm ſit, quod ad effe- 27
ctum ſuccedendi in Jurepatronatu mixto ſufficiat, filium fuiſſe inſtitutum in ſolâ Legitimâ, vel in re dumtaxat particulari, abſque eo quod ſit heres univerſalis, attamen id procedere dicebatur reſpectu aliorum Patronorum, non au- 28
tem reſpectu primi adquirentis, ſive Fundatoris Juriſpatronatus; Hujus enim reſpectu oportet, quod filius ſuccedere volens in Jurepatronatu mixto, ſit heres univerſalis Fundatoris, adeout non ſufficiat, ipſum in re certa, vel in 29
Legitimâ fuiſſe inſtitutum, quando de ſucceſſione non contenditur inter filium, & heredem extraneum, ſed inter filium inſtitutum in re certa, & alterum filium ſcriptum heredem univerſalem, ut in proximis terminis materiæ emphyteuticæ diſtinguunt *Alexand. conſil. 128. lib. 1. conſ.124. numer.6., & ſeqq. lib.5., Menoch. conſ.194. num.1. & ſeqq., Gratian. diſcept.372. num.11. & ſeqq., Cyriac.contr.138. numer.66.*,

Fulgin. de jur. emphyt. titul. de succeſſ. quæſt. 17. *num.* 5. *in fin.*

Verùm, maturè his omnibus perpenſis, licèt verius eſſe, cenſeam, D. Marchionem Bernardinum contrà tenorem Bullæ, & fundationis admittendum minimè eſſe ad privativum exercitium Juris preſentandi, quod tamquam Major natu de universâ deſcendentiâ Pauli ſibi vindicare contendit, nihilominùs nec ipſum, nec columnellum Franciſci excludi poſſe, crederem à ſimultaneo dicti juris exercitio, ob illam certam juris noſtri regulam, quâ ſtatuitur, ad ſuccedendum in hujuſmodi Jurepatronatu mixto ſufficere, filium fuiſſe inſtitutum in ſola Legitimâ, immò etiam in re certâ dumtaxat, argumento *Text. in leg. Jurisjurandi* 7. *§. Si liberi*, *ibique notata per Bartol. num.* 2., *& 6. verſ. propterea ſufficit ff. de operibus Libert.*, *Antonin. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 7. *reſolut.* 7. *ſub num.* 16., *Rota coram Ninot. deciſ.* 4. *num.* 17. *&* 18., *& latè in dict. deciſ.* 444. *coram Emerix*; idque procedit non ſolùm reſpectu ultimi, ſeù aliorum Patronorum, verùm etiam reſpectu primi adquirentis, ut tradit *Card. de Luca de Jurepatr. diſc.* 30. *num.* 4., ubi ait, ſatis eſſe, reſpectu etiam primi adquirentis, quod per heredem ſanguinis non ſtet, quo minùs ſit etiam heres rei familiaris, *Rota coram Ubald. deciſ.* 127. *num.* 14. *part.* 3., in cujus pariter caſu agebatur de Inſtituto in re dumtaxat particulari à Teſtatore, qui fuerat Patronatus Fundator, quinimmò, ut liquet ex *deciſione Coccin.* 1658. *num.* 2. *&* 3., quæ eſt illa, quæ in eâdem Causâ præceſſit *deciſionem* mox citatam *Ubaldi*, Fundator Juriſpatronatus deceſſerat ſinè Liberis, & heredem inſtituerat Archiepiſcopum Amalphitanum, Antonio verò Legatum dumtaxat ſcutorum quingentorum reliquerat, & tamen, ut patet *ex dicta deciſione Ubaldi*, *Sacra Rota* cenſuit, hujuſmodi Legatum particulare ſufficere ad effectum ſuccedendi in Jurepatronatus mixto, & rectè quidem; Quia Juſpatronatus, cum ſit indiviſibile, in ſolidum, & quoad omnes juris effectus æqualiter in omnes heredes, tametſi inæqualiter inſtitutos, tranſire debet, *Gloſſ. in cap.* 1. *verb.* ~~*dividi non*~~ *debet de Jurepatronatus*, & ibi communiter ſcribentes, præſertim *Abb. num.* 7., *Bero num.* 81., *Spad. conſ.* 6. *num.* 7., *& conſ.* 193. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 3.

Idque confirmari poſſet exemplo ſucceſſionis in feudo mixto, quo utitur *Card. de Luca de Reſcript. d. diſc.* 30. *loco cit.*, & exemplo ſimilis emphyteuſis, quæ pariter non defertur ad filium dumtaxat heredem univerſalem inſtitutum, ſed æqualiter tranſit ad filios, tametſi in ſola Legitimâ, vel in re certa inſtituantur, *Covarr. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. *verſ. idem omninò*, *& num.* 5. *&* 7.; Potiori verò jure hæc locum ſibi vindicant in caſu noſtro, quia Fundatores Juriſpatronatus illud non reſervarunt ſimpliciter pro *ſuis heredibus*, ſed pro *ſucceſſoribus* etiam, indubii autem juris eſt, appellatione *heredum*, *& ſucceſſorum* non ſolùm venire heredes univerſales, ſed etiam particulares, juxtà literalem *Textum in leg. Fluminum* 24. *§. Adijcitur*, ibi = *adijcitur in hac ſtipulatione*, *& heredum nomen vel ſucceſſorum*, *eorumque, ad quos ea res pertinet, ſucceſſores autem non ſolùm, qui in univerſa Bona ſuccedunt, ſed & ii, qui in rei tantùm dominium ſucceſſerint, his verbis continentur*, ibique *Gloſſ. lit. S. ff. de damn. infect.*, *Alex. conſ.* 193. *ſub nu.* 1. *verſ. contrariam ſententiam lib.* 2., *Rota cor. Cavaler. deciſ.* 437. *num.* 3.

Nec obſtant ea, quæ prò excludendis heredibus, in re certâ dumtaxat à Fundatore inſtitutis, objiciuntur, quia eadem procedunt in caſu, quo ſucceſſio deferenda eſſet jure dumtaxat hereditario, non autem quando eadem petitur ex lege fundationis, in quâ ex providentia Fundatoris ſucceſſores omnes ſanguinis nominatim comprehenſi fuerunt, iſto enim caſu ſufficit, illos in Legitima, vel in re dumtaxat certa fuiſſe à primo acquirente inſtitutos heredes, ut probant Auctoritates ſuperiùs allegatæ.

Firmato autem, quod controverſum Juſpatronatus, ſeù exercitium juris nominandi non pertineat ad Majorem natu, ſed æqualiter delatum fuerit ad omnes Deſcendentes bon. mem. Pauli, adeòut non minùs heres univerſalis, quàm ceteri heredes particulares in eo ſucceſſerint, ad eoſdem ſucceſſio in ſtirpes, & non in capita devoluta dicetur, per *Rot. deciſ.* 99. *num.* 4. *part.* 17. *recent.*

Nec idcircò columnellus D. Marchionis Bernardini, & aliorum de Spadis, uti heredes clar. mem. Card. Bernardini, & P. Virgilii, illorum voces vindicare ſibi poterunt, quia, ut dictum eſt, non agitur de Jurepatronatus hereditario, in quo ſuccedatur ex voluntate ultimi Patroni defuncti, ſed agitur de Jurepatronatus mixto, in quo Deſcendentes, & ſucceſſores maſculi, utpotè ſuccedentes ex providentiâ primi inveſtiti, ſufficit, quod habeant qualitatem hereditariam, ſpectatâ perſonâ primi acquirentis, ſivè Fundatoris, non autem ultimi morientis, *Card. de Luca de Jurepatr. diſc.* 30. *num.* 3., *diſc.* 60. *nu.* 26., *Pitonius diſcept. Eccleſ.* 4. *num.* 10., *Rot. deciſ.* 254. *num.* 17. *part.* 11., *coram Priol. deciſ.* 113. *num.* 8., *in Romana, ſeù Parmen. Juriſpatronatus* 4. *Decembris* 1699. *§. Neque obſtat coram dell'Olmo, confirmata* 13. *Decembris* 1700. *§. Ex his probatâ coram Molines Decano.*

Hæc quoad pertinentiam controverſi Juriſpatronatus, quod, pro meâ ſententiâ, mixtum eſt, & non ad ſolùm Majorem natu, ſed ad omnes Fundatoris heredes, ſive univerſales, ſive particulares pertinet, & quidem in ſtirpes, & non in capita, ideòque omnes ad præſentandum admittendi ſunt; Verùm, ſi fortè D. Marchio Bernardinus, uti Major natu privativè quoad alios Compatronos præſentare contenderet, poterunt, & debebunt iidem pro ſuis tuendis juribus intrà tempus à jure præfixum præſentare.

Car-

Cortonen. Commendæ.

A Commendæ Ordinis Militaris Sancti Stephani ſucceſſione, quam Fundator perpetuo primogenituræ ordine Deſcendentibus, aliiſque deinceps Agnatis deferri voluit, nepos ex fratre primogenito præmortuo Patruum excludit, etiamſi antèacto tempore nepos quandoque Patruo morem geſſerit, primogenituræ jura ſibi adſerenti.

VOTUM VI.

1 *Primogenitus quis cenſendus ſit, Patruus, an nepos ex fratre primogenito? gravis controverſia eſt.*

2 *Ad primogenituram admitti debet, qui eſt filius primogenitus tempore delatæ ſucceſſionis.*

3 *Et faciliùs admittitur filius Primogeniti jam admiſſi, quàm filius Primogeniti præmortui.*

4 *Obſervantia præferendi Majores natu filii primogeniti plurimùm valet.*

5 *In primogenituræ ſucceſſionibus linea ætati præfertur.*

6 *Ad majoratum ſenior ætate vocatus dici poteſt*, & num. 36.

7 *Primogenituræ, & Primogeniti nomen in civili ſignificatione accipitur.*

8 *In Commendæ ſucceſſione, quæ primogenituræ regularis ordine defertur, nepos Patruum excludit*, & num. 35. & 40.

9 *In primogenituræ ſucceſſione primùm linea, deindè in lineâ gradus, in gradu ſexus, & in ſexu ætas præfertur.*

10 *A primogenituâ, donec perdurat Primogeniti linea, excluduntur ceteri collaterales licet ætate, & gradu potiores*, & num. 14. 20. 26., & 31.

11 *Etiamſi agatur de primogenituâ Commendæ.*

12 *Commendæ privatâ, & laicâ auctoritate erectæ, deferuntur juxta regulas profanæ ſucceſſionis.*

13 *Primogenitura Bonorum, vel indifferentium, vel differentium, uti Commendarum, Juriſpatronatus, & feudorum, pari jure defertur.*

15 *Omnes filii cenſentur eſſe in primo gradu.*

16 *Primogenitus primam lineam, ſecundogenitus ſecundam efformare dicitur.*

17 *In ſucceſſionibus Prętor conſtituit Liberorum, Agnatorum, & Cognatorum ordinem.*

18 *Et hic ordo in primogenituris ſervandus eſt.*

19 *Secundogenitus dicitur eſſe in lineâ inflexâ, & ſubalternâ non autem in lineâ rectâ primogeniali.*

21 *Primogeniti filius ſemper præferendus eſt, etiamſi agatur de primogenituâ, vivente Patre, nondum delatâ*, & num. 29.

22 *Primogeniti filius primogenituræ ſuccedere dicitur ex propriâ vocatione, non autem ex jure alterius.*

23 *Primogeniti deſcendentes poſſunt vel repræſentare perſonam Patris mortui, vel ſuccedere ex propriâ perſonâ, & ex propriâ vocatione.*

24 *Et eligere poſſunt, ut ſuccedant ex utiliori jure.*

25 *Primogenituræ qualitas momento ipſo nativitatis adquiritur.*

27 *Primogenituræ jus cum perſonâ Patris primogeniti non extinguitur.*

28 *Primogenitus ſibi, poſteriſque ſuis, veluti quadam occupatione jus primogenituræ vindicat.*

30 *Primogeniti filius perindè eſt, ac ipſum lineæ caput.*

32 *Linea, ſaltem in habitu, primogenialis, in primogenituræ ſucceſſione ceteras vincit.*

33 *Primogenitum, ejuſque lineam Teſtator prædilexiſſe cenſetur.*

34 *Primogeniti linea ut præferatur, ſufficit primogenituræ jus vel in potentiâ, vel in ſpe Primogenito competiiſſe.*

37 *In primogenituræ ſucceſſione Patruus præfertur, quando inter plures diverſarum linearum tranverſales diſparis gradus, unus tantum adeſt Major natu.*

38 *Vel ſi poſt extinctam unam lineam ſubſtitueretur primogenitus, vel Major natu alterius lineæ.*

39 *Primogeniti, vel Majoris natu qualitas juncta verbo, intelligenda eſt ſecundùm tempus verbi.*

41 *Obſervantia præferens Patruum nepoti in primogenituræ ſucceſſione, probanda eſt in caſu individuo.*

42 *Nec ullam vim habet, ubi certa eſt Teſtatoris voluntas inſtituendi primogenituram regularem.*

43 *Obſervantia nulla admitti debet contra aperta Teſtatoris verba.*

44 *Fideicommiſſi ſubſtantia ex erroneâ quorumdam credulitate interverti nequit.*

45 *Obſervantia præſcriptiva induci nequit ex eo, quod nepos permiſerit, Patruum primogenituræ ſuccedere.*

46 *Nepotes obſequii gratiâ, & ob captandæ hereditatis ſpem perſæpè jus ſuum Patruis dimittunt.*

47 *Obſervantia favens Patruo in primogenituræ ſucceſſione, non prodeſt, niſi probetur effectum ſortita, nepotibus non reclamantibus, & ſcientibus Teſtatoris diſpoſitionem.*

48 *Ad primogenituram vocati confeſſio non nocet in iis, quæ in jure conſiſtunt.*

49 *Ad primogenituram vocati renunciatio non nocet, niſi conſtet, habitam ab eo fuiſſe ſpecialem teſtamenti notitiam.*

50 *Obſervantia favens Patruo, nocet quidem Primogenitis, qui eum admitti permiſerunt, non verò poſteâ natis.*

51 *Ad Commendam, regularis primogenituræ ordine inſtitutam, Primogeniti jure proprio veniunt, non ex facto anteceſſorum.*

52 *Primogenitis ſucceſſoribus nec diuturni temporis lapſus, nec anteceſſorum factum obeſſe poteſt.*
53 *Præſcriptio nulla induci poteſt contra nondum natos, jure proprio venientes.*
54 *Nec etiam centenaria.*
55 *Obſervantia centenaria præferens Patruum in primogenituræ ſucceſſione, an inducere poſſit præſervationem derogationis obtentæ à Principe?*
56 *Patruum, excluſo nepote, ſemper primogenituræ regulari unius ferè ſeculi ſpatio ſucceſſiſſe, vix credibile eſt.*
57 *Ad majoratum vocato ſeniore de familiâ, Patruus nepotem excludit.*

NOBILIS quidam vir, conſenſum, auctoritatemque ſuam impartiente Sereniſſimo Magno Magiſtro inclyti ordinis militaris Sancti Stephani, erexit, ſuiſque dotavit Bonis Commendam Peruſini Bajulivatus, titulis, præeminentiiſque decoratam, illamque Fundator ipſe primus obtinuit, poſt ſuum verò obitum ad eamdem jure, & ordine primogenituræ, ubique, & in perpetuum volito, vocavit lineam ſuam effectivam, deindeque, ſervato eodem primogenituræ ordine, nonnullas aliàs ſuorum collateralium lineas ſubſtituit.

Juxta prenarratam legem poſt Fundatoris obitum Commenda ad ejus Deſcendentes delata ſemper fuit, cujus ultimo poſſeſſore nuper defuncto, ad eandem adſpirant Patruus, & nepos ex fratre primogenito prædefuncto. Primus dicit, ſe, tamquam ætate majorem, naturâ, & nomine cenſendum eſſe Primogenitum, ideòque literaliter à fundatione vocatum, excluſo nepote, natu minore; alter verò, licèt careat prærogativâ ætatis, attamen qualitate primogeniali Patruum antecellere, atque idcircò illi ſe præferendum eſſe, contendit.

In hac arduâ controverſiâ, quam alii Apollinis oraculo per hyperbolem, alii rectiùs Ceſareâ deciſione, nonnulli demum impiè duello decidendam eſſe, cenſuerunt, ut tradunt *Bald. in leg. cum antiquioribus Cod. de jur. deliber.*, *Peralt. in rubr. ff. de hered. inſtit.*, *Tiraquell. de jure Primogenit. quæſt.*40. *num.*7., *Molin. de Primogenit. lib.*3. *cap.* 6. *num.* 1., *Afflict. titul. de ſucceſſ. feud.*, *Gabr. de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ.* 2. *num.*16., *Larat. in theatr. feud. part.* 9. *dilucid.* 37. *num.*2., *Cappella Tholos deciſ.* 433., *ubi adden.*, *cum aliis apud Rotam in una Fulginaten. Primogenituræ* 14. *Junii Anni præteriti coram Molines Decano*; Cum ego requiſitus fuerim, ut, re maturo cum ſtudio perpenſâ, pro veritate ſententiam meam dicam; Primâ fronte potiora videri poſſent jura Patrui, cujus partes tuentur *Bald. in leg.* 3. *Cod. de ſuis, & legit.*, *Iſern. in cap.*1. *colum.* 4. *verſ. quærit gloſſa, junctо verſ. hæc eſſent vera tit. de natura ſucceſſ. feud.*, *Alex. conſ.*4. *colum.*3. *lib.*4., *Oldrad. conſ.* 44. *numer.* 15., *Bolognett. conſ.*9. *nu.* 19. *& ſeqq.*, *Decius conſ.*443. *num.*14. *& ſeqq.*, *Mandell. Alba conſ.* 60. *num.*12. *& ſeqq.*, *& conſ.*382. *num.*70., *Rolland. conſ.*39. *num.* 50. *l.*4., *Peregrin. conſil.* 39. *numer.*24. *lib.*1., *Cenſal. ad Peregrin. art.* 21., *Gabriel. de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ.* 2. *numer.*1., *Theſaur. jun. contr. forenſ.* 35. *num.*34. *& ſeqq.*, *Gamma deciſ.*307., & alibi paſſim, qui omnes eâ moventur ratione, quod in ſucceſſionibus primogenialibus ille admitti debet, qui eſt filius primogenitus tempore delatæ ſucceſſionis, qualis dici nequit nepos, ſed Patruus, quem in pari gradu nemo antecedit, idque potiori jure procedit, quando non agitur de filio Primogeniti, jam admiſſi, ſed de filio Primogeniti præmortui, antequam in ejus perſonâ primogenitura radicaretur, *Anchar. conſ.*82. *col.*2. *nu.*2., *Decius dict. conſ.*443. *num.*29., *Alex. conſ.*123. *numer.* 2. *verſ. nec videtur lib.* 1., *Peregrin. conſ.* 33. *num.* 27. *lib.* 2., *Caldas conſ.*15. *numer.*13. *cum ſeqq.*, *Chacher. conſil.*72. *num.*28., *Surd. conſil.* 403. *num.* 34. *& ſeqq.*, *Valaſ. de jur. emphyt. quæſt.*50. *num.*19.

Hiſque accedere dicebatur obſervantia, juxtà, quam ad hujuſmodi Commendam Majores natu pro tempore admiſſi ſupponuntur; Hujuſmodi autem obſervantiam plurimùm valere pro dignoſcendis qualitatibus primogenitorum, tradiderunt *Manſ. conſult.*98. *num.*35., *& ſeqq.*, *Fontanell. deciſ.*33., & demum ad hujus articuli deciſionem allegari poſſe, videbatur *deciſio Rotæ Florentinæ*, edita in ſimili cauſa, quæ impreſſa reperitur *apud Manſium poſt conſul.* 99.

Verumtamen hęc omnia argumenta tanta eſſe mihi viſa non ſunt, ut Patruum nepoti, & ætatis prerogativam preferendam eſſe cenſeam qualitati, ſeù potioritati, quam linea primogenialis ſibi vindicat in ſimilibus ſucceſſionibus, non enim venit in dubium, quinimmò Partes ipſæ conveniunt, agi non de majoratu, ad quem ſenior ætate vocatus ex fundatione dici poſſit, ſed de verà primogenitura regulari, nam Teſtator ſucceſſores ad Commendam vocavit ſub expreſſa appellatione Primogeniti, atque ordine primogenituræ, quod nomen cum ſit nomen juris, civiliterque accipiatur, non connotat prærogativam naturalem majoris ætatis, ſed civilem qualitatem, potioritatem nempè lineæ deſignat, ut, pluribus relatis, firmat *Rota in d. Fulginaten. Primogenituræ* 14. *Junii* 1700. *§. Cum enim Teſtator coram Decano.*

Cum igitur verſemur in ſucceſſione Commendæ, primogenitur regularis ordine deferendæ ad vocatos, nepos excludet Patruum, juxtà opinionem, quam, uti veriorem, magiſque communem, ſequuntur Doctores, & Tribunalia, *Bald. conſ.*389. *num.*8. *lib.*2., *Caſtrenſ. conſ.*164. *lib.*2., *Fab. de Anna conſ.*125. *num.*37., *& ſeqq. lib.*2., *Menoch. conſ.*211., *conſ.*1082. *nu.*20., *Covaruv. var. reſol. lib.*3. *cap.*5. *num.*8. *verſ.*, qui hanc opinionem, *Gomez. ad l. Tauri* 40. *num.*65., *Tiraquell. de jur. primog. quæſt.*40. *num.*19., *Molin. de primogen. lib.*3. *cap.*6. *num.*2., *Cevall. commun. quæſt.*197., *Fachin. contr. jur. lib.*6. *cap.*2., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*387. *num.*36., *Gratian. diſcept.*456. *num.*13. *& 62.*, *Caſtill. contr.*

1 2 3 4 5 6 7 8 10

contr. jur. lib.3. cap.19. num.104., *Mautic. de conject. lib.8. cap.10. num.9.*, *Larate in Theatr. feud. lib.1. part.9. dilucid.37. per tot.*, *& præsertim. ex num.54.*, *Cancer. var. resol. part.3. cap. 21. num.293.*, *Tondut. resolut. civil. tom.1. cap. 89. num.1. & 2.*, *Palm. alleg.84. num.15.*, *& allegat.91. per tot.*, quam opinionem apud omnia Orbis Tribunalia invaluisse, testatur *Balduc. ad Ramon. in vot. decis.92. num.15.*, quo loci plurima refert judicata, *Rota decis.395. part.4. divers.*, & novissimè *in d. Fulginaten. primogenituræ coram Hervault. Decano*, quia in casu *d. decisionis* plures concurrebant circumstantiæ, quæ suadere videbantur prælationem Patrui, cujus partes acerrimè sustinebant quinquè Advocati, quorum ego ultimus, sed frustra labor omnis, studiumque impensum fujt.

Ordo autem iste succedendi, quo nepos Patruo præfertur, desumitur ex elementaribus re-
9 gulis, à Majoribus nostris in successione primogeniali constitutis, juxta quas primo loco attenditur prærogativa lineæ, in linea gradus, in gradu sexus, & in sexu denique ætas præfertur, adeout perindè sit vocasse Primogenitum, ac prædicto ordine successionem ad vocatos detulisse, *Casanatt. cons.38. num.114.*, *Valenzuel. cons.97. num.13. lib.1.*, *Ramon. cons.100. n.306., & nu.502.*, *Molin. de primog. lib.3. cap.4. n.13. & 14.*, *Molin. de just.*, *& jur. disput.625. n.5.*, *Rosa consult.69. num.5.*, *Robles de repræsent. lib. 3. cap.6. num.2.*, *Alvar. de conject. mente defuncti lib.2. cap.3. §.3. num.44.*, *Gregor. Lopez in l.2. tit.15. quæst.2. gloss.18. quæst.6. ad fin.*, *Card. de Luca de fideicomm. disc.208. nu.3.*, *Rodulph. alleg.98. num.5.*, *Torres de Majorat.*, *& primog. part.1. cap.5. §.2. num.12.*, *d. vot. decis. apud Balduc. ad Ramon. vot.92. num.16.*, *Fontanell. decis.34. num.3. & 4.*, *Rot. decis.18. nu.4. part. 18. rec.*, *& in Fanen. fideicomm. 14. Maii 1689. §. Neque pro reo coram Card. Caccia*.

Proindeque in primogenitura regulari potioritas lineæ tanta erit, ut successio semper deferatur de Primogenito in Primogenitum, donec
10 illius linea totaliter evacuata fuerit, exclusis ceteris collateralibus, qui, licèt ætate, & gradu præcellant, attamen non reperiuntur in linea Primogeniti, *Altograd. cons.89. num.56. lib.2.*, *Reynos. observ.23. num.3.*, *& obser.24. num.24.*, *& seqq.*, *Caren. resol.158. num.5.*, *Molin. de primog. lib.3. cap.6. num.29.*, *Fusar. de substit. quæst.390. num.8.*, *Thomas. tract. var. tom.1. tract.8. tit.10. num.13.*, *Rocca disput. jur. select. cap.3. num.5.*, *& seqq.*, *d. vot. decis.22. nu.20. apud Balduc. ad Ramon.*, *Gamma decis. Lusitan.7. num.4.*, *decis. civil. apud Card. de Luc. de fideicomm. num.174.*, *Rota coram Bich. decis.622. num.1.*, *& seqq.*, *decis.469. num.7. part.13.*, *apud Torr. de majorat.*, *& primogen. Ital. dec.30. num.6. tom.3.*, *& in Fanen. fideicommissi 4. Maii 1689. §. Meque pro reo coram Card. Caccia, & in Avenionen., seù Vasionen. primogenituræ 21. Junii anni præteriti §. Supposito itaque coram Jacobetto*.

Quæ porrò linealis prærogativæ ratio locum sibi vindicat etiam in subjectà materià succes- 11
sionis in Commenda, per ea, quæ tradunt *Altograd. jun. contr.42. num.2.*, *in Romana Commendæ 21. Februarii 1661. coram Albergato, impressa penes Mans. consult.79. num.1.*, Nulla enim subest ratio, cur hujusmodi Commendæ pri- 12
vatà auctoritate, laicàque potestate erectæ ex Bonis merè laicalibus, deferri non debeant juxtà regulas profanæ successionis, constabilitas in fideicommissis, & primogenituris, *Card. de Luc. de fideicomm. disc.8. num.1. & 17.*, *& de jurisd. disc.92. num.22.*, *& seqq.*, nulla siquidem à Majoribus nostris differentia inducta est quoad successionem inter Bona indifferentia, & alia 13
differentia, qualia sunt hujusmodi jura honorifica Commendarum, jurispatronatuum, feudorum, & similium, quæ jure primogenituræ relicta reperiuntur, *Covaruv. var. resol. lib.3. cap.5. num.3.*, *plenè Royas de incompatib. part.2. cap.3. num.3.*, *& part.8. cap.9. num.3.*, *Molin. de primog. lib.3. cap.6. num.42.*, *Robles. de repræsent. lib.3. cap.5.*, & in terminis Commendæ Equitum S. Stephani, *Barbat. de fideicomm. cap.1. num.28.*, *Ansald. cons.27. num.30.*, *Torr. de primog. part.1. cap.23. num.1. & 2.*, *& n.7.*, *& seqq.*

Quæ cum ita sint, atque in dubium non veniat, quin filius primogenitus, si esset in humanis, admittendus esset ad successionem in Commenda, ita pari ratione eadem debita erit ejus 14
filio, quia ille, statim ac natus fuit, ità se ipsum, suosque omnes Descendentes primogenialis lineæ potioritate inclusisse dicitur, ut simul etiam ceteras collateralium lineas excluserit, *Cancer. var. resol. cap.21. num.297.*, *& seqq. part.13.*, *Peregrin. de jur. fisc. lib.1. tit.2. n.52.*, *Fusar. de substit. quæst.387. sub num.37.*, *Castill. contr. jur. lib.3. cap.9. num.95.*, *Tondut. resol. civil. cap.89. num.4.*, *& seqq.*, *de Luc. de lin. legal. art.8. num.46.*, *Card. de Luc. de feud. disc. 13. num.8.*, *decis. sicul. apud. eumdem num.244.*, *& seqq.*, *Palm. nepos allegat.84. num.34. §. Applicando*, *& alleg.21. num.5.*, *& seqq.*, *Rota coram Mohedan. decis.1. de feudis, coram Seraph. decis.145. num.7.*, *coram Bich. decis.602. n.37.*

Licèt enim in aliis successionibus omnes filii censeantur esse in primo gradu, attamen aliter 15
res se habet in Bonis primogenituræ, quæ uni tantùm applicanda sunt, nam, si plures sint fratres, quasi non sint in eodem gradu, diversos gradus, & lineas subalternas efformant respectu successionis primogenituræ, nam Primogenitus 16
primam lineam, seù gradum continere dicitur, secundogenitus verò secundam, & sic deinceps, itaut dicti fratres quoad successionem in majoratu, seù primogenitura videantur reduci ad illa 17
tria capita, quæ Prætor constituit in successionibus, scilicet Liberorum, Agnatorum, & Cognatorum, ideoque, sicuti in prædicto successionum ordine non est locus constitutis in secundo capite, quamdiù supereat aliquis de primo, ità pariter in successione Primogeniti, quamdiù re- 18
peritur aliquis, qui sit de linea Primogeniti, non admittuntur, qui sunt de linea secundi, ut opti-

optimè ratiocinatur *Reynoſo obſervat.23. nu.6.*,
19 ſecundò enim genitus dicitur eſſe in lineâ inflexâ, & ſubalternâ, non autem in lineâ rectâ primogeniali, *Cappon. diſcept.237. nu.33.*, *& ſeqq.*, *Barbat de fideicomm. part.1. cap.4. num.57.*, *& ſeqq.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.345. nu.1.*, *& 10.*, *Vivian. de jurepatr. lib.4. cap.2. num.35.*, ideòque
20 non eſt per anfractum retrogrediendum ad lineam ſubalternam, donec primogenialis progredi poteſt per lineam rectam, ut ſuperiorious locis dictum eſt.

Paruique refert, quod iſtiuſmodi ſucceſſionis jus, tamquam nondum radicatum in perſona filii primogeniti, qui prædeceſſit ultimo poſſeſſori, tranſmitti nequiverit ad ejuſdem Primo-
21 geniti filium, quia iſte ob prærogativam lineæ præferendus ſemper eſt, etiamſi agatur de jure in vita Patris nondum delato, ſed deferendo, atque in ejus perſonâ primùm radicando, cum
22 ſuccedere dicatur ex propria vocatione, non autem ex jure, in alterius perſona priùs conſtabilito, ut, præter auctoritates mox allegatas, tradiderunt *Palm. alleg.90. num.109. d. vot. deciſ.92. num.17.*, *& ſeqq.*, *apud Balduc. deciſ. Sicil. num.174.*, *apud Card. de Lucam de feud.*, *& plenè Rot. in d. Fulginaten. Primogenituræ* 14. *Junii* 1700. *§. Adeout cum ſeqq.*, *& per tot. cor. Molines Decano*, apud quos innumeræ concordantes auctoritates, fruſtra hìc tranſcribendæ;
23 Deſcendentes ſiquidem primogeniti jam præmortui duo jura ſeparata habere dicuntur, videlicet vel repræſentando perſonam Patris prædefuncti, vel ſuccedendo ex propria perſona,
24 vel propria vocatione; eligere autem poſſunt, ut ſuccedant ex utiliori jure, & utroque jure iidem obtinebunt, *Berous conſ.71. num.57. lib.1.*, *Molin. de primog. lib.3. cap.6. num.50. verſ. ſecunda conſideratio*, *& num.52.*, *Reynoſ. obſer.24. nu. 31.*, *& ſeqq.*, *Gamma deciſ.160. num.3.*

Et juſtà quidem ratione, quia primogenitu-
25 ræ qualitas actu momentaneo imprimitur, & perficitur, ipſoque momento nativitatis aquiritur, ut tradit *Paul. de Caſtr. conſ.164. num.5. verſ. ad ſecundum reſpondetur lib.2.*, *Nicolaus Batrius de ſtat. pactis*, *& conſuetud.*, *quæ jus primogenituræ concernunt cap.8. §.53.*, *cum aliis adductis per Giurb. de ſucceſſ. feud. §.2. gloſſ.6. num.27.*, *& ſeqq.*, eademque dicitur intellectualis quæ-
26 dam creatura cum nativitate Primogeniti, fictione juris efformata, quæ illi ſupervivere cenſetur, donec durat ejus deſcendentia, *d. voto deciſ. 92. num.19. apud Balduc. ad Ramon.*, *Rot. deciſ. 395. num.2.*, ubi, quod jus primogenituræ,
27 tamquam ab ipſa filiatione diſtinctum, & ſeparatum, extinctum dici nequit cum perſona Patris, *part.4. diverſ.*, ideoque filius primogeni-
28 tus ſtatim ſibi, poſteriſque ſuis, veluti quadam occupatione, vindicat jus primogenituræ adeò firmâ, & certa ſpè, ut præventiva mors Primo-
29 geniti filiis non obſit, quominùs melioris lineæ prærogativâ fruantur, excludantque omnes illos, quos Pater eſſet excluſurus, *Valenzuel. conſ.69. num.19. 23.*, *& 25.*, *conſ.97. num.9. lib.1.*, *Menoch. conſ.201. num.58.*, *& ſeqq.*, *Tiraquell. de primog. quæſt.40. num.40.*, *& ſeqq.*, *Reynoſ. obſervat.23. num.3.*, *& obſervat.24. nu. 18.*, *& utrobique additionator*, *Urſin. de feud. part.2. quæſt.4. art.1. cum ſeqq.*, *Giurb. de ſucceſſ. feud. §.2. gloſſ.6. num.25.*, *Thomas tract. var. tom.1. tract.8. tom.3. num.2.*, *Cancer. var reſol. part.3. cap.21. num.289.*, *& ſeqq.*, *Joſeph. Altograd. contr.59. num.21.*, *Marcian. diſput.10. num.9.*, *& 10.*, *& num.14.*, *& ſeqq.*, *Robles de repræſent. lib.2. cap.3.*, *Rot. in d. deciſ.30. poſt Torr. de majorat.*, *& primog.Ital.tom.3.*, *in d. Fanen. fideicomm.* 4. *Maii* 1689. *§. Quoniam cum coram Card. Caccia* & latè proſequitur *in d. Fulginaten. primogenituræ* locis mox citatis.

Ut igitur Primogeniti filius excludat Patruum, non requiritur, quod Pater illius efformaverit actualem lineam Primogeniti, ſeu poſſeſſoris primogenituræ, ſed ſufficit, illam habitualiter 30
conſtituiſſe, ob certum illud jus, quod ſi non actu, ſpe ſaltem, & habitu in ejus perſona radicatum fuerat, quo efficitur, ut ejus filius primogenitus ad ſucceſſionem admittendus ſit, perindè ac ſi ipſum lineæ caput ſucceſſiſſet, *Molin. de Primog. lib.5. cap.6. num.36.*, *Royas de incomputib. cap. 6. §.13. nu.153.*, *& 155.*, *Robles de repræſent. lib.2. cap. 3. num. 4. & ſeqq.*, *Rocc. ſelect. jur. diſput. cap.3. nu.62.*, *Torres de primog. part.1. cap.5. §.3. num.31. & ſeqq.*, *& cap.35. §.5. num.211.*, *& in d. Fanen. fideicom. 4. Maii* 1589. *§. Quoniam cum ſeq. coram Card. Caccia*.

Hinc non urget, quod Patruus tempore delatæ Commendæ, tamquam proximior ultimo illius poſſeſſori, nedùm ætate, ſed gradu præierit ne-
potem, quia in primogenituris proximitas ſpe- 31
ctatur dumtaxat reſpectu melioris lineæ, ut nempè ille dicatur proximior, qui talis eſſe reperitur 32
in linea, quæ ſaltem habitu erat primogenialis, *ad text. in cap. 1. de naturali ſucceſſ. feud.*, nàm, ut in ſimili inquit *Bald. conſ.202. num. 2. lib.5.*, non reſpicitur retrò ad gradum diſtinctum, & ſequuntur *Molina de primog. lib.3. cap.19. nu. 13. & ſeqq.*, *Amat. reſol.1. num. 64.*, *Torres de primog. part.1. cap.5. §.3. num.36. & ſeq.*, *Marcian. d. diſput.10. num.57.*, *Rota coram Bich.dec.622.*, *& in rec. deciſ. 18. num. 3. part. 18. rec.*, idque procedit ex mente Teſtatoris, qui conſtituendo primogenituram juris, prædilexiſſe dicitur nedùm eos, qui eſſent ætate majores, & gradu pro- 33
eximiores, ſed omnes exiſtentes in meliori linea Primogeniti prædilecti, *Cephal. conſ.656. n.47. & ſeqq.*, *Palma alleg. 91. num.6.*, *Rota d. deciſ. 395. num.3. part. 4. diverſ.*, *cum aliis allegatis in ſæpius citata Fulginaten. primogenituræ §. Nihilque refert*.

Contraria verò procedere forſan poſſent in eo dumtaxat caſu, quo Primogenitus nullo tempo- 34
re primogenituræ jus nec in potentiâ, nec in ſpe habere potuiſſet, ſecus autem, ſi illud ſaltem in ſpe, vel in potentiâ habuerit, ut totidem ferè verbis declarat *Molin. de primog. lib.3. cap.7. n.4.*, *Batrius de ſtat. pact.*, *& conſuet.*, *quæ jus primog. concernunt cap. 8. §. 48.*, *Gratian. diſcept. 456. num.50.*, *Giurb. de ſucceſſ. feud. §.2. gloſſ.6. nu. 28.*, *& gloſſ.10. num. 83. & ſeqq.*, cum aliis latè cumu-

cumulatis *in decis. sicul. apud Card. de Luc. de feud. num.* 244. *& seqq.*

Ex quibus patet responsio ad primum objec-
35 tum; Quippè demonstravimus, opinionem, quæ nepotem Patruo anteponit, melioribus fulcitam rationibus, frequentiori Doctorum suffragio, ac supremorum Tribunalium judicatis probari: &
36 contraria opinio favens Patruo procedere potest in majoratu, vel in casu, quo inter plures diver-
37 sarum linearum transversales disparis gradus unus tantùm Major natu reperiretur, aut demùm,
38 si post extinctam unam lineam, vocatione collatâ in remotissimum tempus, substitueretur Primogenitus, vel Major natu, tunc superstes ex alterâ lineâ, quia eo casu qualitas Primogeniti, vel
39 Majoris natu, juncta verbo, intelligenda est secundùm tempus verbi; At longè aliter se res habet in casu nostro, in quo vocatus legitur Primo-
40 genitus, ejusque omnes Descendentes, servato semper ordine primogenituræ regularis, quo casu nepotem præferri Patruo, suprà probavimus, & tradiderunt *Fusar. de substit. quæst.* 387. *num.* 52. *& seqq.*, *Tondut. resol. Civil. d. cap.* 89. *n.* 9. *& seqq.*, *latissimè d. voto* 92. *ex num.* 4. *apud Balducc.*, *Rota in d. Fulginaten. primogenituræ* 14. *Iunii*. §. Doctrinæ verò, ubi benè casus noster distinguitur ab aliis, in quibus esse potest locus Patrui prælationi.

Minùs verò urget secundum argumentum de-
41 sumptum ab observantiâ, tùm quia, nescio, an illa probetur in nostro præciso casu, videlicèt quod fuerit excluSus filius Primogeniti præmortui, & admissus Patruus secundogenitus, ut enim illa afficiat, necesse est docere, ità fuisse servatum in casu individuo, de quo est controversia, *Palm. alleg.* 120. *in fin.*, *Torres de primog. part.* 2. *respons.* 3. *num.* 219.; cum aliis notis auctoritabus.

Tùm etiam, quia, tamètsi illa reverà probare-
42 tur in nostro præciso casu, attamen non urgeret, nam, cum dispositio hominis certa sit, eò quia apertis verbis instituta legitur primogenitura regularis, de Primogenito in Primogenitum deferenda, certa proindè est Juris etiam dispositio nepotem hoc casu anteponentis, ideòque nullum justum locum habere poterit observantia, sive interpretativa, sive præscriptiva illa sit.

Interpretativa enim observantia recipienda eo
43 dumtaxàt casu, quo dispositio dubia sit, neutiquam admitti debet contra apertum tenorem, & verba clara ejusdem, *Rot. in Albanen. Cappellaniæ* 9. *Maii* 1689. §. *fin. coram d. Heruavult.*, *Peregrin. cons.* 73. *nu.* 9. *lib.* 5., *Torres de majorat.*, *& primog. num.* 60., *& 61. fol.* 472., *Solar. ibid. fol.* 613. *num.* 40., *& 41.*, *Rot. decis.* 3. *num.* 7. *ad*
44 *de Luc. de fideicom. tom.* 2., *coram Bich. dec.* 396. *num.* 24.; Non enim ex erronea aliquorum credulitate interverti, aut alterari potest substantia fideicommissi, ut dictum fuit in *Ferrarien.*, *seù Anconitana fideicom.* 12. *Decembris* 1698. §. *Absque eo quod coram Molines Decano*, *& in Romana fideicom. de Detis* 22. *Martii* 1700. §. *fin. coram eod.*

Præscriptiva verò observantia allegari nequit;
Nàm, firmatâ clarâ voluntate Fundatoris, ad Commendam ordine regulari primogenituræ 45
vocantis Primogenitos, ex eo, quod aliquando nepos Patruo morem gesserit, illumque Commendam consequi, permiserit, induci nequit observantia præscriptiva, quia, ut cuique compertum est, nepotes provido consilio Patruis beneficiâ fe- 46
nerantes, illis persæpè concedunt, deque suo Jure renuntiant tum obsequii gratiâ, tùm etiam, ut magis confirment certam spem, quam habent eorumdem hereditatis adipiscendæ; Ista autem ratio agendi non observantiæ, sed potiùs prudentis tolerantiæ, nemini præjudicialis, nomen meretur, *Menoch. cons.* 158. *ex num.* 80., *Altograd. cons.* 60. *num.* 9. *& seqq. lib.* 1.

Rursus, ut observantia officere posset nepotibus, præter dubietatem dispositionis, ostendere 47
oporteret, admissiones Patruorum effectum sortitas fuisse, nepotibus non reclamantibus, tametsi iidem scirent dispositionem Fundatoris Commendæ, *Rot. coram Coccin. decis.* 436. *num.* 9., optimè *Altograd. d. cons.* 60. *num.* 97. *& seqq.*, loquens in difficiliori casu, quo ageretur de expressa confessione, vel renunciatione vocati ad
primogenituram, quarum primam dicit non præ- 48
judicare confitenti in iis, quæ in jure consistunt, prout etiam non officere secundam, nisi doceatur, renunciantem habuisse specificam notitiam testamenti. 49

Et demum, tametsi hæc omnia concurrerent, nihilominùs hujusmodi observantia noceret qui- 50
dem Primogenitis, qui Patruos ad Commendam admitti, permiserunt, sed non obligaret Primogenitos postea natos, quia, cum independenter 51
ab Auctorum, seù Antecessorum suorum facto, ex propria vocatione asserant successionem in Commenda ordinata per modùm primogenituræ regularis, ut traditur *d. vot.* 92. *num.* 18. *apud Balducc. ad Ramon.*, & probavimus *in* §. *Parvique refert*, nullum proindè Patruis adquiri potuit Jus in præjudicium Primogenitorum, quibus nec 52
diuturni temporis lapsus, nec Antecessorum factum præjudicare potuit, ut benè animadvertit *Rot in una Bononien. Juris patronatus de Ghisleriis* 31. *Januarii* 1695. §. *Hinc in necessarium consequens coram Pio*; Contra enim nondum natos, ideòque agere non valentes nulla currere 53
potest præscriptio perimens Jura, ex propria persona eisdem competentia, Illa enim adeò imperscriptibilia sunt, ut neque etiam centenariâ 54
prescriptione amitti posse, tradiderint *Gratian. discept.* 577. *n.* 43. *& seqq.*, *latissimè Rocca disput. Jur. select. cap.* 7. *ex n.* 1., *Rot. decis.* 348. *nu.* 6. *cum plur. seqq. part.* 15., *& in d. Bononien. Juris patronatus de Ghisleriis* §. *Reliquum tantùm est*, *confirmata* 22. *Aprilis ejusdem Anni* §. *Nam vel tanti coram eodem Pio*, in quibus duorum seculorum observantia rejecta fuit.

Neque verò Patruus ex lapsu centenariæ elice- 55
re saltem poterit præsumptionem derogationis obtentæ à Principe, aut cujuslibet alterius necessarii tituli; Primò, quia, tametsi adesset centenaria, non idcircò in Jure officeret, ut latissimè probat *Rocca d. cap.* 7. *ex num.* 8., & rursus quia

verius

veriùs puto, in facto hujuſmodi centenariam probari non poſſe ; Nam ex eâ demendum eſt tempus, quo Fundator poſſedit Commendam hanc erectam Anno 1590., prout etiam demenda eſſent tempora, quibus ultimus poſſeſſor eam tenuit ; Licèt enim ignorem, an ille fuerit naturaliter, & civiliter Primogenitus, attamen id, quod ex arbore conſtare certò videtur, eſt, quod idem concurrere non poterat cum nepotibus melioris lineæ, quos nullos adfuiſſe, conſtat tempore, quo ipſe Commendam aſſecutus fuit, &
56 demum incredibile propèmodum mihi videtur, quod unius ferè ſeculi ſpatio contra apertum tenorem fundationis, & certam Juris diſpoſitionem Patruus ſemper nepotem excluſerit, quamobrem, poſthabità quacumque obſervantiâ, nepos tàm ex aperto fundationis tenore, quàm ex Juris diſpoſitione præferendus erit Patruo.

Denique pro decidenda hac Cauſa allegari nequit judicatum *Rotæ Florentinæ*, cujus *deciſio* impreſſa reperitur poſt *Manſ. conſult. 99.*, quia in illius hypotheſi non agebatur de Commenda
57 erecta ſecundùm leges primogenituræ regularis, qualis eſt noſtra, ſed Fundator conſtituendo majoratum, ad eum vocaverat ſeniorem de familia, ideòque illud Tribunal rectè judicavit, Patruum præferendum eſſe nepoti, ut declarando d. *deciſionem*, tradit *Altograd. jun. contr. 43. n. 5. & ſeq.*

Senen. Cappellaniæ.

Xenodochii præfectura perſonis laicis ex Fundatoris voluntate ab ejus heredibus, & ſucceſſoribus committenda, licèt deinceps ex legitimâ præſcriptione, Eccleſiaſtici Beneficii naturam adſumpſerit, & in Curiâ vacaverit, præſentato à Patronis adjudicanda eſt, non autem proviſo Apoſtolico, qui nec Juriſpatronatus laicalis, neque legis fundationis, quaſcumque Apoſtolicas reſervationes excludentis mentionem fecit. Quibus ex verbis Apoſtolicæ reſervationes, tùm etiam Conſuetudo derogandi Juri Patronorum ob vacationem in Curia à Fundatore excluſæ cenſeantur ? Ex quibus novus Beneficii ſtatus induci, vel immutari valeat ?

VOTUM VII.

1 *Juriſpatronatus probationem pleniſſimam facit inſtrumentum fundationis, ab Ordinario adprobatum*, & num. 78.

2 *Beneficii Eccleſiaſtici naturam excludit facultas nominandi perſonas laicas, atque etiam fœminas.*

3 *Beneficium Juriſpatronatus laicalis exemptum eſt à generalibus reſervationibus menſium, & ſimilibus.*

4 *Beneficium Juriſpatronatus laicalis ſubjacet conſuetudini derogandi juribus Patronorum ob vacationem in Curia*, & num. 27.

5 *Per promotionem ad Epiſcopatum vacant omnia Beneficia anteà obtenta.*

6 *Nec ſolùm in Curia, ſed etiam in Conſiſtorio Papæ vacare dicuntur.*

7 *Gratia retentionis Beneficiorum promotis ad Epiſcopatum concedi ſolet ſub titulo Commendæ, eàque lege, ut, illo defuncto, nullus alius, præter Rom. Pontificem, de iiſdem Beneficiis diſponere poſſit.*

8 *Decretum adponi ſolitum in ſimilibus gratiis, appoſitum fuiſſe præſumitur.*

9 *Rectoriæ novus ſtatus imprimi poteſt ſolâ quadragenariâ præſcriptione.*

10 *Beneficii reſignatio ſolemniter, & frequenti Populo publicanda eſt.*

11 *Et publicata, innotuiſſe præſumitur iis, quorum intereſt.*

12 *Beneficii reſignationem adprobaſſe cenſentur Patroni, qui eam longiſſimi temporis ſpatio non impugnarunt*, & num. 80.

13 *Ultimus Beneficii ſtatus reſultat ex conſenſu à Patronis præſtito reſignationi Rectoriæ tamquam de vero Eccleſiaſtico Beneficio.*

14 *Beneficio dumtaxat Eccleſiaſtico convenit modus providendi per renunciationem, & collationem Eccleſiæ, ſinè Curâ, & Hoſpitalis.*

15 *In Rectoriæ collatione attendendus eſt ſtatus, illi ex legitimâ præſcriptione impreſſus.*

16 *Immemorabilis præſcriptio præfert quemlibet novum titulum etiam novæ erectionis Rectoriæ in Beneficium Eccleſiaſticum.*

17 *Immemorabili præſcriptioni centenaria æquiparatur.*

18 *Ignorantiâ Patronorum allegari nequit adverſus immemorabilem, & centenariam præſcriptionem.*

19 *Immemorabili, & centenariæ præſcriptioni ea vis ineſt, ut actus ſemper legitimè geſtus præſumatur.*

20 *Nec impugnari queat ex defectu poteſtatis.*

21 *Gratiam Apoſtolicam obtinenti proderit ultimus ſtatus.*

22 *Beneficium adjudicandum eſt præſæſentato ab iis, penes quos reſidet juſpatronatus, ſive exercitium juris nominandi.*

23 *Pro excludendo proviſo Apoſtolico Patronis ſufficit dubiam reddere comprehenſionem Beneficii ſub prætensâ reſervatione.*

24 *Reſervatio tamquam fundamentum gratiæ, plenè probanda eſt.*

25 *Juſpatronatus laicale Apoſtolicis reſervationibus obnoxium non eſt.*

26 *Beneficium juriſpatronatus laicalis non ſubjacet Apoſtolicæ reſervationi ob vacationem in Curiâ.*

28 *Fundator eximere poteſt Beneficium ab Apoſtolica reſervatione ob vacationem in Curiâ*, & num. 34.

29 *In fundationis Beneficii limine adjici poſſunt conditiones etiam contrariæ diſpoſitioni juris communis*, & num 40.

30 *Dummodò turpes non ſint, aut impoſſibiles, aut contra ſubſtantiam Beneficii, & juriſpatronatus.*

31 *Conditiones Beneficii fundationi adjectæ, alterari deinceps non poſſunt, ſed religioſè ſervandæ ſunt*, & num. 39.

31 *Reſervationum Apoſtolicarum excluſio turpis non*

non est, nec substantiæ juris patronatus repugnat.

33 *Immò potiùs conformis est naturali statui Beneficiorum.*

35 *Ad fundationem piorum Operum sacri Canones fidelium animos alliciunt.*

36 *Beneficium nè subjaceat reservationi ob vacationem in Curiâ, sufficit, id aut expressè, aut tacitè ex verbis fundationis deduci,* & n. 41.

37 *Administratio Hospitalis, & alia pia Opera, Ecclesiastici Beneficii titulo destituta, non subjacent Apostolicis reservationibus, etiam vacationis in Curiâ.*

38 *Exclusionem reservationis Beneficii ob vacationem in Curiâ inducunt plures amplissimæ clausulæ, quibus Fundator expressit, plenum, & liberum exercitium juris nominandi semper ad heredes, & successores suos spectare, & aliter factam ordinationem irritam esse.*

42 *Pro eximendo Beneficio à quâcumque Apostolicâ reservatione, sufficit, ut ità Fundatorem voluisse, constet.*

43 *Etiamsi agatur de reservatione clausa in corpore juris.*

44 *Adversùs Apostolicas reservationes, tamquam in jure odiosas, interpretatio facienda est.*

45 *A piorum Operum fundatione fideles retrahendi non sunt metu reservationum Apostolicarum.*

46 *Bonifacius VIII. Auctor Sexti Decretal. Summus Pontifex creatus est 9. Kal. Jan.* 1294.

47 *Beneficium qui fundavit ante inductas Apostolicas reservationes, cogitare non potuit de illis excludendis.*

48 *Voluntas ad incognita numquam fertur.*

49 *Clemens IV profitetur, antiquam consuetudinem reservantem Beneficia vacantia in Curiâ in legem scriptam redigere.*

50 *Reservationum Apostolicarum exclusio, quibus ex verbis inducatur?* & num. 62.

51 *Reservationes Apostolicas excludendi voluntas quoties perspicua est, nihil refert, fundationem Beneficii præcessisse, vel subsecutam fuisse usum earumdem reservationum.*

52 *Beneficia contra expressam Fundatorum voluntatem sub Apostolicis reservationibus comprehendere voluisse, Papa non præsumitur.*

53 *Summi Pontificis potestas in Beneficialibus amplissima est.*

54 *Summus Pontifex conferre potest Beneficia juris patronatus laicalis, invitis Patronis.*

55 *Juris patronatus laicalis mentio facienda est, etiam ab impetrante Beneficium tamquam vacans in Curiâ.*

56 *Juris patronatus laicalis derogatio necessaria est in impetratione Beneficii tamquam vacantis in Curiâ.*

57 *Aliter gratia ob subreptionis vitium irrita redditur, etiam concessa motu proprio.*

58 *Impetrans Beneficium tamquam vacans in Curiâ, exprimere tenetur legem fundationis excludentis quascumque reservationes.*

59 *Juri Patronorum Papa vel numquam, vel difficiliùs derogare solet, quando expressè voluntas Fundatoris resistit.*

60 *Gratiam subreptitiam reddit reticentia ejus, quo exposito, denegata, vel difficiliùs concessa fuisset.*

61 *Gratia subreptitia executioni demandari nequit.*

63 *Jus patronatus per transitum ad personas Ecclesiasticas fit Ecclesiasticum.*

64 *Ideòque subjacet Apostolicis reservationibus.*

65 *Non tamen derogat exemptioni reservationum, ex primævâ fundatione Beneficio quæsitæ.*

66 *Observantia restringitur ad casus, & actus, ex quibus efformatur.*

67 *Observantia ex Beneficii collationibus desumpta, spectanda est ad normam status, quem constituebant tales collationes.*

68 *Observantia contra legem fundationis, eximentem Beneficium ab Apostolicis reservationibus, non juvat, nisi probetur, à Papâ illud, uti reservatum, conferri consuevisse.*

69 *Resignatio, & provisio Beneficii, nullâ factâ juris patronatus laicalis mentione, non valet.*

70 *Ad statum Beneficii efformandum inepta est resignatio, & provisio, subreptionis vitio infecta,* & num. 81.

71 *Provisiones Apostolicæ non immutant statum Beneficii, neque Patrono præjudicant.*

72 *Provisio Apostolica ex causâ resignationis Beneficii statum non immutat.*

73 *Manualis Beneficii status Apostolicâ provisione non mutatur.*

74 *Beneficii statum Papa alterare voluisse, non præsumitur.*

75 *Præsertim, quando ex fundationis instrumento constat de statu contrario.*

76 *Provisiones Apostolicæ, quoties clarum est fundationis instrumentum, adferri non possunt etiam pro interpretanda, aut declaranda qualitate Beneficii.*

77 *Nisi appareat voluntas Pontificis alterandi antiquum statum.*

79 *Veritati publici fundationis instrumenti præsumptiones cedere debent.*

82 *Beneficii statum efformare non valet neque resignatio, vitio subreptionis infecta, neque Patronorum consensus ei præstitus.*

83 *Manualitatis statum non mutat consevsus à Patrono præstitus resignationi Rectoriæ, tamquam simplicis Beneficii.*

84 *Cappellaniæ etiam manuales Beneficia nuncupantur.*

85 *Sed an propriè Beneficia sint, disputant Doctores.*

86 *Conjectura elicita ex simplicibus enunciativis, neque semiplenam probationem constituunt.*

87 *Manualis Beneficii status quoties ex fundationis instrumento apparet, à Patronis immutari non potest.*

88 *Beneficii statum in ejus erectione constabilitum, Patroni mutare nequeunt.*

89 *Etiamsi id expressè agere velle profiteantur.*

90 *Et accedat consensus Episcopi.*

91 *Soli Summo Pontifici reservatum est Beneficii*

ſtatum, in ejus erectione conſtabilitum immutare.

92 *Patronis per enunciativas Beneficiorum ſtatum immutare non licet*, & num. 98.

93 *Probatio deprompta ex ſimplici enunciativâ, eſt ex ſuo genere inperfectiſſima.*

94 *Ad Beneficii novum ſtatum efformandum requiritur probatio undequaque concludens.*

95 *Beneficii ſtatus ex collatione, quæ liti cauſam dedit, induci non poteſt.*

96 *Ad Beneficii ſtatum efformandum requiritur pacifica proviſi poſſeſſio.*

97 *Appellatio, non obſtante quocumque temporis lapſu, præſervat Patronorum jura.*

99 *Vis ſententiæ inſtitutionis Beneficii per appellationem ſuſpenditur.*

100 *Reipublicæ Senenſis liber ſtatus everſus fuit medio ſeculo ſextodecimo.*

101 *Proviſio Beneficii ab Epiſcopo facta tempore, quo Proceres Civitatis Patroni vexabantur publicis belli calamitatibus, novum ſtatum non inducit.*

102 *Sicuti, neque proviſio Beneficii effectum non ſortita.*

103 *Ultimum Beneficii ſtatum metiri non poſſumus ex proviſione, 150. annorum metam excedente.*

104 *Ultimus Beneficii ſtatus re adhuc integrâ, quoties exhibeatur publicum fundationis inſtrumentum, non attenditur.*

105 *Beneficii ſtatus talis præſumitur, qualis reperitur in ultimis vacationibus.*

106 *Præſumptio, quod Beneficii ſtatus talis ſit, qualis reperitur in ultimis vacationibus, cedere debet veritati.*

107 *Patronus, ſi re integrâ docere non poſſet de jure claro contra ultimum ſtatum, reparabilem jacturam faceret fructus juriſpatronatus.*

108 *Adverſus ultimum Beneficii ſtatum opponi nequit fundationis inſtrumentum, quoties res non ſit integra, & Patronus non ſit in cauſâ.*

109 *Ex proviſionibus non omninò claris, & aliquam exceptionem patientibus, nec centenaria, nec quævis alia præſcriptio elici poteſt.*

110 *Facultas amovendi Rectorem non amittitur per non uſum à Patronis, niſi illi ſuo jure uti volentes, prohibiti fuerint.*

111 *Beneficium manuale eſſe, & conferri debere Clericis, non repugnat.*

112 *Inſtitutio reſervata Epiſcopo, intelligenda eſt ſecundùm ſubjectam materiam, ità ut contineat quemcumque modum providendi.*

TAURELLUS Baculerius Notarius Senenſis, anno 1294. in quadam ſua domo, conſtructa in ſolo ſuo, fundavit pium Opus, inſtitutum pro Pauperibus excipiendis, quod, Hoſpitale Sanctæ Crucis, ſive S. Sepulchri nuncupavit, eidemque præeſſe voluit Rectorem, reſervato patronatu, ſive jure illum nominandi pro ſe, ſuiſque poſteris, & heredibus cum plenariâ, atque omnimodâ poteſtate de dicto jure diſponendi, voluitque, eumdem Rectorem nedum removeri poſſe arbitrio, & nutu ſuorum heredum, verùm prætereà diſpoſuit, quod perpetuis futuris temporibus nullo umquam colore, heredes, & ſucceſſores ſui impediri poſſent uſu dicti Juriſpatronatus, ideòque ſtatuit, quod Rector nominandus, eſſe deberet laicus, idemque poſſet, per quem, ſeù quos vellet, Miſſam, & Divina Officia celebrare, & hanc legem ab ipſo ſancitam facto, & exemplo ſuo in fundationis limine confirmavit; ſibi enim, quoad viveret, dictam Rectoriam reſervavit, conſentiente, omniaque approbante Renaldo, Senarum Epiſcopo, acceptante etiam legem liberè confirmandi Rectorem, ab illius heredibus, & Juriſpatronatus poſſeſſoribus poſtulatum, nominatum, poſitum, vel electum.

Defuncto Petro filio Taurelli, ceteriſque ſublatis Deſcendentibus maſculis, dictum Juſpatronatus devenit ad Alducciam, & Minocciam Sorores de Malavoltis, ac Fundatoris proneptes, quæ pro ſuo libito conſtituerunt, atque deputarunt dicti Hoſpitalis Rectores, ut conſtat ex ſeptem præſentationibus, incipientibus ab anno 1369., & deſinentibus in annum 1395., in quarum ultimâ nominarunt Arrigum pannorum tinctorem, & Biagiam, illius uxorem.

Alduccia, morti proxima, anno 1390., dicti Juriſpatronatus portionem, ad ipſam ſpectantem, reliquit alteri Hoſpitali Sanctæ Mariæ de Scala ejuſdem Civitatis Senenſis, ſororiſque exemplum ſecuta Minoccia, anno 1397. reliquam vocem donavit eidem Hoſpitali, reſervato ſibi, quoad viveret, Jure nominandi Rectorem, quo Jure uſa reperitur anno 1399., nominando Chriſtophorum Gari, Notarium Senenſem.

Mortuâ denique etiam Minocciâ, totum Juſpatronatus conſolidatum fuit in dicto Hoſpitali Sanctæ Mariæ de Scala, cujus Deputati uſi fuerunt Jure deputandi, atque nominandi Rectorem, & licèt ob plures rerum viciſſitudines, quas plurium ſeculorum decurſus, & mutatio ipſa ſtatus Civitatis, & Reipublicæ Senenſis ſecum tulit, alterata aliquando, atque immutata videri potuerit illius forma, ſive Rectoriæ ſtatus, nihilominùs in dubium venire nequit, quin Jus nominandi Rectores incolume ſemper remanſerit apud dictos Deputatos, qui, cum Jure ſuo uti vellent occaſione vacationis, nuper ſecutæ per obitum Reverendiſſimi Sebaſtiani Periſſi, olim Nucerini, & deindè Groſſetani Epiſcopi, præſentarunt Dominum Fabium Marium Marionum, qui inſtitutionem petiit ab Ordinario Senen., ſed illâ ab eo denegatâ, verente forſan, dictam Rectoriam, uti vacantem per obitum præfati Epiſcopi, cadere ſub cenſurâ Apoſtolicarum reſervationum, Dominus Marionus. præmiſſis tribus interpolatis inſtantiis, provocavit ab illius denegatione, adiitque Signaturam.

Verumtamen, cum interim inſurrexiſſet D. Antonius Maria Franciſchinus, qui à Datariâ obtinuerat gratiam Apoſtolicam tamquam de reſer-

reſervato, vigore ſpecialis commiſſionis delegata fuit R. P. D. Aldrovando Cauſa tàm appellationis ab inſtitutione, D. Mariono denegatâ, quàm etiam executionis Literarum Apoſtolicarum, à D. Franciſchino obtentarum; & re acriter coram eo diſcuſsâ, prodiit ſententia declarans, illas eſſe exequendas; A qua licèt tàm D. Marionus, quàm DD. Deputati appellationem interpoſuerint, nihilominùs, antequam novam Judicii aleam ſubeant, placuit eiſdem, à me exquirere, ut Judicium, ſententiamque meam hac de re dicere velim, exemplo Dom. Franciſchini, qui longè ſapientiorem, doctioremque virum, D. nempè meum Advocatum Sacripantem conſuluit; Hic autem cum in ſuo Reſponſo, pro veritate edito, cenſeat, potiora eſſe jura D. Franciſchini, D. Marionus illud mihi communicavit, atque examinanda propoſuit dicti Reſponſi fundamenta.

Muneri itaque, quod mihi demandatum fuit, manum admovendo, ſummoperè urgere videbantur rationes, & fundamenta à præfato Domino luculenter deducta; Nam, licèt quæſtio nulla ſit, aut eſſe poſſit de exiſtentiâ Juriſpatronatus, cum illa perſpicuè reſultet ex Inſtrumento fundationis acceptato, atque approbato ab
1 Ordinario Senen., ex quo omnium ſupereminentem probationem in ſubjectâ materiâ reſultare, docuerunt *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloſſ.* 18. *num.* 34., *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 27., *Barboſ. ad Concil. cap.* 9. *num.* 1. *ſeſſ.* 25. *de reformat.*, *& de offic.*, *& poteſtat. Epiſcop. allegat.* 72. *num.* 21., *&* 22., *D. Advocatus Pitonius diſcept. Eccleſ.* 19. *num.* 2. *diſcept.* 22. *num.* 44., *Rota deciſ.* 68. *numer.* 1. *part.* 10., *deciſ.* 220. *part.* 11., *& deciſ.* 148. *utrobique num.* 4. *part.* 12. *rec.*

Prout etiam, licèt ex eodem Inſtrumento evidens, & apertum fieri videatur, Juſpatronatus, reſervatum favore Fundatoris, ejuſque heredum, & ſucceſſorum, & quorumcumque, qui ab eis ullo umquam tempore cauſam habituri eſſent, nedum eſſe laicale, verùm etiam idem reſervatum fuiſſe ſuper mero Opere pio,
2 quod nec re, nec nomine Beneficiis Eccleſiaſticis adnumerari poterat, cum ad illud nedum perſonæ laicæ, verùm etiam fœminæ nominatæ, ac præſentatæ fuerint, ut luculenter probatum fuit in informationibus D. mei Advocati Celli, diſtributis coram A.C. Aldrovando, adeò ut qualitas laicalis dicti pii Operis carentis omni notâ, & ſigno Beneficii Eccleſiaſtici, utpotè non dubia, agnita etiam fuerit à D. Advocato Sacripante, qui admiſit, id verum eſſe, inſpectâ primævâ origine dictæ Rectoriæ, ſeù Cappellaniæ.

Verùmtamen idem cenſens, tot ſeculorum decurſu antiquam mutaſſe naturam, ait, dictam Rectoriam effectam eſſe Beneficium de Jurepa-
3 tronatus laicali, quod quidem non negat, exemptum eſſe à generalibus reſervationibus, ratione menſium, vel aliâ ſimili de cauſsâ inductis, ſed
4 obnoxium remanere, inquit, reſervationi, ſeù veriùs conſuetudini derogandi Juribus Patronorum ob vacationem in Curiâ; quotidiè enim Papam, derogando Juripatronatus, etiam laicali, hujuſmodi Beneficia liberè conferre ſolere, firmat auctoritate *Staphilei de liter. grat.*, *& Inſtitut. titul. de mod.*, *& form. providen. numer.* 10., *Mandoſ. de ſignatur. grat. in verbo derogationes Juriſpatronatus*, *Pariſ. de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 44., *& ſeqq.*, *Covaruv. practicab. quæſt. quæſt.* 36. *num.* 4., *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 98., *Cardin. de Luc. de Jurepat. diſc.* 65. *num.* 39., *Rota deciſ.* 132. *num.* 19. *eodem tract.*

Utramque verò aſſumpti partem, vacationem nempè in Curiâ, & mutationem hujus Rectoriæ de mero Opere pio, vel officio merè laicali conſiſtente in adminiſtratione Hoſpitalis, mutatæ in verum Beneficium collativum in titulum, pluribus probare conatur; Nam, quod attinet ad vacationem in Curia, illam reſultare, ait, tum ex promotione bon. mem. Reverendiſſimi Periſſi ad Epiſcopatum, ex qua, indubium eſt, 5
reſultare vacationem omnium Beneficiorum, à Promoto antea poſſeſſorum, quæ non ſolùm in 6
Curiâ, ſed in ipſo Conſiſtorio Papæ vacare dicuntur, juxta regulam primam Cancellariæ, de qua *Mandoſ. in comment. ad eamdem quæſt.* 15. *num.* 5., *Gonzal. ad regul.* 8., *Gloſſ.* 11. *numer.* 35., *Rota coram Card. Celſo deciſ.* 179. *num.* 3., *coram Alexandro VIII. deciſ.* 197. *num.* 20., *in Salisburgen. Canonicatus coram Rondinino impreſſ. apud Novar. deciſ.* 14. *num.* 5., *repetit. in recent. deciſ.* 385. *numer.* 3., *& ſeqq.*, *confirmata deciſ.* 518. *num.* 1. *part.* 19. *in Cracovien. Archidiaconatus de Zavicoſt.* 2. *Junii* 1704. *§. Juſtificatio autem cor. Caprara.*

Tum etiam magis ſpecialiter provenire dicit ex Decreto, apponi ſolito in gratiâ retentionis Beneficiorum, concedi ſolitâ promotis ad Epiſ- 7
copatum, quod videlicet illa duret ſub titulo Commendæ, donec Epiſcopus vivat, illoque defuncto, de iiſdem Beneficiis nullus alius, præter Romanum Pontificem, diſponere poſſit, de quo Decreto, ejuſque viribus agunt *Simonet. de reſervat. quæſt.* 27. *num.* 23., *& ſeqq.*, *Card. de Luca de Benefic. diſc.* 104. *num.* 5., *diſc.* 109. *ſub num.* 3. *verſ. ex tunc vacatio*, *Rota coram Coccino deciſ.* 1488. *num.* 5., *coram Card. Cerro deciſ.* 951. *num.* 3., *in rec. deciſ.* 200. *pariter num.* 3., *& deciſ.* 247. *numer.* 1. *part.* 16., *in Salisburgen. Præpoſituræ* 7. *Junii* 1621. *coram Veroſpio, impreſſ. penes Capon. diſcept. forenſ.* 10. *fol.* 61., *& in Lauden. Vicariæ* 29. *Martii* 1694. *§. Reſervatio autem coram Caprara, in Cracovien. Archidiaconatus mox citata §. Sive etiam coram eodem*, quod quidem Decretum, tamquam inſeri 8
ſolitum omnibus ſimilibus gratiis, in dubium venire nequit, quin adjectum fuerit illi conceſſæ bon. mem. Periſſio.

Quod verò attinet ad mutationem ſtatus Rectoriæ, dicebatur, illius qualitatem, & naturam metiendam ampliùs non eſſe ex origine ejuſdem, ſed inſpiciendum eſſe præſentem, & no-

vum ejus ſtatum, juxta quem eâdem novâ inductâ formâ in Beneficium Eccleſiaſticum, & collativum, legitimâ præſcriptione tranſmutata videtur.

Qui ſanè novus ſtatus, primævâ Rectoriæ natu-
9 râ penitùs immutatâ, licèt illi imprimi potuiſſet ſolâ quadragenariâ preſcriptione, per *text. in cap. cum de Beneficio 5., ibique Gloſſ. in verb. legitima de Præben. in 6., Barboſ. in cap. conſultationibus num. 7. de Jurepatr., Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 55. num. 67., & ſeqq., Adden. ad Gregor. deciſ. 77. num. 12. verſ. prædictis eſt conformis, Cardin. de Luca de Benefic. diſc. 14. nu. 14., & diſc. 27. numer. 18., Roſa de execut. iter. Apoſtolic. part. 1. cap. 6. num. 108., & ſeqq., Adden. ad Pamphil. deciſ. 539. verſ. limitatur quando, Rota coram Buratto deciſ. 636. num. 1., ibique Adden. in Barchinonen. Parochialis del Prat. 2. Decembris 1695. §. Expediti ab inſpectionibus coram Urſino, in Cracovien. Archidiaconatus 19. Aprilis §. Prout, & 26. Junii 1697. §. Tum quia coram Reverendiſſimo Molines Decano*, in caſu noſtro induci videbatur immemorabilis, ſeù centenaria, & pluſquam centenaria obſervantia, elicita ex proviſionibus, atque collationibus præcedentibus.

Anno enim 1655. bon. mem. Epiſcopus Periſſius proviſus fuit de Rectoriâ, tamquam de Beneficio collativo, ut patet ex Literis Apoſtolicis, illius favore expeditis, ſub illis verbis = *Cum itaque poſtmodum perpetuum ſimplex Beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione S. Crucis vacaverit &c., Nos Tibi Beneficium prædictum Apoſtolicâ auctoritate conferimus.* =

Nec officit, immò verò aſſumptum potiùs confirmat, quod dicta proviſio emanaverit vi-
10 gore reſignationis à Baldo factæ Periſſio, quia, cum eadem, ad normam Gregorianæ conſtitutionis, ſolemniter, & frequenti Populo publicata fuerit, præſumitur juxta finem volitum à Legislatore, dictam reſignationem, utpotè no-
11 toriam effectam, innotuiſſe etiam DD. Deputatis S. Mariæ ad Scalam, qui ſi ſpatio longiſſimi temporis poſtea elapſi dictam reſignationem
12 non impugnarunt, illam approbaſſe cenſentur, ut ratiocinatur *Rota in Mediolanen. Prioratus 11. Decemb. 1699. §. 10. cor. Rmo Molines Decano, confirmata 25. Junii 1700. §. In jure, & §. Supereſt cor. Anſaldo.*

Exuberaret præſumpta iſta approbatio dicti ſtatus; At illi ſuperadditur expreſſa ejuſdem agnitio facta à DD. Deputatis, qui requiſiti pro conſenſu præſtando dictæ renunciationi, convocatâ Congregatione, ità deliberarunt = *Fatta propoſta dal Signor Rettore, che il Rev. D. Bartolomeo Baldi intende renunciare a favore del Rev. Baſtiano Periſſi il Beneficio ſemplice ſotto il titolo di Santa Croce, ò Spedale di Torello, del quale hà il Juſpatronato queſto Spedale con Penſione di Scudi dieciotto d' oro &c., è che perciò ne faceva iſtanza al Capitolo per il conſenſo; Onde avuto diſcorſo &c., deliberorno, che il detto Rettore abbia facoltà di conſentire a tal rinuncia &c.* = Quem conſenſum reverâ ille præſtitit. Hoc autem conſenſu præſtito Reſignationi, in qua controverſa Rectoria denominabatur Beneficium collativum in titulum, negari nequit, quin reſultet ultimus ſtatus afficiens Deputatos, atque Hoſpitale S. Mariæ Scalarum, ex regula *Textus in cap. 21. de regul. jur. in 6.*, quam in noſtris terminis ſequitur *Rota deciſ. 336. num. 22. part. 5., coram Priolo deciſ. 115. numer. 32., in dicta Mediolanen. Prioratus §. 9. coram Reverendiſſimo Decano, & §. Quid plus coram Anſaldo.* 13

Statui conſtabilito in hujuſmodi proviſione Rectoriæ, tamquam de Beneficio collativo, factâ auctoritate Apoſtolicâ, conſonat præcedens ſtatus deſumptus à vacatione anni 1625., in qua eadem ab Ordinario collata fuit Bartholomæo Baldo uti ſimplex Beneficium liberæ collationis, quam collationem impugnavit quidem Congregatio Deputatorum, utpotè factam tamquam de libero Beneficio, ſubſtinens, obnoxiam eſſe Juripatronatus ipſius favore reſervato, ſed agnovit, quod eſſet ſimplex Beneficium, ſolitum conferri in titulum, ideòque quæſtio, quæ occaſione dictæ collationis agitata fuit inter Ordinarium, & Congregationem Deputatorum, non verſabatur amplius ſuper qualitate Rectoriæ, an ſcilicet cenſenda eſſet merum Opus pium profanum, minimè conferri ſolitum in titulum, ſed ſolummodò diſceptabatur de libertate Beneficii, quæ canonizata fuit Decreto Vicarii Generalis, fundato in aliis ſimilibus collationibus ejuſdem Beneficii, factis uti de libero.

Denique, memoriâ repetendo alias antiquio res Rectoriæ proviſiones, occurrere dicebatur illa ſecuta anno 1554., in qua licèt non legatur expreſſus titulus Beneficii Eccleſiaſtici, nihilominùs ille implicitè reſultare dicebatur ex renunciatione, & collatione Eccleſiæ ſinè Cura, & Hoſpitalis, qui providendi modus, tamquam 14
conveniens Beneficio Eccleſiaſtico, repugnabat ſimplici Rectoriæ, ſive Operi merè laicali, conſiſtenti in mera adminiſtratione, per ea, quæ tradit *Abbas conſ. 47. num. 1. lib. 2., Sarnen. in regul. de annal. quæſt. 20., Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 6. ſub num. 34., & ſeqq., Rota deciſ. 254. ſub num. 3. verſ. excluſa autem collatione part. 2. rec.*

Plura his adijci poſſe dicebantur, apertè confirmantia, Rectoriam, de qua agitur, primævâ mutatâ naturâ, effectam fuiſſe verum Beneficium Eccleſiaſticum, ideòque in dubium ampliùs venire non poſſe, in hodiernâ illius collatione attendendum eſſe ſtatum, illi impreſſum legitimâ 15
præſcriptione, abſque eo quod recurri ampliùs poſſit ad primævum ſtatum deſumptum ex Inſtrumento fundationis, & erectionis dictæ Rectoriæ, quia ad illum penitùs intervertendum, in caſu noſtro concurrebat nedum quadragenaria, ſed centenaria, atque immemorabilis præ-
ſcriptio, cujus virtute allegari poterat quilibet 16
novus titulus, novæ videlicet erectionis Rectoriæ in Beneficium Eccleſiaſticum, factæ auctoritate

tate Apostolicâ, & de consensu Patronorum; Hanc enim vim inesse immemorabili, tradiderunt *Gabriel. de præscript. concluſ.* 1. *numer.* 44., *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. Gloſſ.* 18. *num.* 45., *& Gloſſ.* 33. *num.* 4., *Rota coram Verallo deciſ.* 376. *part.* 2., *coram Buratto deciſ.* 673. *numer.* 5., *coram Card. Celſo deciſ.* 32. *num.* 6., *coram Emerix. jun. deciſ.* 33. *num.* 2., *deciſ.* 498. *num.* 3., *in recent. deciſ.* 614. *num.* 1. *part.* 2., *& deciſ.* 115. *num.* 7. *part.* 14.; Immemorabili verò æquipa-
17 rari centenariam, statuitur *in cap. Cum in Tua* 30. *de Decim.*, *& in leg. ſi quis diuturno ff. ſi ſervitus vindicetur*, *Rota deciſ.* 150. *nu.* 4., *& 5. part.* 5., *deciſ.* 574. *num.* 10. *part.* 18.

Nec dictæ immemorabilis, seù centenariæ præscriptionis vis impugnari poterat prætextu ignorantiæ Patronorum, aut defectus potestatis immutandi naturam, & statum Beneficiorum, ab eorum Fundatoribus constitutum, quâ tàm Patrui, quàm Episcopi carere dicuntur; quia, quod attinet ad scientiam Patronorum, hæc clarè elicitur ex duabus postremis collatio-
18 nibus, & prætereà eadem allegari nequit adversus immemorabilem, & centenariam præscriptionem, *Roland. conſ.* 59. *num.* 16. 18., *& per tot. lib.* 4., *Theſaur. quæſt. forenſ. cap.* 40. *num.* 10., *& ſeq. lib.* 4., *Caſtill. contr. jur. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 1., *Manſ. conſult.* 391. *numer.* 32., *& ſeqq.*, *latè Rota in Romana augumenti dotis*, *& legatorum* 4. *Martii* 1695. *§. Sed cum centenaria coram meo Priolo*; Prout etiam ea vis inest hu-
19 jusmodi præscriptionibus, ut actus semper legitimè gestus præsumatur, ideòque impugnari
20 nequeat ex defectu potestatis, *Rota deciſ.* 254. *nu.* 10. *part.* 3. *diverſ.*, *in rec. deciſ.* 312. *num.* 4. *part.* 1., *ac deciſ.* 218. *nu.* 51. *part.* 6., *deciſ.* 647. *num.* 6., *&* 7. *part.* 18., *in Barchinonen. hebdomadariæ majoris de Palau Tordera* 1. *Junii* 1696. *§. His autem præpoſitis*, *confirmata* 22. *Marti* 1696. *§. Ex dicta cor. Urſino*.

Quæ sanè omnia certè exuberare videbantur pro imprimendo novo statu controversæ Rectoriæ, vel saltem satis certè erant pro firmando ultimo statu, in hujusmodi controversiis attendendo, juxta exadverso firmata.

Libuit lato calamo referre omnia fundamenta deducta in dicto Responso pro constituendâ naturâ, & firmando statu hujus Rectoriæ; quia tota hodiernæ quæstionis resolutio ab eo dependere videtur: nam, si ob rationes, uberrimè expensas à D. meo Advocato Sacripante, adeò primæva natura, & status Rectoriæ immutatus fuerit, ut non solùm adnumeranda sit Beneficio Ecclesiastico, verùm præterea Juspatronatus laicale, super eâ reservatum, effectum fuerit obnoxium reservationibus Apostolicis, gratia, obtenta à Dom. Francischino, sustinenda certè erit; Eidem enim suffragabitur novus iste Rectoriæ status, legitimè præscriptus, vel saltem
21 proderit ultimus illius status; Contra verò, si Rectoriæ status nullo pacto alteratus reperiatur, vel, si aliquam passa fuit mutationem; nihilominùs Juspatronatus, super eâ competens, remansit immune à reservationibus Apostolicis, eadem adjudicanda erit D. Mariono, utpotè præsentato à DD. Deputatis, penes quos residet 22
Juspatronatus, sive exercitium Juris ad illam nominandi, *Rota in Lucana Beneficii* 7. *Maii*, *& 5. Julii* 1694. *utrobique §. final. coram Reverendiſſimo Molines Decano*, *in Melevitana Juriſpatronatus* 5. *Junii* 1697. *§. Cum enim coram eodem*; Ipsis enim, pro excludendo proviso Apostolico, impediendâque executione gratiæ inni- 23
xæ reservationi, sufficit quoquo modo dubiam reddere comprehensionem Beneficii sub prætensa reservatione, *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. §.* 7. *prohem. num.* 216., *Rota coram Cavaler. deciſ.* 597. *num.* 2., *coram Dunoz. jun. deciſ.* 769. *num.* 3. *verſ. Quæ omnia*, *in rec. deciſ.* 327. *numer.* 2. *part.* 15., *in Parmen. Juriſpatronatus coram Scotto*, *impreſſ. ad D. Advocat. Pitonium diſcept.* 25. *num.* 40.; Subdens rationem, desumptam ex
eo, quod reservatio, tamquam fundamentum 24
gratiæ, sit concludenter justificanda, & firmavit *Garz. de Benefic. part.* 6. *cap.* 3. *numer.* 10. *& ſeqq.*

Quamobrem assumendo examen rationum, quibus in Responso edito favore D. Francischini probari contenditur, Rectoriam hanc de mero Opere pio laicali, & profano manualiter arbitrio Patronorum conferri solito, transmutatam fuisse in Beneficium Ecclesiasticum, licèt eædem primo aspectu maximi momenti esse videantur, nihilominùs assumptum istud vel concludenter non probant, vel saltem non evincunt, quod nova forma vigore subsecutæ observantiæ impressa Rectoriæ, illam subjectam quoque reddiderit reservationibus Apostolicis, quod satis esset D. Mariano ad effectum consequendi adjudicationem, sive institutionem.

Et quidem Rectoriam, non attentâ accidentali aliquâ ipsius mutatione, remansisse, & hodie dum remanere exemptam à reservationibus Apostolicis, perspicuum fit ex eo, quod eadem 25
sit de Jurepatronatu laicali, quod reservationibus obnoxium non est, *Garz. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 571., *Gonzal. ad regul.* 8. *Gloſſ.* 9. *§.* 1. *num.* 68., *Card. de Luca de Beneficiis diſc.* 12. *ſub num.* 8., *& diſc.* 33. *num.* 4., *Rota coram Emerix. deciſ.* 369. *num.* 5., *in Vergellen. Plebaniæ* 6. *Martii* 1690. *§. Quæ certius coram Reverendiſſimo d' Hervault Archiepiſcopo Turonen.*, *in dicta Parmen. Juriſpatronatus coram Scotto*, *impreſſ. apud D. Advocatum Pitonium diſcept.* 25. *num.* 4., *confirmata* 16. *Januarii* 1702. *§. Siquidem pro totali cor. Anſaldo*, *&* 27. *Junii* 1703. *§. Quod enim attinet cum ſeq. coram Reverendiſſimo Molines Decano*, etiamsi agatur de omnium majore reservatione, de qua in celebri Decre- 26
tali Clementis IV., à Bonifacio VIII. inserta corpori juris, atque relata *in cap.* 2. *de Præben. in* 6., in qua Summus Pontifex, redigendo in legem scriptam antiquam consuetudinem, juxta quam Summi Pontifices Beneficia omnia, in Romanâ Curiâ vacantia, conferre consueverant;

rant ; haud tamen derogavit Juribus Patronorum laicorum, ut docuit *Gloss. in dicto cap. 2. verbo Collatio*, *Card. de Luca de Jurepatr. disc. 65. num.24.*

Nec est cur objiciatur notorius, & inconcussus
27 stylus Datariæ conferendi istiusmodi Beneficia vacantia in Romanâ Curiâ, quoties agitur de jurepatronatu laicali privatorum Patronorum, quorum juribus Summus Pontifex passim derogare solet, de quo stylo testatur *Card. de Luca de jurepatr. disc.74. num.5. supplem. part.4.*, aliique allegati in objecto, quia, tametsi verus sit hujusmodi stylus, & quotidianà praxi reci-
28 piatur, nihilominùs verum etiam est, Patronos posse Beneficia, ab ipsis fundata, eximere ab ista speciali, ceterisque magis privilegiata reservatione ; Possunt namque in limine fundationis
29 apponere quascumque conditiones, etiamsi adversentur dispositioni juris communis, dum-
30 modò tamen turpes non sint, aut naturà impossibiles, vel, uti contra substantiam jurispatronatus, & Beneficii, penitus non improbentur, *cap. Præterea il 2. de jurepatr.*, *Rota coram Buratto decis.21. num.2.*, *& 3.*, *coram Roxas decis.274. num.4.*, *& 5.*, *decis.294. nu.19.*, *& 20.*, pleniss imè in *una Romana jurispatronatus coram Sacrato apud Vivian. part.1. lib.4. cap.3. num.56.*,
31 eædemque religiosè servandæ sunt, nullo que pacto alterari deinceps possunt, *Canon. decernimus caus.16. quæst.7.*, *& cap. Illud in fine, ubi Glossa, & Doctores de jurepatr.*, *Soccin. cons.1. num.4. lib.3.*, *Lambertin. de jurepatr. lib.1. part.1. quæst. 9. art.1. num.109.*, *Didac. Perez. in ordin. reg. lib.1. tit.6. pag.147. col.1.*, *Card. de Luc. de jurepatr. disc.65. num.40.*, *Rota decis.442. num.2. part.3. diversi.*, *Vivian. de jurepatr. part.1. lib.3. cap.8. num.8.*, *& in fine Rot. decis.157. num.8. part.7. rec.* ; Cum autem de jure turpe non sit,
32 nec substantiæ jurispatronatus repugnet, quod eximatur à reservationibus, immò verò condi-
33 tio illarum exclusiva conformis potiùs sit naturali statui Beneficiorum, *Rota in Parmen. Beneficii 27. Junii 1703. §. Quoniam sivè coram Molines Decano*, nihil proponitur, cur Patro-
34 nus in limine fundationis Beneficium eximere nequeat à majori illà reservatione, clausâ in corpore juris, atque inductâ ob vacationem in Curiâ, *Card. de Luca de Benefic. disc.6. ante numerum 10. vers. Quo verò*, *& de jurepatr. disc. 65. num.24.*, *Rota coram Royas decis.294. nu.1. 18.*, *& 19.*, *decis.372. num.4. part.17.*, *decis. 159. num.2. part.18.*, *Rota in Romana Clericatus, seù Beneficiatus S. Laurentii in Damaso coram Molines Decano, impress. apud Antonell. de jurib.*, *& onerib. Cleric. decis.44. nu.13.*, *D. Advocatus Pitonius discept.25. num.7.*

Sacri enim Canones noluerunt Fidelium ani-
35 mos abducere à piis operibus, sed, relaxato juris rigore, eosdem alliciendos esse, censuevetunt, indulgendo, ut Beneficiis, fundatis ex pecuniis, & Bonis propriis, hujusmodi conditionem adponere possent, *Card. de Luca de jurepatr. disc.20. num.15.*, *disc.65. num.40.*, *disc. 68. num.9.*, *& 10.*, *disc.93. sub num.8.*, *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.34. num.17.*, *Vivian. de jurepatr. lib.4. cap.9. sub num.56.*, *D. Advocatus Pitonius d. discept.25. num.9.*, *in Tiraso nen. Prioratus 19. Novembris 1691. coram Decano impress. post d. discept. num.35.*, *& seqq.* ; Dictaque conditio religiosè servanda erit, non so- 36
lùm, quando expresè fundationi inserta reperitur, verùm etiam, quando tacitè, & ex verbis æquipollentibus expressis, aut conjecturis judicantis animus inducitur ad censendum, Fundatorem noluisse, Beneficium, à se erectum, subijci reservationibus Apostolicis, ut tradunt mox citati Doctores, &, relatis concordantibus, firmavit *Rota in una Parmen. Beneficii cor. Scotto §. final. impress. post d. discept.25. D. Advocati Pitoni*, qui idem firmat *num.27.*, *confirmata 27. Junii 1703. §. Quoniam sivè Beneficium coram Molines Decano*.

Fundatorem verò controversæ Rectoriæ voluisse quamcumque reservationem penitus excludere, evidens, & apertum fit : tùm inspectâ substantiâ pii Operis, ab ipso fundati, tùm etiam perpensis verbis, quibus mentem suam explicavit ; Ille enim professus fuit, nolle erigere Beneficium Ecclesiasticum, in verum titulum conferendum, sed fundare merum Opus pium, nuncupatum Rectoria, primariò ordinata pro administratione Hospitalis, ab ipso instituti, tributâ Patronis plenariâ facultate pro libito amovendi Rectorem à d. administratione ;
Quæ pia Opera, Ecclesiastici Beneficii titulo pe- 37
nitus destituta, certi juris est, exempta esse à quacumque reservatione, sivè ratione mensis Apostolici, sivè etiam vacationis in Curia, ex *Gloss. in Clemen. unic. verb. revocari in fine vers. ob hanc causam de supplen. neglig. Prælator.*, tradunt *Felin. in cap. per tuas num.4. circa fin. de majorit*, *& obed.*, *Calderin. cons.26. de Præben.*, *Eneas de Falconibus de reservat quæst.3. n. 25.*, *Lap. allegat.26. n.3. usque ad finem*, *Gonzal. ad regul.8. Cancellar. Gloss.5. §.6. num.9. cum pluribus seqq.*, *Lara de anniversar.*, *& Cappellan. lib.2. cap.6. num.5.*, *& 6.*, *Card. de Luca de benefic. disc.97. num.20.*, *Rota coram Buratto decis.114. num.1.*, *& seqq.*, *coram Coccino decis.1061. num.14.*, *& decis.739. num.7. part.1. divers.*, *in Neapolitana, seù Tranen. Præceptoriæ 3. Martii 1698. §. Quoniam*, *confirmata 23. Junii 1698. §. Certum coram Molines Decano* ; & in hoc nobiscum convenit Dominus etiam Advocatus Sacripantes, ideòque in re clarà, atque ex adverso non impugnatà, superfluo parcam labori.

Naturæ Operis pii, de quo agitur, consonat etiam tenor fundationis : Voluit enim illius Institutor = *Quod numquam posset aliquo jure, vel causà submitti, concedi, uniri, ordinari, commendari, vel dari alicui personæ, vel personis Ecclesiasticis, vel Secularibus, Ordini, Universitati, Ecclesiæ, Collegio, seù loco &c. Et quod jus patronatus plenum, & liberum semper habeam, & habeant filii, & heredes, & descenden-*

dentes, & posteri indè, & in eo, & pro eo, & mihi recipienti pro me, & N. sit semper salvum, & reservatum, lapsu temporis, aut jure aliquo non obstante, & cui, seù quibus, & quomodo concederem in futurum, & quod ipsum jus patronatus possim liberè dare, relinquere, tollere, & concedere cui, & quibus, & sicut vellem, & indè ordinare, disponere, & facere totum, & quidquid mihi pro ipsa Domo, & Hospitali utilius videretur, & quod huic juri, & ordinationi renunciari non possit, nec possit aliquo modo tolli, & quod mihi, & ipsis filiis, & heredibus, descendentibus, & posteris meis, seù cui, vel quibus concederem deinceps, sit licitum, & liberum, & plenam habeam facultatem, & auctoritatem, & habeant ipsi filii mei, posteri, descendentes, seù cui, ut dictum est, concederem potestatem nominandi, postulandi, repræsentandi, eligendi, habendi, petendi, & ordinandi ibi, & in eo, & pro ipso Hospitali, & removendi, & tollendi semel, & pluries sicut, quando, & quomodo mihi, dum vixero, & ipsis post mortem meam, pro ipso Hospitali utile videbitur, aut fuerit opportunum. & quod in ipso Hospitali, seu ibi Rector aliter non sit, nec ponatur, aut modo aliquo ordinetur, & si aliter fieret, non valeat, & quod D. Episcopus Senensis, taliter postulatum, nominatum, præsentatum, positum, vel electum, possit, & debeat liberè confirmare in Rectorem, & pro Rectore d. Hospitalis, & licentiam concedere ministrandi. Item, quod in Oratorio d. Hospitalis possim, dum vixero, & possit, qui Rector fuerit ipsius Hospitalis, ut dictum est, ordinatus, & confirmatus post mortem meam, & possint præfati filii, & heredes descendentes, & posteri, seù cui, vel quibus concederem, liberè Missam, & Divina Officia per quem, seu quos voluero, seu voluerint, ipsi facere celebrari =, pluraque subierit, ex quibus evidens, & apertum fit, Fundatorem voluisse, plenum, & liberum exercitium juris nominandi ad d. Rectoriam, ad heredes, & successores suos quoscumque perpetuò pertinere.

His autem ex verbis evidens, & apertum fit,
38 quod, tametsi ageretur de jurepatronatus constituto super verò Beneficio Ecclesiastico, nihilominus Testator noluisset, idem nulli obnoxium esse reservationi; Nam, si adeò inculcatis verbis voluit semper, & quandocumque præsentationem, & nominationem ad Rectoriam pertinere ad successores suos, si voluit, *quod iidem jus patronatus plenum, & liberum semper habeant*, si cavit, quod eisdem obesse non posset negligentia in præsentando, &, non attento quocumque lapsu temporis, statuit, *quod eis sit semper salvum, & reservatum, lapsu temporis, aut jure aliquo non obstante, & cui, seu quibus, & quo modo concedere rem in futurum*, subdendo, *quod huic juri, & ordinationi renunciari non possit, nec possit aliquo modo tolli*, & denique, omissis aliis efficacissimis, atque effrænatis clausulis præseferentibus omnimodæ potestatis reservationem factam favore Patronorum, adjecit declarationem illam, *quod in ipso Hospitali, seu ibi Rector aliter non sit, nec ponatur, aut modo aliquo ordinetur*; Et si aliter fieret, non valeat, ubique protestando hanc legem, in limine fundationis ab ipso sancitam, servari velle perpetuis futuris temporibus, & quotiescumque vacationis casus contigisset, profectò Rectoria hæc, tametsi esset verum Beneficium, subijci numquam posset reservationibus Apostolicis.

Nam, si sub illarum censurâ ullo umquam
tempore caderet, jam contra expressam Fundatoris voluntatem conferretur formà, & modo diverso ab illo, qui fuit ab eo constitutus, &, exclusis nominatis, & præsentatis à Patronis, admitterentur provisi Apostolici, frustra Fundatore præcipiente, quod provisio, aliter facta, irrita sit, & invalida; Id autem nemo non videt, quantum repugnet menti Sacrorum Canonum, ubique sancientium, conditiones adpositas fundationibus, religiosè servandas esse, atque
indulgentium, adiici pacta juris, etiam dispositioni 39
contraria, nè scilicèt, ut jam diximus, fideles abducantur à Beneficiorum, & piorum Operum fundationibus, si, facto loco regulis reservatoriis, & adempto Patronis exercitio juris nominandi, conferrentur aliis personis, quàm illis, quibus Fundatores heredes, & 40
successores suos gratificari posse, voluerunt, ut benè pro istiusmodi reservationibus excludendis ponderant *Card. de Luca de Benefic. disc. 6. num. 10., de jurepatr. disc. 65. num. 40., Rota coram Royas decis. 274. num. 8., & 9., & decis. 294. num. 1., 18., & 19., coram Dunozett. jun. decis. 769. num. 3., & seqq., & num. 15., in rec. decis. 157. nu. 8. part. 7., decis. 327. nu. 3., & seqq. part. 15., decis. 242. num. 1., & seqq., & decis. 476. nu. 1., & seqq. part. 19., in Valentina Beneficii 8. Februarii 1683. §. Frustra obijciebatur coram Hervault. Archiepiscopo Turonen., in Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii 1. Decembris 1684., & 4. Maii 1685. coram Card. Mattheajo, in una Urbanien. Archipresbyteratus coram Ansaldo, inter ejus impressas decis. 9. num. 28., D. Advocatus Pitonius d. discept. 25. num. 13., Rota in d. Parmen. Beneficii coram Scotto post d. discept. sub num. 48., & seqq. usque ad finem, confirmata 16. Januarii sequentis anni coram Ansaldo §. Applicando igitur cum seqq., & in una Gerunden. Beneficii 12. Junii 1702. §. Responsum coram Molines Decano*, apud quos Auctores, & Sacræ Rotæ decisiones, verba longè magis remissa, & clausulæ longè minùs efficaces nostris, sufficientes reputatæ fuerunt pro excludendis reservationibus: Nam, ut benè ponderavit *Rota in d. Parmen. Beneficii coram Ansaldo §. Evidentius*, cum nulla certa forma hac in re à jure 41
constituta fuerit, satis est, quoquomodo ex dispositis à Fundatore eluceścere, ipsum noluisse Beneficium, à sè erectum, subijci reservationibus.

Nec officit, quod pleræque ex mox allegatis auctoritatibus loquantur de minùs privilegiatâ reservatione ratione mensium, non autem de illâ majori, & clausâ in corpore juris, quia *Card. de Luca, & Rota cor. Royas, & part.*
17., &

17., & 18. *rec.*, expresè considerant legem in limine fundationis à Testatore adpositam ad effectum excludendi reservationem ob vacationem in Curiâ, prout etiam plures aliæ auctoritates, licèt agant de reservatione inductâ ex regulâ mensium, nihilominus indifferenter loquuntur de quacumque reservatione, & casu, quo læderetur jus Patronorum, & contingeret, Beneficium provideri modo diverso ab illo, à Testatore præscripto, ut perspici potest ex dictis decisionibus editis *in Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii*, *in Urbanien. Archipresbyteratus*, *ac Parmen. Beneficii*, & de reservatione clausâ in corpore juris expresè loquuntur *in d. Romana Clericatus*, *seu Beneficiatus S. Laurentii in Damaso*, *& D. Advocatus Pitonius d. discept.25. num.7.*, & suffragatur ratio, quâ moventur auctoritates omnes mox allegatæ, quod nempè, ut inquit *Rota in d. Parmen. Jurispatronatus S. Altera verò regula coram Anfaldo*, reservationes reputatæ semper fuerint in jure odiosæ, &, quatenus fieri valeat, effugiendæ, quodque fideles retrahendi non sint à piis fundationibus metu, nè pia Opera, ab ipsis instituta, aliquando incidant sub reservationes Apostolicas; Quæ rationes procul dubio comprehendunt etiam reservationem provenientem à vacatione in Curiâ.

Nilque turbat, quod Rectoria, de qua agitur, fundata reperiatur sub finem decimi tertii seculi, anno nempè 1294., quo tempore adhuc inducta videri non poterat d. reservatio ob vacationem in Curia, quia Bonifacius VIII., Auctor sexti Decretalium, nondum illam promulgasse poterat cum ad Summi Pontificatus apicem evectus legatur 9. Kal. Januarii 1294.; Minùs verò tunc temporis adesse dici poterat reservatio vigore *extravagantis ad regimen*, sub cuius censurâ propriè d. Rectoria cadere dicitur, cum *d. extravagantis* Auctor fuerit Benedictus XII., qui floruit sub initium decimi quarti seculi, ex quo inferebatur, Fundatorem Rectoriæ prævidere non potuisse hujusmodi reservationes, proindeque neque etiam cogitare de illis excludendis, cum volùntas numquam feratur ad incognita.

Quia, quod attinet ad reservationem ob mortem in Curiâ, de qua *in cap.2. de Præben. in 6.*, dicere possemus, illam jam tempore fundationis d. Rectoriæ invaluisse; Quippe Clemens IV., Auctor d. Decretalis, pluribus annis ante creatus fuerat Summus Pontifex, inque eâ profitetur, in legem scriptam redigere antiquam consuetudinem, Romanis Pontificibus reservantem Beneficia vacantia in Curia: Verùm, utcumque res se habuerit, cum in casu nostro constet de non dubia Fundatoris voluntate eximendi d. Rectoriam à quibuscumque reservationibus, in limine fundationis cavendo, atque constituendo, quod illa conferenda perpetuò esset personis, à Patronis nominandis, quod nullo juris prætextu huic dispositioni derogari posset, quod Patroni legi, à Fundatore stabilitæ, renunciare non possent, quodque demum provisio, aliter facta, irrita ipso jure esset, patùm refert, an Decretales, & regulæ, sancientes reservationem, præcesserint, vel subsecutæ fuerint: Nam, cum Fundatoris dispositio incompatibilis dignoscatur cum reservationibus, quæ quandocumque, & quomodocumque induci potuissent, Papa illas promulgando, numquam sub eisdem comprehendere voluisse, præsumitur, Beneficia contra expressam voluntatem Fundatorum, ut, huic objecto occurrendo, firmat *D. Pitonius d. discept.25. nu.13., & seqq.*, *Rota in Parmen. Beneficii impress. apud eumdem S. Penult., & final. coram Scotto*, *cui adhæsit altera decisio confirmatoria 16. Januarii 1702. S. Applicando igitur cum seq. cor. Anfaldo.*

Hæc igitur cum ità se habeant, & ex his omnibus constet, controversam Rectoriam numquam amisisse naturam juris patronatus laicalis, idemque ex voluntate Fundatoris exemptum remansisse ab omnibus reservationibus Apostolicis, evidens proinde, & apertum fit, gratiam Apostolicam, à Francischino obtentam, uti de Beneficio libero, & reservato ob vacationem in Curia, nullo pacto sustineri posse: Nam, licèt ampliſſima sit Summi Pontificis potestas in Beneficialibus, eaque extendatur etiam ad providendum de Beneficiis de jurepatronatus laicorum, invitis, & reluctantibus Patronis laicis, nihilominùs, si D. Francischinus Summo Pontifici narrasset qualitatem Beneficii, illudque minimè impetrasset, uti de libera collatione, & Sedi Apostolicæ reservatum ob vacationem in Curia, Summus Pontifex nullo modo, vel saltem difficilius gratiam concessisset; Impetrantem enim ab hujusmodi qualitatis jurispatronatus laicalis expressione non eximebat notorius stylus derogandi juri Patronorum, eò quod ageretur de Beneficio vacante in Curia; Quia, cum hoc etiam casu Summus Pontifex procedat per viam derogationis jurispatronatus, requirebatur expressa illius mentio, cùm expressa pariter, atque individuali derogatione, nè gratia, uti vitio subreptionis infecta, irrita redderetur, tametsi esset motu proprio, *Rota in d. Romana Clericatus*, *seu Beneficiatus S. Laurentii in Damaso apud Antonell. de jurib.*, *& onerib. Cleric. decis.44. per tot.*, *& præsertim num.9.*, *& seqq.*

Immò verò in casu nostro non solùm exprimenda erat qualitas patronalis, ut illi derogare posset, verùm præterea Summo Pontifici narrare oportebat legem fundationis excludentis omnes, & quascumque reservationes, cum certi juris sit, illum vel numquam, vel difficiliùs derogare juri Patronorum, quando expresè resistit voluntas Fundatoris; Ideòque reticentia qualitatis, quâ expositâ, impetrans vel nullo pacto, vel difficiliùs gratiam consecutus fuisset, efficit, quod eadem, uti infecta vitio subreptionis, executioni demandari non valeat, *cap. super his*, *ubi Gloss. vers. dedissemus de rescript.*, *Felin. in cap. ad aures sub num.4. de rescriptis*, *Amyden. de styl. Datar. cap.15. §.15. num.118.*, *Rota decis.372. num.6. part.17.*, *& decis.731. num.7. part.18.*, & optimè in nostris terminis notavit

Rota

Rota in Valentina Beneficii 8. Februarii 1683. §. finali coram Hervault, ubi ait, cum Beneficia subjaceant reservationibus cum suis qualitatibus, Pontifici exprimenda erat istiusmodi qualitas, quæ illum difficiliorem reddidisset in concessione gratiæ, *Rota in d. Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii 1. Decembris 1684. §. Perpensum, & 4. Maii 1685. §. Primo coram Card. Matthejo.*

Hinc superfluum videri posset inquirere, an vigore antiquarum collationum, quas superioribus locis retulimus, Rectoria, amisso statu manualitatis, effecta fuerit Beneficium Ecclesiasticum, quia, cum eadem obnoxia semper remanserit Juripatronatus laicali, reliquæ illius mutationes locum minimè fecerunt reservatio-
62 nibus, quibus expresè resistebat lex, & prohibitio Fundatoris, præcipientis, quod nominatus à Patronis, illam obtinere debeat, & *Rector aliter non sit, nec ponatur, aut modo aliquo ordinetur; Et, si aliter fieret, non valeat*, benè *Rota coram Emerix. jun. decis. 369.*, quæ loquitur
63 in fortiori casu, Jurispatronatus videlicet, quod, per transitum ad personas Ecclesiasticas, effe-
64 ctum fuerat Ecclesiasticum, ideò ipse suâpte naturâ subjacebat reservationibus, & nihilominùs
65 firmat, hujusmodi mutationem non derogasse libertati, atque exemptioni, à dictis reservationibus ex primæva fundatione, illi quæsitæ, & priùs dixerat *Rota in Florentina Cappellaniæ coram Bourlemont inter recent. decis. 476. num. 1., & seqq. part. 19.*, cum aliis concordantibus relatis *apud D. Advocatum Pitonium disceptat. 25. numer. 21., & in dicta Parmen. Beneficii coram Scotto numer. 47. confirmata 16. Januarii 1702. §. At quando cor. Ansaldo.*

Fortiùs verò hæc urgent in casu nostro; Quia D. Francischinus hujusmodi Rectoriæ alterationem desumit ex observantiâ, resultante ex præfatis collationibus; Cum autem observantia
66 tantùm habere dicatur de potentia, quantùm habet de actu, & restringatur ad casus, & actus, ex quibus efformatur, rejectâ quacumque extensione, etiam ex identitate, seù majoritate rationis, *Card. de Luca de Jurepatronatus disc. 22. num. 13., & 15., Rota decis. 278. num. 8. part. 12., D. Advocatus Pitonius discept. 26. num. 5.*,
67 eadem in nostro casu attendenda esset ad mensuram, & normam status, quem constituebant tales collationes, ex quibus, licèt D. Francischinus sustineat, Rectoriam fuisse Beneficium Ecclesiasticum, nihilominùs id illi non sufficit pro evitandâ subreptione, & sustinendâ gratiâ, ab ipso obtentâ, sed oporteret, eum docere, quod, interversâ penitùs naturâ Jurispatronatus
68 laicalis, illud effectum fuerit obnoxium reservationibus Apostolicis, quodque Summus Pontifex, idem conferre consueverit, uti reservatum, quod certè non resultat ex prædictis collationibus, nec ratione ullâ exadverso probari posse videtur.

Verùm præterea rectè etiam sustinere possemus, reverâ Rectoriam, nullam passam fuisse mutationem status, eamdemque retinuisse manualitatem, quam juxta primævam fundationem sortita fuerat: Illi enim nullo pacto derogasse ultimam collationem, per viam resignationis factam à Sede Apostolica favore bo. mem. Episcopi Perissii, affirmari posset ex eâ solâ ratione, quod hujusmodi resignatio, & provisio, 69
in illius sequelam facta, laborare noscatur subreptionis, & nullitatis vitio ob reticitam qualitatem patronalem Rectoriæ, illiusque impetrationem factam independenter à Patronorum consensu, ex quibus gratiam irritam reddi, tradunt Doctores *in cap. 2. de Præben. in 6., Cravett. cons. 68. numer. 2. & 3., Rota coram Puteo decis. 404. lib. 2.*, & latè firmatum fuit *in dicta Romana Clericatus, seù Beneficiatus S. Laurentii in Damaso impress. post Antonell. de jur., & oneribus Clericor. decis. 44.*, ac per consequens ineptam ad ullum statum efformandum, *Ma-* 70
rescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 55. numer. 21. At certiùs, dictam provisionem non alterasse ejusdem Rectoriæ statum, & primævam naturam, resultat ex illâ, omnibus notâ regulâ, quâ traditur, provisiones Apostolicas nullo pa- 71
cto immutare statum Beneficii, nullumque Patrono inferre præjudicium, *Rota coram Pœnia decis. 1393. num. 6., coram Duran. decis. 14. nu. 15., in recent. decis. 340. nu. 6. part. 3., in Mediolanen. Præposituræ 4. Julii 1692. §. Absque eo quod, coram Reverendissimo Molines Decano, in Urbanien. Canonicatus 15. Martii 1694. §. Denique nec juvari coram Muto*, &, omissis aliis, in specie de provisione factâ per viam 72
resignationis, ceteris omissis, notat *Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 55. num. 34., & seqq., Card. de Luca de Benefic. disc. 27. sub numer. 17., & 18., de regular. disc. 10. num. 3., de Jurepatron. disc. 2. num. 14., disc. 5. num. 15., disc. 9. numer. 11., disc. 65. num. 38., & disc. 80. nu. 5., Rot. in recent. decis. 330. num. 31., & seq. part. 9., in Neapolitana, seù Tranen. Præceptoriæ 23. Junii 1698. §. Nihilominùs coram Reverendissimo Molines Decano*, quæ loquitur in terminis Beneficii Manualis, cujus status numquam mu- 73
tatur provisione Apostolicâ; Quia Pontifex, non præsumitur, illam voluisse alterare in præ- 74
judicium tertii, & dictum etiam fuit *cor. Coccino decis. 1061. num. 12. cum seqq.*, præsertim, quando ex Instrumento fundationis constat de 75
contrario statu: Hoc enim casu provisiones Apostolicæ nec etiam afferri possunt pro interpre- 76
tandâ, aut declarandâ qualitate Beneficii, *Rota decis. 48. num. 15., & 16. part. 18., in Valentina Beneficii 1683. §. Nec ratio coram Reverendissimo d' Hervault Archiepiscopo Turonen.*, ubi tradit, quod, ut adversus Instrumentum fundationis ex Pontificiâ provisione induci, & 77
efformari possit novus status, requiratur mens, & voluntas Pontificis alterandi antiquum statum, ob eam rationem, quod adversus patentem veritatem, resultantem ex illâ omnium su- 78
pereminenti probatione, proveniente ex publico Instrumento, suffragari non valeant præsum- 79

ptiones, quæ cedere debent veritati, *Rota in Civitatis Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii* 1. *Decembris* 1684. §. *Quæ omnia coram Cardin. Mattheio*.

Nec turbat, quod, tametſi ex proviſione Apoſtolica nullum elici poſſet argumentum pro interpretando, aut conſtituendo ultimo ſtatu dicti
80 Beneficii; nihilominùs pro eo aſſequendo plurimùm ſaltem urgeret factum ipſum Patronorum, qui non ſolùm non reclamarunt adversùs publicationem literarum reſignationis, ſed præcedenter conſenſum præſtiterant reſignationi Rectoriæ ſub qualitate, quod eadem eſſet Beneficium ſimplex, quæ idcirco qualitas impugnari ampliùs nequeat à ſucceſſoribus; Quia, ſi, uti ſub-
81 reptitia, corruebat gratia ipsa reſignationis, & inſufficiens reddebatur ad ullum legitimum ſta-
82 tum conſtituendum, corruebant etiam cetera, quæ erant acceſſoria; Atque etiam quia ex eo, quod Patroni conſenſum præſtiterint reſignationi
83 ſub expreſſione, quod Rectoria eſſet ſimplex Beneficium, nulla elici poteſt conjectura pro inducenda mutatione originariæ manualitatis, cum
84 Cappellanię etiam manuales, aliaque ſimilia Opera pia, Beneficia nuncupentur, & ſolùm diſputent
85 Doctores, nùm propriè, vel impropriè ſub nomine Beneficiorum comprehendantur, plenè apud *Garziam de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *ex n.* 71., *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. Gloſſ.* 5. §. 6. *nu.* 1. *cum pluribus ſeqq.*, *Pariſ. de conſid. quæſt.* 18. *num.* 16., *Mandoſ. in regul.* 34. *quæſt.* 11. *num.* 1., *cum ſeqq.*, *& in fin.*, *Lara de anniverſar.*, *& Cappellan. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. *cum pluribus ſeq.*, *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 97. *num.* 5., *Rota coram Ludoviſ. deciſ.* 48. *num.* 5., *& 6.*, *in rec. deciſ.* 49. *num.* 39., *& 40. part.* 15., *& deciſ.* 329. *num.* 15. *part.* 16. *rec.*, & demùm, quia conje-
86 ctura elicita ex hujuſmodi ſimplicibus enunciativis, nec etiam ſemiplenam conſtituit probationem, benè *Rota in Hydruntina Capellaniæ* 10. *Maii* 1697. §. *Adhuc illa ſuppoſita coram Illuſtriſſimo dell' Olmo Magno Archicancellario Mediolanen.*, in qua ſubditur ratio, rectè congruens noſtro caſui, quod, videlicèt quando
87 conſtat de manualitate Beneficii ex publico Inſtrumento fundationis, Patroni nequeant illius ſtatum immutare.

Et ſanè, ſi Patronis integrum non eſt dero-
88 gare naturæ Beneficii, atque immutare ſtatum, à Fundatore in illius erectione conſtabilitum,
89 etiamſi id expreſsè agere velle profiterentur, *ad Text. in cap. nos quidem de teſtament. in Clemen. quia contingit de religioſ. domib.*, *Gloſſ. in cap. cum dilectis in verb. conſtitutio ad fin. de conſuetud.*, *Monet. de commut. ultim. voluntat. cap.* 10. *nu.* 351., *Vivian. de Jurepatr. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 9., *&* 10. *cum ſeqq.*, *Rota cor. Pen. dec.* 73. *num.* 7., *in rec. deciſ.* 120. *nu.* 4. *part.* 11.; adeò-
90 ut factum Patronorum convalidari nec etiam poſſit conſenſu Epiſcopi, *Ricc. in collect. deciſ. Cur. Archiep. Neapol. deciſ.* 156. *num.* 4., *& ſeqq. part.* 4., *Rota deciſ.* 182. *num.* 3., *& ſeqq. part.* 18. *recent.*, *in Hydruntina Cappellaniæ loco mox citato*; Id enim ſoli Summo Pontifici ſpeciali Jure reſervatum reperitur, quâ juſtâ ratio- 91
ne eiſdem per indirectum licitum eſſe poterit, ſimilibus enunciativis alterare ſtatum Beneficii 92
contra expreſſam literam Inſtrumenti fundationis, & voluntatem Teſtatoris, adeò effrænatis, ampliſſimiſque clauſulis declarantis, atque præcipientis, ut Rectoria, à ſe fundata, perpetuis futuris temporibus conſervaretur in ſtatu, ab ipſo conſtabilito, abſque eo, quod ullius ſuperioris auctoritate ullo umquam tempore derogari poſſet Juribus, Patrono ſuper ea reſervatis? Quamobrem, cum, in noſtro caſu, facto Patronorum expreſsè reſiſtat, lex fundationis, & probatio ex adverſo deprompta ex ſimplici enuncia- 93
tiva, ſit ex ſuo genere imperfectiſſima, atque inefficax; Quonam pacto ex eodem inductus dici poterit ultimus ſtatus, qui attendi mereatur, quando ad hunc effectum, rejectis penitus æqui- 94
vocis ſignis, requiritur probatio undequaque concludens? *Rota in Mediolanen. Præpoſituræ* 4. *Julii* 1692. §. *Certiùs quia coram Reverendiſſimo Molines Decano Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. Gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 38., certiùs id procedere dicens, quando præcedens titulus eſſet contrarius.

Longè verò faciliùs ſubmovetur probatio ſtatus, elicita ex proviſione factâ anno 1625.; Quia, cum eadem cauſam dederit liti, inter Epiſ- 95
copum, & Deputatos Hoſpitalis excitatæ ſuper qualitate controverſæ Rectoriæ, evidens, & apertum fit, ex hujuſmodi actu non pacifico, atque litigioſo, nullum legitimum conſtitui potuiſſe ſtatum; Nam, cum ad hunc effectum Pro- 96
viſi poſſeſſio pacifica eſſe debeat, *Selva de Benefic. part.* 2. *quæſt.* 7. *ſub num.* 3., *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. Gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 37., *Rota in re. deciſ.* 384. *num.* 5. *part.* 18., talis profectò dici non poterat proviſio litigioſa, tunc temporis reportata à Baldo, adverſus quem interpoſi- 97
ta fuit appellatio ab Inſtitutione eidem conceſſa, quæ appellatio, non obſtante quocumque temporis lapſu, præſervavit Jura Patronorum, *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 153., *& ſeqq.*, *Roſa de execut. liter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 137., *Card. de Luca de Benefic. diſc.* 29. *num.* 25., *Rota coram Alexandro VIII. dec.* 234. *num.* 25., *& ſeqq.*, *coram Peutinger. deciſ.* 467. *num.* 5., *& 6.*, *in rec. deciſ.* 670. *num.* 13. *part.* 19., *in Cortonen. Beneficii* 1. *Julii* 1697. §. *fin. coram meo Anſaldo inter ejus impreſſas deciſ.* 18., *in Valentina Beneficii* 28. *Novembris* 1704. §. *Ceterum coram eodem*.

Nec officit replicatio, quod Deputati Hoſpitalis agnoverint, Rectoriam non eſſe amplius manualem, ſed Beneficium Eccleſiaſticum, dum illam appellarunt ſimplex Beneficium, & litem ſuſtinuerunt ſuper ſolâ qualitate patronali adverſus Archiepiſcopum, illam, uti liberam, vindicantem; Quia, ut mox diximus, enunciativa ſimplex Patronorum non mutat ſtatum 98
Beneficii, & pro conſervando illorum Jure, ſatis eſt, ipſos ſuſtinuiſſe, Beneficium obnoxium

eſſe

esse Juripatronatus Laicorum eis competenti ex fundatione facta ab eorum Authore, ex qua apparebat de manualitate Rectoriæ, cui proinde non nocuit sententia institutionis lata à Vicario
99 Generali favore provisi ab Archiepiscopo; quia vis hujus sententiæ suspensa fuit per appellationem, præservantem Patronis Jura omnia, ipsis ex fundatione competentia.

Omitti poterat provisio facta ab Episcopo anno 1554.; Quia eo tempore Respublica Senensis,
100 opprimebatur illius teterrimi belli calamitatibus, quibus funditùs eversus fuit illius liber status, ut testantur *Moluc. in suis commentariis lib.2. in princip.*, & *lib. 3. pag. 259.*, *Rolandus Malavolti part.3. lib.10. pag.160.*, ideoque nil
101 mirum, si Proceres Civitatis, intenti propriæ tuendæ libertati, persequi neglexerunt Jura Rectoriæ, cujus præterea provisionem, ab Episcopo factam, effectum minimè sortitam fuisse,
102 supponitur; ideoque inducere nequivit ullum legitimum statum contrarium naturæ Cappellaniæ, *Barbos. in cap. Consultationibus num.7. de Jurepatron.*, *Gonzal. ad regul. 1. §. 2. num.36. Pirras Corradus in praxi benefic. lib.4. cap. 4. num.12.*, *Lotter de re benefic. lib 2. quæst.18.num. 21.*, *clar. mem. Card. de Luca de Jurepat. disc. 63. num.18.*, *Rota coram Emerix jun. decis.830. num.3.*, & *decis.850. num. 2.*, *in rec. decis. 17. num.3. part.18.*, *in Ugentina Jurispatronatus 2. Maii 1692. §. Neque his cum seqq. coram Rmo Hervault*, & præterea, tametsi effectum sortita
103 fuisset, nihilominùs, uti facta 150. ab hinc annis, ex eadem nullo pacto metiri possumus ultimum statum, *Rota in una Regien Beneficiorum apud Vivian. decis.88. in fine*.

Idque agnoscitur etiam in dicto Responso, in quo dicitur ex dicta provisione implicitè solùm resultare titulum Beneficii Ecclesiastici, quod non sufficeret in subjectâ materiâ, in qua, ut diximus, requiruntur probatiònes omnino concludentes.

Cum itaque ex his omnibus pateat, dictas collationes, tot laborantes defectibus, adeòque æquivocas, nullum legitimum statum constituere posse, frustra D. Francischinus eisdem insistit, qui tametsi omnino evidentibus probatio-
104 nibus doceret de ultimo statu claro, atque indubitato, nihilominùs illo juvari non posset, eò quod, re adhuc integrâ, & nondum eidem traditâ Institutione, Patroni, admissi ad causam, & adhærentes D. Mariono, ab ipsis præsentato, illicò doceant de qualitate Rectoriæ exhibendo publicum Instrumentum fundationis ejusdem: hoc enim casu ultimum statum attendendum non esse, tradunt, *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.34.num.18.*, & 41., *Ros. de execut.litterar. Apostol. cap.6. num.99.*, & 107., *clar. mem. Card. de Luca de Paroch. disc.9. num. 9.*, *de Jurepatron. disc.36.*, & *disc. 32.*, *utrobique num.12.*, *disc.85. n.2. in supplemen.part.4.*, *Gonzal. super regul.8.Cancellar. Gloss.45. §. 2.nu.43.*, *Gratian.discept. 577. num.17.*, *Rota coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 234. n.33.*, *coram Emerix jun. decis.34. n.18.*, *in rec. decis. 737. num.5. part.2.*, *decis. 254. num.21.*, & *22. part. 11.*, *decis.152. num.26.*, & *seqq. part. 13.*, *decis. 295. n.4.*, & *seqq. part.17.*, *in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaso 6. Februarii 1688. §. Final. coram clar. mem. Card. Caccia impress. apud D. Advocatum Patonium discept.4.*, *in Mediolanen. Præposituræ 26. Novembris 1691. §. In nihilo refragante cum seqq.*, *confirmata 4. Julii 1692. §. Fundamentum quippe cum seqq. coram Rmo Molines Decano*, *in Barchinonen. Parochialis del Prat.13. Junii 1695. §. Et licèt*, *confirmata 2. Decembris ejusdem anni §. Nec contrarium cum seqq. coram bon. mem. Ursino*, & *in Celsonen. Beneficii 25. Januarii 1700. §. Nec ex eo coram bon. mem. Jacometto*.

Cum enim dispositio famigerati *cap. Consultationibus*, privilegium tribuens ultimo statui, fundetur in simplici illa præsumptione, quod talis 105
sit status Beneficii, qualis reperitur in ultimis vacationibus; Præsumptio ista cedere debet ve- 106
ritati, & causam proprietatis absorbere possessionem, *Abb. in d. cap. Consultationibus num.9. vers.quod ego intelligerem*, *ibidem Barbos.num.3.*, *Dec.cons.126. num.3. in fine*, *Marescott. variar. resol. lib.1. cap.55. num.63.*, & *seqq.*, *Rosa de execut. liter. Apostol. part. 1. cap. 6. num.95. 100.*, & *num.107.*, *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.34. num.29.*, & *seqq.*, *clar.mem. Card.de Luca de Benefic. disc.63. num.12.*, & *13.*, *de Paroch. disc.15. num.4.*, & *5.*, *Rota coram Pen. decis.1630.*, *in rec. decis.384. num.8. part. 18.*, *decis.63.num.16.*, & *17.part.19.*, *in Lunen.Sarzanen Cappellaniæ 18. Aprilis 1687. §. Verùm utcumque coram Rmo Hervault*, *Archiepiscopo Turonen*, *in Mantuana Beneficii 21.Junii 1688. §.fin. coram bon.mem. Ursino*, & *in Civitatis Ducalis Jurispatronat. 23. Junii 1689. §.Agnoverunt coram R. P. D. meo Caprara*, & *in Ugentina Jurispatronatus 3. Julii 1690. §. De quasi possessione coram Rmo D. Hervault*, *confirmata 2. Maii 1692. §.Postremò tandem coram eodem*, *in Asculana Beneficii 5. Decembris 1696. §.Neque ultima coram Illmo dell'Olmo*, *magno Archicancellario Mediolanen*, & *in Lauden. Canonicatus 3. Martii 1697. §. Minus coram R. P. D.Meo de la Tremoille*; & *in dicta Celsonen Beneficii coram bon. mem. Jacometto*, *confirmata 20.Februa- 1702. §. final. coram R. P. D. Meo Muto*, & *in Melevitana Jurispatronatus 31. Martii 1702.§. Multòque minùs coram R. P. D. Meo Scotto*; Alioquin, si proprietas non absorberet causam possessionis, Patronus, qui re integrâ, docuit 207
de suo jure claro, maximo cum præjudicio, & absque suâ culpâ incideret in damnum irreparabile amissionis fructus Jurispatronatus, *Rota coram Pen. decis. 1630. num,7.*, & *seqq.*, & alibi passim.

Nec his omnibus adversantur Auctoritates in contrarium allegatæ, quia illæ loquuntur in casu, in quo res non sit integra, & Patroni non 108
sint in causa; In dicto autem Responso admittitur, rem esse integram, & Patronos esse in causa, ideoque procedunt regulæ, & auctoritates a nobis adductæ.

Minùs verò DD. Deputatis, ac Domino Mariono obeſſe poteſt lapſus longiſſimi temporis, unius ſcilicet ſeculi cum dimidio, quia, cum
109 deſint collationes, & proviſiones omnino clarę, & tales, ut nullam patiantur oppoſitionem, nec centenaria, nec quævis alia præſcriptio ex illis elici poteſt, *Rota deciſ.331. num.5. part.15. rec.*, prout etiam parvi refert, DD. Deputatos numquam uſos reperiri iſtiuſmodi facultate amo-
110 vendi Rectores; quia non ſufficit non uſus, niſi præterea doceatur, eoſdem, ſuo Jure uti volentes, Superioris auctoritate, aut alio colore impeditos fuiſſe, *Gonzal. ad regulam 8. Cancellar. Gloſſ.5. §.6. num.35., & 36., Rota coram Card. Cerro deciſ. 886. num.27., & coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ. 883. num. 8.*, ubi concordantes.

Hæc ſatis eſſe videntur pro refellendis rationibus, quibus innititur dictum Reſponſum; verùm præterea contra Hoſpitale urgere poſſet quædam antiquiſſima tranſactio inita cum Epiſcopo, in qua ſtatuitur, quod ad dictam Rectoriam, rejectis penitus laicis, prçſentari deinceps deberent perſonæ Eccleſiaſticæ tantummodò, eædemque inſtitutionem recipere tenerentur ab Ordinario; verùm nec in hac traſactione derogatum fuit manualitati Rectoriæ, cum non repugnet huic qualitati; quod Beneficium confe-
111 rendum ſit perſonis, clericali caractere initiatis, *Gonzal. ad regul.octavam Gloſſ.5.n.66., Panimoll. deciſ.25. num.12.*, & latè *Rota in Hydruntina Cappellaniæ 9. Maii 1698. coram bon. mem. Pio*,
112 ut etiam Inſtitutio, reſervata Epiſcopo, intelligenda eſt juxta ſubjectam materiam, largo videlicet modo, continente quemcumque modum providendi, *Rota deciſ.49. num.27. & ſeqq. part.15., & deciſ.93. num.8. & 9. par.16.*

Melevitana Commendæ.

Commenda Ordinis Hieroſolymitani deſcripta in antiquiſſima Bonorum, ad Equites ſpectantium, matriculâ, & Equitibus conferri ſolita, antiquiori Equiti adjudicanda eſt, non verò alicui ex fratribus Cappellanis ejuſdem Ordinis, licèt iſti in antiquis quibuſdam documentis Commendatorum titulo nuncupentur, & Commendas quandoque obtinuerint, ſed vel à priori diſtinctas, vel ſinè effectu, vel ſubſecutâ tranſactione, aut earum dimiſſione in favorem Equitum, vel tempore defectionis Magni Prioratus Germaniæ ab obedientiâ ſupremi Capitis, vel denique per brevius, quàm quadraginta annorum ſpatium.

VOTUM VIII.

1 *Commendæ militarium Ordinum Beneficiis adnumerantur.*

2 *Etiamſi Ordines militares illi ſint, quorum Equites uxorem ducere non prohibentur.*

3 *Beneficiorum regulæ in Ordinum militarium Commendis locum habent.*

4 *Commendæ ſtatum à certo tempore pro Cappellanis conſtitutum fuiſſe, adſeverans, diverſum antiquiorem fatetur.*

5 *Matriculæ, ſeu Cataſtra Archi-Ducatus Auſtriæ nuncupata* Cinlag, *in quibus deſcripta ſunt Bona illius Regionis Ordinum, pleniſſimè probant.*

6 *Matriculæ, ſeù Cataſtra pro dignoſcendâ Bonorum ibi deſcriptorum conditione plurimùm valent.*

7 *Libris Epiſcopi probatur qualitas, & ſtatus Beneficii.*

8 *Libri Monaſterii, & Eccleſiæ, præſertim antiqui, & legaliter retenti probationem faciunt.*

9 *Et excludunt probationem teſtium.*

10 *Commendæ deſcriptio inter Bona pertinentia ad Equites, probat, eam non ſpectare ad Cappellanos Ordinis Hieroſolymitani.*

11 *Gradui Equitum Ordinis Hieroſolymitani commiſceri non poteſt inferior gradus Cappellanorum.*

12 *In Ordinis Hieroſolymitani Equitum ſeſſionibus non recipiuntur Cappellani*, & num.17.

13 *Bona Cappellanorum Ordinis Hieroſolymitani non gaudent privilegiis, & exemptionibus, quibus fruuntur Bona Equitum*, & num.38.

14 *Sed duplicato contributionis onere gravantur.*

15 *Commendæ ſtatus probatur ex diſcretivo eas deſcribendi modo.*

16 *Commenda relata inter Bona Equitum, ſi ceteræ omnes Commendæ eodem ordine deſcriptæ ad eos ſpectant, ad eos pariter ſpectare præſumitur.*

18 *Perſonarum gradus confundi, & Bonorum naturam immutari quod Princeps permiſerit, non præſumitur.*

19 *Magnus Prior Germaniæ Ordinis Hieroſolymitani ad Magni Magiſtri obedientiam rediit, labente ſeculo decimo ſexto.*

20 *Commendæ ſtatus Ordinis Hieroſolymitani Cappellanos excludens, ac ſolos Equites admittens, quadragenariâ præſcriptione induci poteſt*, & num.34.

21 *Immemorabilis, & centenaria poſſeſſio quemcumque validiorem titulum præbet gradui Equitum Hieroſolymitanorum pro excludendis à Commendâ fratribus Cappellanis.*

22 *Centenariæ, ac immemorabilis par eſt virtus.*

23 *Priori Commendæ ſtatui prævalet poſterior.*

24 *Commendæ ſtatus deſumendus non eſt ex iis, quæ geſta fuerunt tempore ſchiſmatis Magni Prioratus Germaniæ à Religione.*

25 *Magni Prioratus Germaniæ ſchiſma ab Religione unius ferè ſeculi ſpatio duravit.*

26 *Eoque tempore Magnus Prior Magni Magiſtri titulum ſibi uſurpabat.*

27 *Et ejus Prioratus Commendæ non ſecundùm Religionis Hieroſolymitanæ Statuta, ſed arbitrio Cæſareæ Majeſtatis diſtribuebantur.*

28 *Fratres Cappellani Ordinis Hieroſolymitani quan-*

quandoque Commendatores dicebantur, quia servitium præstabant Ecclesiæ, & Parochiis Commendæ.

29 *Pro Commendæ statu dignoscendo spectandæ non sunt abusivæ denominationes,* & num. 31.

30 *Commendæ instar Beneficiorum individuæ sunt.*

32 *Declarationi de statu Commendæ à Visitatoribus factæ caussâ cognitâ, plurimùm deferendum est.*

33 *Commendæ statum, quem Visitatores declararunt, eos rectè agnovisse, credendum est.*

35 *Pro Commendæ statu inducendo non prodest observantia deducta ex actibus effectum minimè sortitis.*

36 *Commendæ fratribus Cappellanis Ordinis Hierosolymitani adjudicatæ, & ab iis posteà dimissæ in favorem Equitum cum modicâ pensione, non probant earum statum pro fratribus Cappellanis.*

37 *Transactio non fit, nisi super rebus dubiis.*

39 *Commendam ad fratres Cappellanos Ordinis Hierosolymitani privativè non spectare, probat dimissio à Cappellanis facta in favorem Equitum.*

40 *Sententiæ, ut novum Commendarum statum inducant, justificari debent ex actis.*

41 *Sententia sinè actis nil probat.*

42 *Quod directè prohibitum est, indirectè fieri non licet.*

43 *Sententia inter alios acta, aliis nocere non debet.*

44 *Sententia lata, inaudito Procuratore Equitum omnium Magni Prioratus, quorum intererat, eos afficere non debet.*

45 *De naturâ parium est, quod alteri per alterum, incommodum inferri nequeat.*

46 *Sententia lata, inauditis iis, quorum intererat, eos non afficit, præsertim, si Causa viriliter défensa non fuerit.*

47 *Nam tunc sententia iis non nocet, etiamsi suâptè naturâ posset aliis nocere.*

48 *Præcipuè, si pacifica sententiæ observantia secuta non fuerit, scientibus, & patientibus iis, quorum interest.*

49 *Commendæ statum non efficit ejus adjudicatio facta Cappellano Ordinis Hierosolymitani, qui sequenti anno Equiti jus omne dimisit.*

50 *Pro Commendæ statu immemorabili evertendo, quadragenarium saltem tempus requiritur.*

51 *Ex Commendæ unius statu, deficiente jure, & causâ universali, ad alterius statum inferri non potest.*

52 *Plures diversi status Commendas in una eâdemque linguâ Religionis Hierosolymitanæ adesse, non repugnat.*

53 *Beneficia secularia & regularia, aliaque diversæ naturæ in unâ, eâdemque Ecclesiâ reperiri, frequens est.*

54 *Commendæ status elici nequit ex collatione, super quâ lis pendet.*

55 *Sicuti neque ex actu litigioso, & amica concordiâ sopito,* & num. 36.

56 *Commenda adjudicanda est antiquiori habenti qualitates omnes requisitas à Statutis Ordinis Hierosolymitani, non autem alteri petenti, suspendi ejus provisionem, donec ipse capax fiat.*

COMMENDAM sub titulo S. Joannis Hierosolymitani erectam in Civitate Viennensi, vacantem per obitum Comitis à Thun. Magni Prioris Bohemiæ, Ven. Linguæ Nationis Germaniæ, atque Bohemiæ adjudicavit Equiti Francisco Antonio Comiti à Konikfech; uti antiano, & reliquis prædito qualitatibus, à Sac. Religionis Hierosolymitanæ Statutis ad d. Commendæ smutitionem requisitis, rejectà oppositione Alberti Gaudenos fratris, Cappellani ejusdem Sac. Ordinis, qui illius collationem suspendi petebat, donec ejusdem capax fieret, eo sub obtentu, quod, utpotè privativè pertinens ad Cappellanos, quorum gradus in Sac. Ordine Hierosolymitano medius est inter supremum gradum Equitum, & infimum servientium, smutiri non potest à Religioso supremi gradus Equitum ob incompatibilem statum, quem habere dicuntur Commendæ, alteri ex dd. gradibus assignatæ; Quapropter, Causâ delatâ ad Sac. Consilium, istud duabus sententiis declaravit, controversam Commendam adjudicandam esse d. D. de Gaudenos, cumque illæ rei judicatæ auctoritatem jam obtinuerint, antequam Ven. Lingua Nationis Germanicæ, & Illustrissimus D. Comes de Konikfech Causam prosequantur in gradu restitutionis in integrum, cupientes, maturo consilio, Causæ hujus momenta examinare, me requisiverunt, ut sententiam meam, judiciumque hac de re proferre velim: Mihi autem potiora videri possent jura Ven. Linguæ Nationis Germanicæ, inspecto solo voto Eminentissimi Card. Kolonitz, cujus sententiâ utpotè prolatâ ab eximio viro, non minùs dignitate, quàm integritate præclaro, & rerum ad Sac. Religionem pertinentium, suæquè Nationis jurium, ac morum apprimè gnaro, Causa hæc decidi potest.

Certiùs, quia, juxtà ea, quæ mihi hactenus communicata fuere, votum d. Eminentissimi Card. innixum reperitur certissimis juris nostri regulis, à quibus in hujusmodi Causis recedere integrum non est; cum enim Commendæ Sac. 1
Ordinum Militarium, juxtà veriorem sententiam, Beneficiis annumerentur, *Sperell. decis. 2. nu. 100., & seq.*, cum aliis apud *Reynos. observ. 1. num. 45.*, ubi etiam *Adden.*, qui loquuntur in fortiori casu, Commendarum videlicet Or- 2
dinum militarium, quorum Equites uxorem ducere minimè prohibentur, & de Commendis Sac. Ordinis Hierosolymitani *Mendo de Ordinibus Militar. disquisit. 10. quæst. 7. num. 55.*; in iisdem proindè locum sibi vindicabunt regulæ 3
illæ, cum quibus proceditur in tractatione rei Beneficiariæ, *Card. de Luc. de jurepatr. disc. 20. n. 2.*, *Barbos. de jur. Eccles. univers. lib. 3. cap. 7.* ubi latè de hujus Sac. Religionis Commendis.

Ad normam igitur hujusmodi regularum, prò

prò rectà hujus Cauſæ deciſione inquirendus ſolummodò erit controverſiæ Commendæ ſtatus, num ſcilicet juxtà primævam illius fundationem pro Equitibus, & primo gradu Sac. Ordinis Hieroſolymitani, an verò pro ſecundo gradu erecta, & fundata fuerit, pro Cappellanis nempè: & rurſus examinandus erit, an ob temporum viciſſitudines, originarius illius ſtatus immutatus dici poſſit, adeòut, poſthabitâ originariâ qualitate Commendæ, inſpiciendus hodiè dumtaxat ſit modernus ejuſdem ſtatus, legitimè conſtabilitus? Profectò, licèt non exhibeatur inſtrumentum fundationis, nihilominùs, quoad longiſſimè poſſumus, mente reſpicientes ſpatia ultimi temporis, facilè reperiemus, d. Commendam, juxtà antiquum ſtatum privativè ad Equites, non autem ad Cappellanos pertinuiſſe, eandemque, nullam paſſàm fuiſſe mutationem, aut diminutionem ſui antiqui ſtatus, quâ, veluti quadam regradatione privativè acquiſita fuerit inferiori gradui fratrum Cappellanorum.

Quod attinet ad primam aſſumpti noſtri partem, hæc ſatis probari videtur ex eo, quod D. de Gaudenos illam vindicet, ſibiquè adjudicari poſtulet, uti pertinentem ad gradum Cappellanorum vigore ultimi ſtatus, quem ab anno 1661. conſtitutum eſſe, dicit, ideòque ipſius confeſſione diverſitas antiqui ſtatus probata dici poſſet; Verumtamen, ut pleniùs Cauſæ ſatisfaciamus, paucis id confirmare non pigebit. Et primò quidem omnium ſupereminens hujus veritatis teſtimonium nobis perhibent Matriculæ, ſeù Cataſtra antiquiſſima Archiducatus Auſtriæ, vernaculo idiomate appellata *Cinlag*; quibus, veluti in ſpeculo, omnibus illius Regionis Ordinibus oſtenditur, cujus qualitatis ſint Bona, quæ ab ipſis poſſidentur, in dd. autem Matriculis Bona Commendæ adnotata reperiuntur tamquam pertinentia ad Equites, eoſque, qui apud eos nuncupantur Magnates, proindeque hujuſmodi adnotatione, & relatione Commendæ factâ inter Bona pertinentia ad Equites, perſpicuè probata dici debet illius qualitas, gradus, & ſtatus, cum hujuſmodi documenta plurimùm valere prò dignoſcenda Bonorum ibi deſcriptorum conditione, docuerint *Gloſſ. in cap.* cum ad audientiam *in verb. librum Cenſuale de præſcript.*, *& ibi Abb. num.*4., *Felin. num.*16., *Surd. conſ.* 151. *num.*10., *Menoch. de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*91. *num.*52. *lib.*3., *Boer. deciſ.*105. *n.*11., quemadmodum in ſimili materia dicimus, Libris Epiſcopi probari qualitatem, & ſtatum Beneficii, *Garz. de Benef. part.*5. *cap.*9. *ſub num.*83. *verſ. quibus plurimùm*, *Card. de Luc. de jurepatr. diſc.* 9. *num.*14., *diſc.*57. *num.*15., *Lotter. de re benef. lib.*2. *quæſt.*13. *nu.*150., *& ſeq.*, *Panimoll. deciſ.*10. *annotat.*1. *nu.*70., *Rota coram Ludoviſ. deciſ.*83. *num.*2., *coram Coccin. deciſ.*174. *n.*1., *in rec. deciſ.*13. *num.*3., *deciſ.*195. *num.*1., *& 2. part.*1., *deciſ.*172. *num.*7. *part.*3., *deciſ.*168. *num.*24. *part.*10., & de Libris Monaſterii, ſivè Eccleſiæ, præſertim ſi antiqui ſint, & legaliter retenti, *Cephal. conſ.*508. *num.*23., *& ſeqq.*, *Card. de Luc. de judic. diſc.*30. *num.*24., *Genu. de ſcript. priv. lib.*5. *cap.*1. *num.*10., *& ſeqq.*, *Rota coram Buratt. deciſ.*870. *num.*5., *coram Bich. deciſ.*86. *num.*11., *& ſeqq.*, ubi, quod illi excludant probationem Teſtium, ſi autem Commenda privative poſſeſſa fuiſſet à gradu, & ordine Cappellanorum, deſcripta minimè fuiſſet inter Bona pertinentia ad Equites, ſivè ad Ordinem Magnatitium d. Regionis, cui accenſeri, ſivè commiſceri minimè poteſt longè inferior gradus Cappellanorum; Tum quia in ſeſſionibus inter Equites, ſivè Magnates Provinciæ non reciperentur Cappellani, quibus numquam in illis locum fuiſſe, certum eſſe, dicitur in voto Eminentiſſimi Kolonitz; Tum etiam quia, ſi Bona Commendæ privativè pertinuiſſent ad Cappellanos, gaviſa minimè fuiſſent privilegiis, & exemptionibus, quibus fruuntur Bona Equitum, & Magnatum, ſed inſtar Bonorum, ad alios inferiores gradus Provinciæ pertinentium, duplicato contributionis onere prægravata fuiſſent, ut proſequitur idem Eminentiſſimus in ſuo voto, animadvertens, è re Sac. Religionis minimè eſſe, quod Commendæ poſſeſſor è Magnatum Ordine deturbetur, ejuſdemque Bona ſubijciantur oneribus, quibus obnoxia ſunt Bona aliorum Ordinum.

Augetur vis argumenti deſumpti ex deſcriptionibus factis in præfatis Matriculis, quià Commendæ omnes, quæ in eiſdem deſcribuntur inter Bona Ordinis Magnatitii, procul dubio privativè ſpectare noſcuntur ad Equites, eorumque incapaces prorſus ſunt fratres Cappellani: Contrà verò, ſi quæ Commenda, in eâ Regione reperiatur, quæ privativè ſit Cappellanorum, deſcribitur inter Bona Eccleſiaſtica, qualis eſt Commenda nuncupata *Ebenfurt*, quam privativè obtinent fratres Cappellani; idemquè diſcretivus modus ſervatur etiam in Commendis Militaris Ordinis Theuthonici, quæ ab illius Equitibus, vel Cappellanis poſſidentur, hac autem diſcretivâ rectè probari ſtatum Commendæ, de quà agitur, benè in ſimili docuit *Rota in Mantuana Bonorum* 2. *Julii* 1705. *coram Caprara*; nil enim proponitur, cur ad Equites privativè pertinere non debeat Commenda iſta relata inter Bona Equitum, & Ordinis Magnatitii, quemadmodum ad Equites procul dubio pertinent ceteræ omnes Commendæ, quæ in eumdem Bonorum Ordinem referuntur, ſed d. Commenda, ſi effecta fuiſſet propria Cappellanorum, diſpuncta fuiſſet ex ordine Equitum, ac Magnatum, quià hi in ſeſſionibus recipere noluiſſent fratres Cappellanos, atque etiam quia obnoxia facta fuiſſet oneribus, quibus ſubjacent Bona aliorum graduum; Supremus namque Princeps, totiuſque illius Regionis ſtatus confundi noluiſſent perſonarum gradus, & Bonorum naturam immutari, ſed illas ſuum antiquum ordinem, & ſeſſionem tenere; hæc verò ſuam antiquam naturam ſervare, voluiſſent, retentis fundamentalibus legibus, quibus Provincia regitur, & tùm Perſonis, tùm Bonis Magnatum Eccleſiaſticorum, Nobilium, & Civium diverſus ſtatus, & ordo conſtituitur.

Sta-

Statui desumpto ex antiquissimis hisce descriptionibus factis in Matriculis, consonat subsecuta observantia, quâ numquam, nisi Equitibus præfata Commenda collata reperitur; Nam, licèt antiquioribus temporibus Sacer Ordo Hierosolymitanus graves vices, & schismata in illis Regionibus passus fuerit, & Commenda hæc non ad normam Statutorum Ordinis, sed arbitrio supremi Principis conferretur, nihilominùs illam adeptæ semper fuerunt personæ, quæ sessionem, & locum in Ordine Magnatum retinere possent;
19 secutâ verò reunione Magni Prioratus Germaniæ, ejusque Magno Priore redeunte sub obedientiam Magni Magistri, quod, nonnisi anno 1589., & 1590. factum fuit, novem ab inde citrâ enumerantur hujus Commendæ collationes, juxtâ consuetam Statutorum formam, & Religionis mores factæ Equitibus, præviis smutitionibus Ven. Linguæ, & expeditionibus Bullarum Conventus, absque eo quod series tot smutionum interrupta umquam fuerit à Cappellanis, qui, nonnisi anno 1661. id attentarunt, quâ pro-
20 fectò possessione Commendæ tot seculis rètentâ semper à personis Equestris, & Magnatitii Ordinis, & continuatâ smutionum serie factâ ab Equitibus, non solùm inductus dicitur verus, & legitimus status privativus favore Equitum, ad quem effectum sufficeret sola quadragenaria, per *Text. in cap. cum de Beneficio 5.*, ibique *Gloss. in verb. legitima de præben. in 6.*, *Carbos. in cap. Consultationibus num. 7. de jurepatr.*, *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 55. num. 67.*, *& sequen.*, *Card. de Luc. de benefic. disc. 24. num. 14.*, *disc. 27 num. 18.*, *Ros. de execut. liter. Apostol. part. 1. cap. 6. num. 108.*, *& seqq.*, *Add. ad Pamphil. decis. 539. vers. limitatur quando*, *Rot. coram Buratt. decis. 636. num. 1. ibique Add.*, *in Barchinonen. Parochialis del Prat. 2. Decemb. 1695. §. Expediti ab inspectionibus coram Ursino*, *in Cracovien. Archidiaconatus 19. Aprilis §. Prout*, *& 26. Junii 1697. §. Tum quia coram Molines Decano*; Verùm præterea ex adeò diutur-
21 na pluriùm seculorum possessione præsumi potest quicumque magis proficuus titulus, Commendam privativè attribuens gradui Equitum, exclusis prorsùs fratribus Cappellanis, cum hæc sit virtus centenariæ, sivè immemorabilis præscriptionis, ut tradiderunt *Gabriel. de præscript. concluf. 1. num. 44.*, *Gonzal. ad reg. 8.*, *Cancell. Gloss. 18. num. 45.*, *& Gloss. 33. num. 4.*, *Rot. coram Verallo decis. 376. part. 2.*, *coram Buratt. decis. 673. num. 5.*, *coram Card. Cerro decis. 32. num. 6.*, *coram Emerix decis. 33. nu. 2.*, *decis. 498. nu. 3.*, *in rec. decis. 614. nu. 1. part. 2.*, *& decis. 115. nu. 7. part. 14.*; Centenariam enim
22 virtute parem esse immemorabili, disponitur in *cap. cum in tua 30. de decim.*, *& in L. quis diuturno ff. si servitus vindicetur*, *Rota dec. 150. n. 4.*, *& 5. part. 5.*, *& decis. 574. num. 10. part. 18. rec.*

Qui porrò status tam diuturnâ, atque vetutissimâ possessione firmatus, & coadjuvatus, ut dictum est, antiquissimis descriptionibus suprà relatis, dubius redditus dici nequit ex eo, quod unius seculi spatio, ab anno nempè 1450. usque ad annum 1559. Cappellani in multis antiquis documentis nuncupati reperiuntur Commendatores Viennæ; Huic enim objecto plures suppetunt validissimæ responsiones, quarum prima est, quod, licèt id legitimè factum dici posset à Cappellanis; nihilominùs, juxtà notas, regulas præ- 23
fato statui prævaleret alter posterior, series nempè novem smutitionum, ab anno 1590. semper factarum ab Equitibus; Altera est, quod status d. Commendæ desumendus minimè est ex iis, 24
quæ gesta fuerunt tempore, quo Magnus Prioratus Germaniæ separatus fuit à Religione; Si enim attendendum esset tempus schismatis, quod 25
unius ferè seculi spatio duravit, Magnus Prior Germaniæ se dicere posset Magnum Magistrum Sacræ Religionis, quemadmodum per ea tempo- 26
ra hunc titulum usurpabat, pròut etiam Commendæ non ampliùs ad normam stabilimentorum Sacræ Religionis Hierosolimitanæ smuti- 27
rentur ab antianis Linguæ, sed indifferentèr Germanis, Italis, Gallis, Hispanis arbitrio Cæsareæ Majestatis distribuerentur, quemadmodum antea distribui consueverant: Illius itàque status metiendus est, atque firmandus ex tempore, quo facta fuit reunio Magni Prioratus, & Magnus Prior, ceterique Germanicæ linguæ Equites rediverunt ad obedientiam Sacræ Religionis, & Magni Magistri. Denique postrema responsio est, quod Cappellani, licèt se quandoque denominaverint Commendatores S. Joannis Viennæ, nihilominùs hujusmodi denominationem non assumebant, quia reverà Commendam smu- 28
tivissent, eamque possiderent, sed hunc titulum usurpabant, quia tunc temporis servitium præstabant Ecclesiæ, & Parochiis Commendæ, quibus eorum loco hodiè deserviunt simplices Sacerdotes, ideòque pro dignoscenda qualitate, & 29
statu Commendæ, attendendæ minimè sunt hujusmodi abusivæ denominationes, quæ fortè, etiamsi adesset verus Commendatarius gradus equestris, eodem tempore à pluribus Cappellanis usurpabantur, quod tamèn fieri nequisset, si reverà Commenda in titulum data 30
fuisset, hæc enim, instar Beneficiorum, individua est, sed inspicere debemus, quisnam reverà Commendam non per abusivam solam denominationem, sed per veri tituli collationem adeptus fuerit, quis sessiones in Provinciarum statibus retinuerit, & an Is ad normam dd. Matricularum inter Equestris, ac Magnatitii Ordinis, vel potiùs inter inferioris gradus personas locum habuerit? quæ omnia Jura numquam ad Cappellanos translata; Cum semper apud Equites remanserint; nullo proindè numero habendæ sunt enun- 31
ciativæ, & inanes tituli, à Cappellanis usurpati, qui evertere nullo pacto possunt verum d. Commendæ statum, *Rota coram Bich. decis. 467. n. 17.*, *coram Emerix jun. decis. 34. num. 28.*, *in Comen. Parochialis 22. Aprilis 1697. §. finali coram Muto*, *confirmata in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. coram de la Tremoille*.

Jure igitur, meritòque, neglectis vanis denominationibus, Visitatores deputati anno 1559. ad perficiendam reunionem magni Prioratus

cum

cum ſacra Religione, illumque reſtituendum, juxtà Ordinis regulas, ad primæum ſtatum, declararunt, Commendam hanc non ad Fratres Cappellanos, ſed ad Equites privativè pertinere;
32 Cui ſanè declarationi, utpotè factæ causâ cognitâ, & in actu proportionato promananti à perſonis minimè ſuſpectis, plurimum deferendum eſt, ad tradita per *Rot deciſ.* 164. *num.* 12., *&* 13. *part.* 10. *rec.*, *& in Romana Cappellania* 14. *Junii* 1650. *§.6. concurrunt coram Card. Vicecomite*: veriſimile namque non eſt, quod dd. Equi-
33 tes id declaraſſent, ſi reverà qualitatem, & ſtatum Commendæ rectè non noviſſent, exemplo ſimilium declarationum tempore viſitationis factarum ab Epiſcopis, juxtà ea, quæ tradunt *Barboſ. de Offic.*, *& poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 72. *n.*20. *in fin.*, *Vivian. de Jurepatr. part.*2. *lib.*11. *cap.*5. *num.*24., *Rota coram Zarat. deciſ.* 50. *nu.* 2., *coram Duran. deciſ.*413. *num.*3., *coram Millin. deciſ.* 264. *num.*3., *coram Buratt. deciſ.* 119. *num.*6., *coram Card. Seraph. deciſ.*1232. *num.*2., *coram Peuting. deciſ.*471. *num* 7., *in rec dec.*168. *num.*24. *part.*10., *deciſ.*148. *num.* 11. *part.* 15., *in Gerunden. Beneficii* 26. *Aprilis* 1697. *§. In comprobationem coram Priolo*, *in Placentina Juriſpatr.* 20. *Junii* 1701. *§. Conſtatque coram de la Tremoille*, *In Aretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. *§. Quod verò obſervantia coram Anſaldo*, *in Aſculana Juriſpatr.*26. *Januarii* 1703. *§. Accedunt coram Scotto*.

Conſultò omittimus quamdam d. Commendæ dimiſſionem, anno 1612. factam in manibus Emi Magni Magiſtri ab Equite Com. Simone Thun., ducto errore, quod eadem eſſet de ſtatu Cappellanorum, quià d. dimiſſionis efficaciam deſtrueret ſubſecutus deinde ſtatus pluſquam
34 quadragenarius, quem ſufficere ad novum conſtituendum ſtatum, alibi docuimus, atque etiàm, quià fortè Magno Magiſtro integrum non erat ſinè Voto Ven. Conſilii admittere d. Commendæ dimiſſionem, atque determinare, ad quem gradum, Equitum nempè, vel Cappellanorum illa pertineret, et deniquè re deindè meliùs cognità, idem Magnus Magiſter unà cum Conſilio, & Lingua, detecto errore, & falſo ſuppoſito, quo Eques Simon Thun ad actum dimiſſionis devenerat, eamdem Commendam adjudicavit Equitibus de Cabimento.

Alia his prò conſtabiliendo antiquo, & primævo ſtatu controverſæ Commendæ ſuperaddere poſſemus, quæ tamen conſultò miſſa facimus, quià jàm deducta exuberant, ideòque proficiſcimur ad probandam alteram partem aſſumpti noſtri, quod nempè legitimus Commendæ ſtatus auctoritate vetuſtiſſimi temporis, & tot ſmutitionum ſeriè legitimè firmatus, immutatus minimè fuerit ejuſdem adjudicationibus, anno 1661., & 1685. à Ven. Conſilio factis favore Fratrum Cappellanorum, Ex illis enim vel deſumere volumus obſervantiam deſtructivam anterioris ſtatus, vel afferuntur tamquàm habentes auctoritatem ſententiarum, & rerum Judicatarum, novum ſtatum conſtituentium, novamque formam tribuentium d. Commendæ; Si prò obſervantiâ inducendâ allegentur, fruſtrà omnis labor impenſus videtur: Nàm in ſubjectâ materia vix ulla habetur regula certior illâ, quâ dicitur, ob- 35
ſervantiam, ad effectum, de quo agitur, induci nullatenus poſſe ex actibus effectum minimè ſortitis, *Barboſ. in cap. Conſultationibus num.*7. *de Jurepatr.*, *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. Gloſ.* 45. *num.*36., *Phirr. Corrad. in prax. benefic. lib.*4. *cap.* 4. *num.*12., *Lotter. de re benefic. lib.*2. *quæſt.* 18. *num.*21., *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.*63. *n.* 18., *Rota coram Emerix jun. deciſ.* 830. *n.*3., *& deciſ.* 850. *nu.* 2., *in rec. deciſ.* 17. *nu.*3. *part.* 18., *in Vgentina Juriſpatr.* 2. *Maii* 1692. *§. Neque his cum ſeqq. coram Hervault. Archiepiſcopo Turonen.*

Collationes autem, ſivè Commendæ adjudicationes factæ Fratribus Cappellanis pacificam, & continuatam effectuationem ſortitæ minimè fuerunt; Nàm Cappellanus de Amico, qui illam obtinuerat anno 1661., eamdem anno 1665. reſignavit Equiti de Valdeſtein; Cappellanus 36
verò Baldus, proviſus anno 1685. ſequenti anno pariter illam dimiſit Equiti Sigiſmundo Comiti à Thun, receptâ à Cappellanis modicâ quadam penſione, ex quibus dimiſſionibus factis favore Equitum, evidens, & apertum fit dictarum adjudicationum ineffectuatio; Si enim præfati Cappellani pacificè illas retinere potuiſſent, eiſdem ſe non abdicaſſent, ſed neceſſitate ducti eas dimiſerunt, quià deſperabant, Commendæ poſſeſſionem unquam ſe fore adepturos; Numquam enim ſeſſionem habuiſſent intèr Magnates, illaſque coacti fuiſſent ſolvere contributiones, quæ pro Bonis inferiorum ſtatuum pendebantur; ideòque amicâ concordiâ rem conficere maluerunt, Commendam dimittendo Equitibus, congruâ receptâ penſione, quo caſu ex hujuſmodi actibus nullus inductus dici poteſt ſtatus, aut quæſita pacifica quaſi poſſeſſio, cum Partes non tranſigant, niſi in rebus dubiis, & ſuper quibus eſt 37
controverſia, *Rot. in Nicien. decimarum* 23. *Junii* 1690. *§. Sed partes loco proſequendi cum duobus ſeqq. coram Hervault.*; Et ſanè, ſi præfati Equites Commendam ſemper retinuerunt, ſi illius fructus perceperunt, ſi in eâ Regione pro Commendatariis reputati fuerunt, eò, quod intèr Magnates ſeſſionem habuerunt, & gaviſi fue- 38
runt exemptionibus conceſſis Bonis ſupremi Ordinis Magnatitii, quonàm pacto immutatus dici poterit ſtatus præfatæ Commendæ, quæ, ſi ad Cappellanos translata fuiſſet, magnam ſui ſtatus diminutionem ſenſiſſet, quem tamen retinuit eò, quia Commendæ titulus in perſona Equitum radicatus ſemper apparuit, cum quorum gradu 39
ſi incompatibilis fuiſſet ob privativam pertinentiam ad Cappellanos, quonam pacto ſemel, atque iterum permiſſa fuiſſet illius dimiſſio facta favore perſonæ, gradus, & ſtatus incompatibilis?

Minùs enim eædem adjudicationes factæ favore Cappellanorum officere poterunt, ſi eaſdem inſpiciamus, uti novum imprimentes ſtatum, quia, 40
ut in ſubjectâ materia ſententiæ evertere poſſint primævum ſtatum, legitimè conſtitutum, oportet, eaſdem juſtificari ex actis, tùm ex regula genera- 41
li,

li, quod sententia finè actis nihil probat, tùm cla-
42 riùs, quia sumus in prohibitis, in quibus, ne quod directè fieri nequit, indirectè tentetur, atque lex magis verbis, quàm rebus imposita sit, necessariò requiritur talis justificatio, ne aliàs sub nomine sententiæ fiat nova erectio, ut egregiè more suo ratiocinatur *Card. de Luc. de Beneficiis disc.* 14. *nu.*10. *& seq.*; Si autem afferrentur dd. sententiarum, sivè adjudicationum acta, fortè illicò detegeretur illorum insubsistentia; Innixæ enim apparent tùm aliis, tùm præcipuè illi supposito, quod Commenda privativè pertineret ad Cappellanos, quod tamèn adversari probavimus antiquo, & originario illius statui legitimè probato.

Præterea, si inspiciamus adjudicationem factam favore Cappellani de Amico, hæc nullo pacto officere potest; Nam ad illud judicium non fuit vocatus, nec auditus Procurator Prioratus Bohemiæ, qui Melitæ aderat, juxta Religionis stabilimenta, & Eques de Portia contrariam sententiam passus, litem prosequi non poterat nomine Prioratus, & Ven. Linguæ absque consensu trium ex quatuor Votantium partibus,
43 proindèque d. sententia subjacet censuræ tituli *ff., & Cod. quandò res inter alios acta, de quâ Soccin. conf.*181. *num.*85. *lib.*3., *& conf.* 75. *nu.*20. *lib.*4., *Mart. Medic. decis.*64. *num.* 1., *Rot. coram Bich. decis.*550. *num.*1., *coram Dunozet. jun. decis.*362. *num.*10., *coram Emerix jun. decis.*52. *num.*2., *decis.*683. *num.*10., *decis.* 668. *num.*9., *in rec. decis.*140. *num.*4. *part.*19., Eòque certiùs eadem inefficax remanet ob coæquale interesse,
44 quod in dicta Commenda habebant Equites omnes Magni Prioratus Bohemiæ, cujus idcirco procurator citandus omnino erat, ut sententia
45 eos quoque afficere posset, cùm de natura parium sit, quod alteri per alterum incommodum inferri nequeat, *Rota coram Bich. decis.* 540. *n.* 4., *Gratian. discept.* 531. *num.*73., *Peregrin. de fideicomm. art. ult. num.*44., *Vincent. de Franch. decis.*523. *num.*17., *&* 18., *& decis.*524. *num.*1.

Quæ si procederent in casu etiam, quo Procurator Equitis Portiæ viriliter Causam defendisset,
46 quanto potiori Jure justum locum sibi vindicabunt in casu nostro, tùm quia ille Causam virilitèr defendere neglexit, solùmque comparuit, prò petenda deputatione Commissariorum, oportuno tempore habenda, quâ denegatâ, sententia irregulari, ac præcipiti ordine lata fuit; ideòque præjudicare nequivit aliis Equitibus non citatis, neqùe defensis, etiamsi sententia
47 suaptè naturâ posset aliis nocere, *ad Text. in L. Præses C. de pignor.*, *Bart. in leg. Ingenuum ff. de stat. homin.*, *Merlin. Pignattel. lib.*1. *cap.* 62. *num.*11., *Mart. Medic. decis.*64. *num.*8. *& seq.*, *& num.*11., *& examinat.* 39. *num.* 14. *& seqq.*, *Rot. in rec. decis.*588. *num.* 3. *part.* 1., *decis.*41. *num.* 6. *part.* 13., *Rot. coram Bich. d. decis.*550. *num.* 5., tùm etiam, quia illam subsecuta non
48 fuit pacifica observantia, quà Amicus controversam Commendam retinuerit cum scientiâ, & patientiâ Equitum, in quorum præjudicium de novo statu constituendo agebatur, *Selva de Benefic. part.* 2. *quæst.* 8. *num.* 3., *Gonzalez ad reg.* 8. *Cancellar. Glos.* 45. *§.*2. *nu.*42., *Lotter. de re benefic. lib.*2. *quæst.*21. *num.* 83., *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.*63. *num.* 22., *Gratian. discept.*577. *num.*1., *Rota in Bononien. Parochialis super manutentione* 2. *Februarii* 1680. *coram Vice-Comite.*

Ex iisdem rationibus rejicitur adjudicatio, anno 1685. facta Baldo, quæ præterea antiquo 49
Commendæ statui officere minùs posset, quia ille anno sequenti jus omne suum dimisit Comiti à Thun, atque etiam, quia ex d. tempore dinumerare minimè possemus tempus sufficiens ad novum inducendum statum; quia, cum antiquus constabilitus reperiretur auctoritate temporis 50
immemorabilis, pro eo evertendo quadragenarii saltem temporis spatium requirebatur, *Marescott. var. resolut. lib.*1. *cap.*55. *num.*70. *& seq.*, *Gonzalez ad Reg.*8. *Cancellar. Glos.*7. *num.*25., *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 34. *num* 45., *Rosa de executione lit. Apostolic. cap.*6. *n.*109., *& nu.*122., *Panimoll. decis.* 10. *adnotat.*3. *n.*29.

Hæc igitur cum ità se habeant, & nullatenus possit ex dd. adjudicationibus elici novus Commendæ status antiquo contrarius, frustrà pro eo coadjuvando afferuntur alia similia Decreta, occasione similium controversiarum super aliis Commendis ejusdem Prioratus à Sacro Consilio edita favore fratrum Cappellanorum; Ab illis enim facilè nos expedire possemus, respondendo, quod, quando deficit jus, & causa universa- 51
lis æqualiter plura determinans, ex statu unius Commendæ inferri nequeat ad statum alterius, cum non repugnet, in una, eademque Lingua 52
plures adesse Commendas diversi status, quemadmodum in re beneficiaria frequens est, quod 53
in una, eademque Ecclesiâ, indifferentèr fundata reperiantur Beneficia Jurispatronatus, & liberæ collationis, & Regularia, atque secularia, *Rota coram Buratt. decis.*832., *& decis.* 826., *in Mediolanen. Præposituræ* 8. *Martii* 1695. *§. Minimè adversantibus coram Muto*; Verumtamèn magis præcisè ad dd. etiam Decreta respondendo, dicimus, quod, licèt ad favorem Testaferratæ superveniisset etiam mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis, nihilominùs lis adhuc indecisa pendet in Romana Curia, quod satis esset, ut ex 54
eiusmodi collatione nullus elici posset status, *Rota coram Gregor. decis.*417. *num.*4., *in rec. decis.* 252. *num.* 9. *part.* 10., *coram Alexandr. VIII. decis.*234. *num.* 26., altera verò lis orta super Commenda Olleistein, post interpositam appel- 55
lationem composita fuit transactione, ideòque, ut alibi diximus, ex actu litigioso, & amicâ concordiâ sopito nullus elici potest legitimus status.

Reliquum esset, ut ageremus de promiscuitate, quâ d. Commendam indiscriminatim ab Equitibus, & Cappellanis smutiri posse, dicitur; Verùm promiscuitas ista excluditur iis omnibus, quibus hactenùs favore Equitum firmavimus privativum illius statum, immò verò, quàtenùs promiscuitas ista probata dici posset, Commenda adjudicanda esset D. Com. à Konikeh., utpotè 56
antiano, & habenti qualitates omnes requisitas à stabilimentis Sacræ Religionis, quibus caret

D. de Gaudenos, petens, ſuſpendi illius proviſionem, donec ipſe capax fiat, *Rot. in rec. dec.* 112. *num.* 26. *part.* 8., *deciſ.* 279. *num.* 13. *part.* 10., *deciſ.* 88. *num.* 1. *part.* 8., *in Sutrina Canonicatus* 21. *Junii* 1706. §. *Cum enim Fundator coram Priolo*, & in noſtris terminis *coram Coccin. deciſ.* 2213. *num.* 3. ; Satis itàque illi non eſſet ſola promiſcuitas, ſed oporteret, ab eo afferri diviſiones, & partitiones Commendarum, quæ prò bono pacis factæ reperiuntur in aliis Prioratibus, quodque in tali repartitione d. Commenda privativè aſſignata eſſet Fratribus ſervientibus, quod certè in magno Prioratu Bohemiæ factum minimè reperitur ; mihi enim ſupponitur, nonniſi ab anno 1631. citrà, ibi receptos fuiſſe Cappellanos Conventuales.

Romana Dotis Cappellæ Sancti Matthæi.

Heres debitor annui reditus centum aureorum, prò duplicis Cappellaniæ dote à Teſtatore legati, & ex tranſactione initâ cum Eccleſiâ, facultatem habens ab eâ obligatione ſe liberandi per ſolutionem certæ quantitatis, tunc reſpondentis valori annuæ præſtationis, ſed poſteà ex viciſſitudinibus temporum longè imparis effectæ, non aliter ex ſtricti juris ratione, quàm ſolutione quantitatis conſtituendo annuo reditui centum aureorum idoneæ, ab ejuſdem annuæ præſtationis obligatione liberatur: Quamquam cum eo benigniùs agi, æquitas quædam expoſtulet.

VOTUM IX.

1 *Tranſactio ut valeat, præcipuè ſuper Bonis Eccleſiæ, juxtà cauſſa requiritur*, & nu. 15.
2 *Subſtantia legati, his verbis concepti* = ejuſque officii causâ annuos reditus 100. ſimilium aſſignent = *incipit ab annuis reditibus, quantitas verò demonſtrativè adjecta cenſetur.*
3 *Cappellaniæ dos regulariter conſtituta cenſetur in ſpeciebus, ſeù fundis perpetuis.*
4 *Legato quantitatis non congruit verbum* aſſignetur.
5 *Sed illud propriè ſolvi dicitur.*
6 *Legata ſpecierum* tradi, & aſſignari *dicuntur.*
7 *Legato annuæ quantitatis pro dote Cappellaniæ non ſatisfacit heres aſſignando fundum.*
8 *Legatum annuæ quantitatis tamdiù durat, quamdiu durat hereditas.*
9 *Legato annuæ quantitatis pro dote Cappellaniæ non ſatisfacit heres aſſignando fundum, etiam cum conſenſu Legatarii.*
10 *Legato annuo reditu, debita, vel promiſſa dicuntur tot Bona, quæ illum conſtituant.*
11 *Legato annuo reditu, heres traditione Bonorum, eum reditum conſtituentium, ab omni onere, & periculo liberatur.*
12 *Nec ob decrementum poſteà ſecutum ad aliquid ſupplendum teneretur.*
13 *Legato annuo reditu, an heres jus habeat eligendi ſolutionem Legati in pecuniâ, vel in ſpecie?*
14 *Heres facultatem habet præſtandi Legatum annui reditus in pecuniâ, quoties id in tranſactione conceſſum fuerit.*
16 *Lis poſt lapſum centum annorum talis fuiſſe præſumitur, quæ juſtam tranſactioni cauſſam præbuerit.*
17 *Lis ut tranſactioni cauſſam præbeat, ſatis eſt, quod calumnioſa non fuerit.*
18 *Tranſactio cum Eccleſiâ initâ abſque Apoſtolico Beneplacito, non valet.*
19 *Ex tranſactione, non autem ex teſtamento Eccleſia pro annuo reditu egiſſe præſumitur, quoties non ſimul egit prò perfectione Cappellæ, à Teſtatore demandatâ.*
20 *Tranſactioni Beneplacitum Apoſtolicum acceſſiſſe, ex centenariâ obſervantiâ præſumitur.*
21 *Tranſactionis juſtitia metienda non eſt ex fortuitis caſibus, quibus ſubjacet pecunia, vel fundus, ab herede aſſignandus prò Legato annui reditus.*
22 *Annuo reditui, à Teſtatore relicto æquivalere debent Bona pro eo adſignata.*
23 *Annui reditu legato ex certo fundo, heres præſentatione fundi liberatur.*
24 *Heredis damno cedit interitus, vel diminutio annui reditus præſentandi ex totâ hereditate.*
25 *Annui reditus æſtimatio facienda eſt eo tempore, quo ceſſit, & venit dies Legati,* & n. 29.
26 *Contrahentes, ſi in traditione ſtabilium reſpexerunt ad quantitatem redituum, ad eamdem quoque reſpexiſſe dicendum eſt in ſolutione pecuniæ, loco ſtabilium ſubrogandæ.*
27 *Diſpoſitio dividi non debet, nec determinatio reſpiciens plura determinabilia.*
28 *Liberatio ex pecuniæ depoſito conventa, intelligenda eſt, ſi pecunia depoſita reſpondeat valori annuæ præſentationis debitæ.*
30 *Annui reditus æſtimatio, quoties, ex facultate per tranſactionem datâ, debitor ab eo liberare ſe velit ſolutione ſummæ capitalis, facienda eſt, inſpecto tempore ſolutionis.*
31 *A piis fundationibus ne fideles avertantur, æquitate potiùs, quàm ſtricto juris rigore agendum eſt.*
32 *Pro duplicis Miſſæ quotidianæ perpetuæ eleemoſyna (exceptis diebus feſtivis Dominicis) ſufficit annua quantitas ſcut.* 120.
33 *Miſſæ perpetuæ eleemoſyna in Juliis duobus præſcripta fuit à S. M. Vrbano VIII.*
34 *Miſſarum reductioni locus non eſt, quoties eleemoſyna manualis ſupereſt.*

INTER pia Legata in ſuo ultimo teſtamento ordinata a clar. mem. Cardinali Contarello, demandata legitur Inſtitutio Collegii duodecim Præsbyterorum fundandi in Eccleſia S. Ludovici Nationis Gàllicanæ, aſſignatâ eidem congruâ dote redituum ſcut. 800. auri in auro; deindeque injuncto heredi onere perficiendi Cappellam S. Matthæi, in eadem dictus Teſtator fundari voluit duas Cappellanias, cum onere uni-

re unius Missæ quotidianæ, exceptis diebus Dominicis, & in hanc causam constituit exuberantem dotem in tot annuis reditibus, ibi = *ejusque officii causâ annuos redditus scut.* 100. *similium ... assignent* =, ac præcepit, quod, si dicta Ecclesia non acceptasset onus fundationis Collegii, prout infra mensem declarare tenebatur, loco unius subiret onus celebrationis duplicis Missæ quotidianæ.

Mortuo autem Testatore, cum super adimplemento dd. Legatorum graves exortæ fuissent controversiæ in Tribunali Reveren. Fabricæ agitatæ inter Rectorem, & Administratores dictæ Ecclesiæ ex una, & bon. mem. Abbatem Crescentium, aliosque filios Virgilii Crescentii Executoris, & heredis dicti Cardinalis ex altera, eædem causam dederunt transactioni, in qua dictus Abbas Crescentius, tàm nomine suo, quàm fratrum, pro quibus promisit de rato, se obligavit solvere in causam dotis dd. Cappellaniarum scut. 100. auri in auro, & firmâ remanente ceterorum Bonorum obligatione, specialitèr pro dicta præstatione obligavit pensiones cujusdam domus hereditariæ Card. Contarelli, pluribus præterea favore Ecclesiæ adpositis pactis pro faciliori dd. scutorum centum aureorum exactione.

Verumtamen in eodem Instrumento concordiæ conventum fuit, quod tàm DD. de Crescentiis transigentibus, quàm eorum heredibus, & Successoribus liceret se liberare ab onere d. annuæ præstationis, tradendo tot Bona similis reditus, vel realitèr deponendo in sacro Monte Pietatis scuta 1500. auri in auro, relictâ debitori electione tradendi tot Bona, vel solvèndi d. quantitatem, qua tamen emerentur tot stabilia similis reditus, subroganda loco d. perpetui annui reditus, relicti pro Cappellaniarum dote; hac adjectâ declaratione, quod sive assignarentur Bona, sive fieret d. pecuniæ depositum, DD. de Crescentiis plenè liberati censerentur tàm ab onere præstandi imposterum dd. annuos reditus, quàm ab omni periculo speciei tradendæ, & quacumque aliâ curâ Investimenti, quod curandi onus ad Rectorem, seù Administratores Ecclesiæ pertinere voluerunt.

Cùperent hodie DD. de Crescentiis vigore hujusmodi conventionis se liberare a dictæ annuæ præstationis onere, non quidem rigorosè utendo juribus, & pactis transactioni adpositis; agnoscunt enim, quod facultas, seu electio reservata heredi deponendi scuta 1500. auri tenderet in evidens Ecclesiæ præjudicium, si illius vigore plenariam liberationem consequi contenderent; Nam post lapsum unius seculi, & amplius, mutato rerum statu, nemo non videt, scut. 1500. auri non parere annuos reditus aureorum centum, sed equi, bonique ratione agendo, se paratos exhibent solvere congruam pecuniæ quantitatem; ideoque, attentâ hujusmodi oblatione, quæsitum a me fuit, ut pro veritate sententiam meam dicere vellem, num scilicet justum locum habere possit honesta aliqua transactio?

Cum autem semper, tùm præcipuè, quum illa celebratur super Bonis Ecclesiæ, ad ejusdem 1
validitatem requiratur justa causa, *Rodoan. de reb. Eccles. non alien. cap.* 10. *num.*12., *Valleron. de Transact. quæst.*23. *num.*2., *& seqq.*, & hæc in subjectâ materiâ æstimari non possit ex Ecclesiæ utilitate, siquidem DD. de Crescentiis non offerunt pinguiorem præstationem, sed ab ea, quam solvunt, se exonerare cupiunt, tradendo quantitatem, quæ minor sit capitali reddente annua scuta 100. aurea, justam proindè transigendi causam dijudicare debebimus ex qualitate Relicti, ab obligatione heredibus imposita in testamento Cardinalis Contarelli, & ab efficacia dictorum pactorum, & conventionum, in dicta transactione contentorum.

Quod attinet ad qualitatem, seù substantiam Relicti, illam dignoscimus ex verbis dispositivis, quibus conceptum legitur, quæ ita se habent, *ejusque officii causâ annuos redditus scut.* 100. *similium assignent*, cum igitur, his inspectis ver- 2
bis, substantia Legati incipiat ab annuis reditibus, hi dicendi erunt esse in obligatione, & quantitas scut. 100. adposita censebitur, ut sciretur quot, quantique illi esse deberent, per ea, quæ tradunt *Ruin. cons.*65. *num.*8., *&* 9., *& per tot. lib.*1., *Gratian. discept.* 116., *idem decis. Marchiæ* 141., *Cyriac. contr.*390. *nu.*41.

Idque confirmari potest tum ratione subjectæ materiæ, nam agebatur de dote Cappellaniarum, quarum constitutio regulariter facta 3
censetur in speciebus, seù fundis, qui perpetui sunt, prout sunt perpetua onera Cappellanis injuncta, *per Text. in cap.*1. *de Cens.*, *Vivian. de Jurepatron. part.*1. *lib.*1. *cap.*4. *num.*3., *& seqq.* tum etiam, quia Testator usus fuit verbo *assi-* 4
gnentur, quod non congruit Legato quantitativo, quippe illud propriè solvi dicitur, per ea, 5
quæ tradit *Rota decis.* 98. *num.*6. *part.*18, sed convenit Legato specierum, quæ tradi, & assi- 6
gnari dicuntur, *Spad. cons.*291. *num.*2. *lib.*3., *clar. mem. Card. de Luc. de donat. disc.*52. *sub num.*4. *vers. Tertiò quia*, *& disc.* 105. *num.*3., *&* 13. *Rota coram Millino decis.*13. *num.*1., *& coram bon. mem. Emerix Jun. decis.* 34. *num.*3.

Ex notione autem substantiæ, seù qualitatis Relicti facilè dignoscitur qualitas obligationis heredis; Nam, si illud reverà confiteret in quan- 7
titate, heres non satisfaceret assignando fundum, *Rota coram Cerro decis.* 433. *num.* 2., *& decis.*165. *per tot. part.*9. *rec.*, nec liberaretur illius traditione, vel solutione æquivalentis quantitatis, eò quia, quamdiù duraret hereditas, durare diceretur onus certam solvendi 8
quantitatem, illi impositum, *Pignatell. consult.* 110. *num.* 10., *&* 12., ubi, quod neque hoc casu suffragaretur consensus Legatarii, nam 9
pereuntibus fundo, vel quantitate ab herede assignata, hereditas liberata non censeretur in præjudicium Testatoris, cujus favore Missarum celebratio, & aliorum piorum operum implementum injunctum dicitur *tom.*9.

At verò, si Legatum consistat in annuo reditu, hic esse dicitur in dispositione, & in obbligatio- 10

ne, ideoque debita, vel promissa dicuntur tot Bona, quæ illum constituant, optimè *Spad. dict. cons.*291. *per tot. lib.*3., *clar. mem. Card. de Luc. de donat. disc.*38. *num.*22., & benè distinguit *Rota coram Cerro dict.decis.*433. *num.*1.,*& seqq.*,
11 & heres illa tradendo liberaretur ab omni ulteriori onere, & periculo, itaut augmentum omne, & decrementum, tractu temporis superveniens, cederet utilitati, vel damno Legatarii,
12 absque eo quod heres ob decrementum postea subsecutum ad aliquid supplendum teneretur, *Palm. alleg.*182. *num.*2., *Rota coram Cerro dict. decis.*433. *num.*8., *& 9.*, *decis.*62. *num.*7. *part.* 11. *rec.*, & hoc casu disputari solùm posset, an
13 heredi supereresset jus eligendi solutionem Legati in pecunia, loco præstandi speciem, quæ quæstio latè pertractata à *Cyriaco contr.*390., & ab eodem decisa favore heredis, penitus cessat in
14 casu nostro ob electionem expresè heredi præservatam in transactione, quæ hac ex parte, omnino valida mihi videtur, quia nihil aliud facit, quàm deducere in pactum facultatem, ceteroquin de jure heredi competentem.

Quapropter superfluum esse,censeo, assumere
15 disputationem super illius validitate, de qua tamen ambigi non posse videtur, quia facta apparet ex justâ causâ, prò componendâ videlicet lite vigente in Tribunali Rev. Fabricæ, cujus litis status, cum post lapsum centum, & ul-
16 tra annorum recognosci nequeat, certè præsumi debet, fuisse talem, ut justum transactionis locum reliquerit,hodiè enim temerè diceretur, illam intentatam fuisse per calumniam, ideòque
17 præbere nequivisse sufficientem transigendi causam, ad quam sufficit, ut absit calumnia, *Rota in Bononien. transactionis* 8.*Junii* 1682. *§.Neutrum hoc casu coram bon. mem. Guaxado*, *in Sypontina*, *seù Versana Dotis* 1.*Junii* 1693. *§.Penultimo coram Reverendissimo d' Hervault Archiepiscopo Turonen.*, & alibi passim, eademque
18 impugnari nequit, tamquam non ratificata ab Ecclesiâ, illiusque Administratoribus, & destituta Beneplacito Apostolico, nam adesse dicitur solemnis ratificatio rogata die 30. Novembris 1597. à Joanne Juliano Clerico Lemovicensi Notario publico, quà Ecclesia contra DD. de Crescentiis judicialiter usa fuit, coram A. C. illam producendo per acta Simoncelli 6. Junii 1648., & propterea concurrit plusquam centenaria observantia; siquidem Ecclesia annuascuta 100. aurea exegisse videtur non vigore te-
19 stamenti, sed transactionis; Nam, si putasset, jura sua persequi posse ex testamento,non solùm egisset prò annua præstatione, sed etiam prò perfectione Cappellæ, demandata à Testatore, & hæc observantia clarior redderetur, si, ut dicunt DD. de Crescentiis, inspicere liceret libros Ecclesiæ, in quibus, & approbatam concordiam, & in illius executionem exactiones factas
20 legi, affirmant; Ex hac autem longæva observantia consurgit præsumptio Beneplaciti Apostolici, ex notis juribus, licèt mihi supponatur, dictam Regiam Ecclesiam illud in suis Contractibus adhibere, aut requirere numquam consuevisse.

Ex his licèt pateat, quod justitia transactionis regulanda non sit ex futuro eventu, & for- 21
tuitis casibus, quibus subjacent pecunia, vel fundus, ab herede assignandus, itaut, si intereat, vel minùs idoneus fiat, heredis non interfit, nihilominùs non venit in dubium, quin regulariter tàm pecunia, quàm fundus, qui traditur in actu assignationis, æquivalere debeat annuo reditui,à 22
Testatore relicto, itaut justâ proportione invicem commensurentur, cum non agatur de annuo reditu, Legatario tradendo ex certo fundo, 23
à Testatore taxativè demonstrato, cujus proindè traditione heres liberetur, sed præstandus est ex hereditate, nullis taxativè designatis Bonis, quo casu illius interitus, vel diminutio ce- 24
dit damno heredis, ut distinguunt *Rosa consult. 6.sub num.*1., *Barrii de succes. lib.*9. *tit.*49. *sub num.*9., *Sadarinus respons.*7. *num.*6., *& seqq.*, *Gusman. de evict. quæst.* 30. *numer.* 88. *& seqq.*, *Marcian. cons.*41. *num.*4., *& seqq.*, *in Romana locorum Montium* 21. *Martii* 1694. *coram Beninca sa*, *& in Romana*, *seù Forolivien. Legati* 5. *Junii ejusdem anni coram Reverendissimo Decano*, *cum aliis in Algaren. Legatorum* 16. *Januarii* 1696. *coram de la Tremoille*, unde quæri solùm posse videtur, an rigorosa ista propositio servanda sit in concreto casus nostri, in quo adest dicta transactio.

Et quidem favore heredis urgere videtur illius tenor, juxta quem dici non posse videtur, transigentes respexisse ad istam proportionem inter quantitatem solvendam, & annuos reditus, dum heredes, facto depósito, eoque in æde sacra adscripto nomini Ecclesiæ, statim liberari voluerunt,etiamsi depositum periisset,vel numquam ab Ecclesia fuisset investitum, ideòque cogitatum dici nequit de æqualitate, & quantitate fructuum, qui fieri poterant, ut nulli umquam perciperentur.

Præterea in hujusmodi assignationibus faciendis ab heredibus,æstimatio fieri debet,habitâ 25
ratione ad valorem, Legato reddituum æquivalentem tempore testamenti, & quo cessit, & venit dies Legati, ut tradit *Cyriac. contr.* 390. *num.*40. *verf. Senatus tandem*; si autem attendatur valor hujusmodi temporis, nemo non videt,heredes,habentes electionem offerendi Legatariis pecuniam, vel Bona, liberari posse, deponendo quantitatem longè minorem illâ,quam offerunt.

At nihilominùs crederem, verius esse, transigentes respexisse ad æqualitatem inter reditus relictos, & quantitatem, seù fundum tradendum, ideòque hanc requiri in taxatione quantitatis hodie solvendæ, nam transactio nullo pacto inita dici potest ad heredes aliqua ex parte exonerandos ab obligatione tradendi integram præstationem; siquidem promiserunt solvere integra scut. 100. aurea, & licèt pro commodiori exactione assignassent pensiones cujusdam domus hereditariæ, attamen pro ea integrè

grè consequenda firmam manere voluerunt obligationem super omnibus aliis Bonis; Insuper, cum heredibus concessa fuit electio loco quantitatis scut. 1500. auri tradendi fundum, Partes expresse convenerunt, quod capitalia assignanda, redderent scuta centum auri in auro, si autem
26 in traditione stabilium respexerunt ad quantitatem redituum, ad eamdem respexisse dicendum est in solutione pecuniæ, juxtà notissimas regulas de non dividenda dispositione, & de-
27 determinatione respiciente plura determinabilia, quod omnia uniformiter determinare debeat; Et confirmatur ex ipsâ rei evidentiâ, nam tunc temporis scuta 1500. reddebant scuta centum, eò quia pecuniæ statim investiebantur prò septem, & octo centesimis partibus.

Nec obstant ea, quæ favore heredum ponde-
28 rantur; Nam, quod attinet ad liberationem, ex simplici depositi confectione, ab illis consequendam, hæc operabatur, quod, illo adimpleto, exempti essent ab omni periculo, nullisque subjacerent futuris eventibus, sed non efficiebat, quod in actu, quo fiebat depositum, idem æquivalere non deberet verò valori annuæ præstationis debitæ, ut superioribus locis dictum est.

Prout etiam non officit, quod valor iste æsti-
29 mandus sit, inspecto tempore conditi testamenti, quia id procederet, si heres congruo tempore, rebusque in eodem statu manentibus, feciset depositum, at post moram centum fe-
30 rè, & viginti annorum, eidem suffragari amplius nequit depositum illius quantitatis, quæ eo tempore justa censeri potuisset, sed si tractu temporis pecunia designata non sufficit amplius pro annuo reditu comparando, vel species in eamdem causam destinata, minùs idonea effecta est, quod deest, supplendum erit ex hereditate, *in dicta Romana locorum Montium* 21. *Martii* 1694. §. *Absque eo quod coram Benincasa*.

Quamquam verò hæc de strictâ Juris censurâ vera esse, credam nihilominùs, quiâ, ut mihi supponitur, Ecclesiæ incumbit onus unius tantùm, & non duplicis Missæ quotidianæ, & reditus scutorum centum auri in auro, juxtà valorem hodiè currentem, longè exuperat onus dictæ Missæ, locus esse potest alicui æquæ concordiæ; Nam, quando Ecclesia remanet compe-
31 tenter dotata, fideles alliciendi sunt æquitate non autem avertendi stricto rigore justitiæ à fundationibas, & dotationibus, juxta ea, quæ considerat *Rota decis.* 62. *numer.* 29. *part.* 11. *recent.*

Cui quidem æquitati locus esse posset, tametsi Ecclesia teneretur ad celebrationem duarum Missarum quotidianarum, exceptis diebus Do-
32 minicis, nam adhuc annua scut. 1200. sufficerent prò duplicata eleemosynâ, quæ assignatur prò hujusmodi Missis perpetuis; Certiùs, quia anno 1585., quo dictarum Cappellaniarum fundatio facta fuit, non inoleverat usus taxandi elee-
33 mosynam Missarum perpetuarum ad rationem Juliorum duorum, sed taxa ista stabilita fuit vigore Decreti san. mem. Urbani VIII. de celebratione Missarum, &, juxtà stylum Sacræ Congregationis Concilii Missę non reducuntur, quando reditus ascendunt ad quantitatem eleemosy- 34
næ, prò Missa manuali dari consuetæ.

Recineten. Patrimonii, sive Immunitatis.

Patrimonium ad sacros Ordines ab Episcopo subrogatum in locum alterius ab initio constituti sub pacto resolutivo, statim ac Clericus Ecclesiasticum aliquod Beneficium adeptus esset, eo obtento, nec tamen Episcopi auctoritate in prioris tituli locum suffecto, adhuc perdurat, fruiturque tributorum exemptione.

VOTUM X.

1 *A collectarum oneribus exempta sunt Ecclesiarum Bona.*

2 *Pactum resolutivum patrimonii, ad cujus titulum Clericus promotus fuit, statim ac ipse congruum Beneficium assequeretur, valet, &, casu eveniente, resolutionem inducit*, & num. 18.

3 *Patrimonii Sacri titulus cum titulo Beneficii commutari potest.*

4 *Privilegium concessum Clerico, donec Beneficium assequatur, non perdurat, nisi usque ad illius assecutionem.*

5 *Probationem nullam ex referente desumi posse, quando non exhibetur relatum, obvia est regula.*

6 *Etiamsi Notarius in instrumento referente dicat, de relato constare ex instrumento ab eodem rogato.*

7 *Privilegia, extincto principali, non transferuntur in id, quod subrogatur.*

8 *Præsertim, si aliis noceant.*

9 *Immunitatis privilegii cessante causâ, æquum est, ut cesset effectus.*

10 *Beneficii fructus dicuntur, detractis oneribus.*

11 *Intellige de oneribus realibus.*

12 *Ex fructibus Beneficii non detrahuntur onera celebrationis Missarum, & alia venientia ex naturâ ejusdem Beneficii.*

13 *Beneficium ut congruum dicatur, computandi sunt fructus certi, & ii, qui ex proprio labore percipiuntur.*

14 *Uti sunt distributiones quotidianæ.*

15 *Procedit, etiamsi Beneficiarius ex aliquo accidenti onera adimplere non valens, fructuum diminutionem pateretur.*

16 *Lex providet iis, quæ frequenter, non quæ rarò contingunt.*

17 *Clericus quod mendicare cogatur, abhorrent Sacri Canones.*

19 *Pactum resolutivum patrimonii sacri, ipso jure resolutionem non inducit per assecutionem alterius Beneficii.*

20 *Sed requiritur auctoritas Episcopi subroganti-*

tis

tis Beneficium, vel Bona poſteâ adquiſita in locum prioris patrimonii.

21 *Ad Epiſcopum ſpectat inquirere, an Beneficium, ſive Bona ab Ordinato adquiſita, ſufficiant ad congruam vitæ ſubſtentationem.*

22 *Patrimonii prior titulus perdurare dicitur, non factâ ab Epiſcopo alterius tituli ſubrogatione*, & nu. 24. & 30., & 34.

23 *Clericus Bona patrimonii ad ſacros Ordines conſtituti ſinè licentiâ Epiſcopi alienare prohibetur*, & num. 35.

25 *Patrimonium ſacrum, donec alterius tituli ſubrogatio ab Epiſcopo fiat, gaudet exemptione à gabellis.*

26 *In patrimonii titulum, Bona, quæ ſubrogantur, eâdem gaudent exemptione.*

27 *Subrogatum iiſdem gaudet privilegiis rei, in cujus locum ſubrogatur.*

28 *Etiamſi verſemur in materia ſtrictâ, & correctoriâ.*

29 *Patrimonii ſacri ſubrogationem tota efficit auctoritas Epiſcopi.*

31 *Atteſtatio Notarii ſuſpecta, prorſus eſt reijcienda.*

32 *Patrimonii ſacri ſubrogatio ut valeat, ſufficit auctoritas Epiſcopi.*

33 *Atteſtatio Cancellarii de patrimonii ſacri ſubrogatione referens ſe ad inſtrumenta, ſatis probat.*

36 *Pro Beneficii ſubrogatione in patrimonii locum inſtare poteſt Communitas.*

37 *Ordinarii auctoritati Sacræ Congregationes derogare nolunt.*

38 *Patrimonii loco ſubrogari debet Beneficium.*

REv. D. Nicolaus Gaſparuccius promotus fuit ad ſacros Ordines ad titulum patrimonii, ipſi conſtituti ab Equite quond. Bernardino Maſio, expreſſo adpoſito pacto reſolutivo dictæ conſtitutionis in caſu, quo præfatus Gaſparuccius Beneficium aliquod Eccleſiaſticum, vel aliunde aſſequeretur Bona, undè vivere poſſet. Licèt autem idem deindè adeptus fuiſſet Beneficium Cantoriæ, & Altariſtatus in Eccleſia Cathedrali Recinetenſi, ninilominùs, obtinuit, à Reverendiſſimo Epiſcopo ſubrogari alia Bona loco patrimonii, ad cujus titulum ordinatus fuerat, & vigore pacti reſolutivi, reverſuri ad Donantem.

Quamobrem, cum Communitas Civitatis Recineti contra eum egiſſet pro ſolutione Collectarum, ex dictis Bonis ſubrogatis ſolvendarum, idemque oppoſuiſſet immunitatem, quâ illa gaudebant, uti deſtinata ſubſtentationi Ordinati, 1 ideòque iiſdem donata privilegiis, quibus fruuntur Bona ipſarum Eccleſiarum, quę ſunt exempta ab hujuſmodi oneribus Collectarum, per ea, quæ tradunt *Ciarlin. contr. forenſ. cap. 22. num. 48., Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 2. num. 27., & 36., Gratian. diſcept. 159. num. 27., Mart. de juriſd. part. 4. caſ. 13. nu. 10., Bordon. oper. var. tom. 7. tit. de ſtat., & perſon. Eccleſ. cap. 2. num. 78. & ſeqq., Monacell. in appendic. ad formular. legal. pract. for. Eccleſ. fol. mihi 331. numer. 17.*, cum aliis latè cumulatis apud *Panimol. deciſ. 6. annot. 3. numer. 1. & ſeqq.*, Communitas adivit Sacra Congregationem Boni Regiminis, quæ ſemel, atque iterum, die nempè 7. Februarii 1684. & 24. Novembris 1691. reſcripſit = *Inſtet coram Epiſcopo* = deindeque in ulteriori Cauſæ decurſu Gaſparuccius die ultimâ menſis Junii anni 1697. Sacræ Congregationi exhibuit quamdam atteſtationem Cancellarii Epiſcopalis factam die 21. Menſis Septembris 1693., in quâ affirmatur, Bona quędam ſtabilia ibi enumerata, auctoritate Reverendiſſimi Epiſcopi fuiſſe ſubrogata loco patrimonii, expreſsâ factâ relatione ad Inſtrumenta die 18. Menſis Auguſti 1655. & 18. Decembris 1658., verbis illis = *prout de prædictis conſtare dicitur per Inſtrumenta, per me rogata, ad quæ &c.* =, & vigore hujuſmodi atteſtationis obtinuit à Sacra Congregatione ſuperſeſſoriam pro ſolutione à Collectis ex dictis Bonis, à Civitate petitis.

Verumtamen, cum eadem, utpotè non citata in conceſſione dictæ ſuperſeſſoriæ, urgeat pro ſolutione Collectarum, & propoſitura credatur, inſtantiam prò illius revocatione, quam aliàs obtinere nequivit, requiſitus fui, ut pro veritate inquirere velim, an reverâ D. Gaſparuccio competat dicta exemptio, & pro negativâ favore Communitatis plurimùm urgere videbatur, quod agatur de patrimonio aſſignato ſub pacto reſolutivo, nempè quod, ſtatim ac promotus ad illius titulum obtinuiſſet Beneficium æquivalentis reditus, ceſſare deberet dicta aſſignatio, quod quidem pactum validum eſſe, 2 ideòque inducere reſolutionem actus, tradunt *Cardin. de Luca de donat. diſc. 11. nu. 2., aliique relati à Nicolio lucubrat. Canonic. lib. 1. tit. 11. ſub num. 23., Panimoll. deciſ. 6. annot. 3. num. 5.*, Sacræ enim Tridentinę Synodus Decreto *in cap. 2. ſeſſ. 21. de reformat.* non improbatur tituli commutatio, quæ fit per aſſecutionem Beneficii, 3 ſed permiſſus videtur tranſitus, à titulo patrimonii ad titulum Beneficii, ut apertè innuunt verba illa = *remitti nullatenus poſſint, donec Beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliundè habeant undè vivere poſſint* =, ſi autem permiſſa eſt commutatio hujuſmodi tituli per aſſecutionem Beneficii, ceſſaſſe cenſetur ſpeciale privilegium Bonis, promoto aſſignatis in patrimonium, eò quod ſimilis aſſignatio cum tali pacto concepta importare videatur terminum temporis, qui efficit, ut privilegium conceſſum Clerico, donec Beneficium aſſequatur 4 non perduret, niſi uſque ad illius aſſecutionem, neque enim privilegium eſt perpetuum, ſed temporale, & limitatum uſque ad actum conſecutionis Beneficii, ut in propoſito arguere videtur *Fagnan. in cap. Epiſcopus nu. 50., & ſeqq. de Præbend., & Dignit.*

Reſolutâ autem primâ patrimonii conſtitutione, illiuſque titulo jam extincto, Communitati minimè officere videbatur nova illius ſubrogatio facta ab Epiſcopo, primò, quia in facto defi-

deficere dicebatur ſufficiens hujuſmodi ſubrogationis probatio, quæ minimè elici poſſe dicebatur ex dicta atteſtatione Cancellarii exhibitâ à Gaſparuccio, quia, cum illa expreſsè ſe referat ad Inſtrumenta, ſuper dictâ aſſignatione, rogata, fit locus obviæ juris regulæ, præcipienti, 5 nullam ex referente probationem deſumi poſſe, quando non exhibetur relatum, juxtà notas auctoritates, procedentes etiam in caſu, quo No- 6 tarius in Inſtrumento referente dicat, de relato conſtare ex Inſtrumento ab eodem rogato, *Urceol. de tranſact. quæſt.61. num.4.*, *Gratian. diſcept.693. num.1.*

Secundò, tametſi in dubium minimè revocaretur dicta ſubrogatio, nihilominùs Gaſparuccius Bona ità ſubrogata non ſolùm diſtraxerat, ex eiſdem conſtituendo dotem ſuæ nepti, verum præterea, poſtquam idem, extincto titulo patrimonii, aſſecutus fuerat Beneficium, locus ampliùs eſſe nequibat ſubrogationi alterius patrimonii cum privilegiis competentibus Bonis, in primævâ illius conſtitutione aſſignatis, quia ex- 7 tincto principali, privilegia non transferuntur in rem, quæ in illius locum ſubrogatur, *Barboſ. axiom. jur. axiom. 113. num. 5.*, *Thabor. eodem tract. lib.17. cap.68. axiom.2. in 4. limit.*, maximè, quando ex iſtiuſmodi ſubrogatione præjudi- 8 cium inferebatur Rev. Cam., ſive Communitati, cui actu pro dictis Bonis Collectæ ſolvebantur, certiùs, quia, ceſſante causâ, ob quam Immunitatis privilegium conceſſum reperitur pa- 9 trimonio Clerici, æquitatis, & juſtitiæ ratio poſtulare videtur, ut ceſſet etiam privilegium, ex quo tertio jus auferatur, ad tradita apud *Thabor. axiom. jur. lib.14. cap.105. axiom.4.*

Nec urgebat, quod Beneficia, quæ D. Gaſparuccius aſſecutus fuit, præter reſidentiam, & intereſſentiam Divinis officiis, eum obſtringant pluribus aliis oneribus, in caſu infirmitatis, aut alterius impedimenti per alium explendis, quibus 10 contingere poſſet non modica diminutio dictorum fructuum, qui ceteroquin calculandi ſunt, deductis oneribus; Quia ex illorum calculo de- 11 trahenda ſolùm ſunt onera realia, reverâ diminuentia quantitatem fructuum, quibus detractis, illorum valor longè excedit valorem fructuum patrimonii, ipſi aſſignati in promotione ad ſacros Ordines, &, quod attinet ad alia one- 12 ra, conſiſtentia in celebratione Miſſarum, & his ſimilia, venientia ex naturâ Beneficii, de eiſdem nulla ratio habenda eſt, cum pro metienda congruitate Beneficii, non ſolùm computentur fru- 13 ctus certi, ſed etiam ii, qui percipiuntur ex proprio labore, & veluti ſtipendium operarum, quæ impenduntur pro ſervitio Beneficii, quales 14 ſunt diſtributiones quotidianæ, aliaque hujus generis emolumenta, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.19. num.24.*, *Pax. Jordan. tom.1. lib. 3. tit.4. num.318.*, *Card. de Luc. de donat. diſc.11. num.8.*, etiamſi Beneficiatus ob impotentiam 15 dicta onera explendi, ratione alicujus extrinſeci, & accidentalis impedimenti emolumenta amittat, vel, non valens per ſe ipſum, per alium illa adimplere teneatur, atque ita ſentiat fructuum diminutionem, quia lex providet iis, quæ frequentius accidunt, non autem illis, quæ ra- 16 rò contingunt, ut, relatis Sacræ Congregationis Concilii concordantibus reſolutionibus, tradit, *Monacell. in formular. legal. practic. for. Eccleſ. tit.3. formul. 13. in adnot. nu. 2. & 3.*

Prout etiam pro ſuſtinenda dicta ſubrogatione non urget, quod D. Gaſparuccius reſignando dicta Beneficia, deſtitui poſſet Bonis, & reditibus neceſſariis ad congruam vitæ ſubſtentationem, ideòque, ne in obbrobrium Ordinis Clericalis mendicare cogatur, quod tantoperè abhorrent Sacri Canones, valere debeat dicta 17 ſubrogatio, quia ratio iſta urgere poſſet, ſi ageretur de coactâ Beneficii dimiſſione, ſecus verò, ſi Beneficiarius Beneficium voluntariè dimittat, ut diſtinguere videtur *Fagnan. in dicto cap. Epiſcopus numer. 66.*, *& ſeqq. de Præbend.*, *& Diguit.*

Verùmtamen hæc omnia maturiùs perpenſa tantùm urgere minimè videntur, ut D. Gaſparuccius gaudere non debeat Immunitate à Collectis prò dictis Bonis ſubrogatis loco prioris patrimonii; Licèt enim validum ſit pactum reſolutivum adpoſitum conſtitutioni patrimonii, quod 18 ſcilicet illud ad Conſtituentem revertatur, ſi promotus de aliquo Beneficio, ſufficiente ad congruam vitæ ſubſtentationem, provideatur, nihilominùs hujuſmodi pactum, reverſionem ip- 19 ſo jure non inducit, nec ſufficit, ut illi locus fiat ſimplex Beneficii aſſecutio, ſed oportet, quod ab Epiſcopo, ſive ejus Vicario generali Beneficium, ſive Bona per Ordinatum acquiſita, expreſsè, & nominatim ad illius inſtantiam, ſive 20 aliorum intereſſe habentium ſubrogentur loco patrimonii, cum ad eumdem Epiſcopum ſpectet inquirere, an Beneficium, ſive Bona, ab Or- 21 dinato adepta, ſufficientia ſint ad congruam vitæ ſubſtentationem, ut, rejectis contrariis, & relatis concordantibus auctoritatibus, & Sacrarum Congregationum Decretis, tradunt *Panimol. dict. deciſ.6. adnot.3. num. 6.*, *Monacell. in dict. Formular. tit.3. Formul.18. in annot.*; ideòque, donec ſequatur dicta ſpecifica ſubrogatio Beneficii loco patrimonii, ad cujus titulum quis ordi- 22 natus fuit, patrimonii titulus non extinguitur, ſed perdurare dicitur, ut patet ex eo, quod 23 Clericus Bona patrimonialia alienare prohibetur ſinè licentiâ Epiſcopi; ſi autem per adeptionem Beneficii extingueretur titulus patrimonii, Clericus non prohiberetur illud alienare ſinè Epiſcopi aſſenſu, *Fagnan. in dicto cap. Epiſcopus nu. 47. & ſeqq.*, *Barboſ. de offic.*, *& poteſt. Epiſc. allegat. 19. nu.90.*, *Monacell. dict. Formular.18. num.3.*; Cumque patrimonium conſtituendum promovendo ad ſacros Ordines, donec per for- 24 malem tituli commutationem factam ab Epiſcopo, illius loco ſubrogante Beneficium, reti- 25 neat naturam patrimonii, oportet, ut fruatur etiam exemptione à Gabellis, impartitâ Bonis patrimonialibus Clerici, hoc titulo promoti, *Monacell. dict. Formul. 18. loco citato*, *& in appen-*

appendic. ad idem formularium fol. mihi 331. *num.* 17.

At verò, si vigebat adhuc titulus patrimonii, nec auctoritate Episcopi commutatus fuerat in
26 titulum Beneficii, secutâ, ejusdem auctoritate, aliorum Bonorum subrogatione, hæc gaudere debeat eâdem exemptione; quâ fruebantur illa, in primæva constitutione patrimonii assi-
27 gnata, juxtâ naturam subrogati, quod gaudere dicitur eisdem privilegiis, quibus fruebatur res, in cujus locum subrogatur, *Valenz. conf.* 33. *num.* 199., *conf.* 61. *num.* 104., *conf.* 69. *numer.* 254., & *seqq.*, *conf.* 71. *num.* 11., *conf.* 73. *numer.* 3., *conf.* 82. *num.* 6., *conf.* 93. *numer.* 21., *Altograd. conf.* 16. *num.* 33., *Rota coram Merlin. decis.* 445. *num.* 1. & *seqq.*, & *decis.* 607. *numer.* 7., adeòut illud, quod dicitur de creatione, locum habeat in sub-
28 rogatione, *Valenz. conf.* 69. *num.* 260., etiamsi versemur in materiâ strictâ, & correctoriâ, *Cardinal. de Luca de regal. disc.* 33. *numer.* 11., & quotidianâ experientiâ edocemur, passim fieri istiusmodi subrogationes, & Bona ità subrogata, gaudere eisdem immunitatibus, atque privilegiis.

Quamobrem, cum in hac materiâ, veluti for-
29 ma necessariò requisita ad validitatem actus, totum operetur auctoritas Episcopi, hujusmodi tituli commutationes approbantis, suâque auctoritate confirmantis, consequens est, ut hac deficiente, dici nequeat, Gasparuccium amisisse ti-
30 tulum patrimonii: Idque confirmatur ex eo, quod tutò dimittere, atque resignare posset Beneficia posteà adepta, nullâ factâ expressione, quod illa retineat loco tituli, contra verò nullo pacto eidem sinè licentiâ Episcopi Bona in titulum patrimonii, auctoritate Episcopi subrogatâ, distrahere liceret, ex notatis apud *Fagnan. dict. cap. Episcopus num.* 48.

Nec obstant ea, quæ in contrarium favore Communitatis deducuntur; Nam, quod attinet ad pactum resolutivum, patet responsio ex superiùs deductis, quod verò attinet ad subrogationem, illa impugnatur ex defectu sufficientis probationis, atque etiam quoad effectus juris.

Si de illius probatione agatur, licèt non negem, quod, si procedendum sit cum rigidioribus regulis, hæc plenè probata dici nequeat ex dictâ attestatione Notarii, juxta auctoritates allegatas *in §. Resoluta*, præsertim, cum mihi sup-
31 ponatur suspecta, quo casu reijcienda pœnitus erit, nihilominùs, si suspicione vacat, sique judex secundùm æqui, bonique rationem procedere malit, non levis probatio resultare videtur ex attestatione Cancellarii, tametsi hodie, non exhibeantur Instrumenta, ad quæ fit relatio, nàm, cum ad similis subrogationis validi-
32 tatem, nihil aliud requiratur, quàm auctoritas Episcopi, & assignatio aliorum Bonorum, his enim duobus dumtaxat tota hujusmodi actus substantia perfici dicitur, ad illius idcircò pro-
33 bationem satis esse videtur dicta attestatio, in qua tota actus substantia continetur, *Mandell. Alb. conf.* 267. *num.* 15., *Surd. conf.* 241. *num.* 1., & 2., *Bellamer. decis.* 58. *num.* 4. *decis.* 36. *num.* 1. *part.* 2. *divers.*, *decis.* 38. *num.* 7., & *seqq. part.* 7., in ea enim nominatim non censentur Bona, loco prioris patrimonii subrogata, dictaque subrogatio auctoritate Episcopi facta dicitur; Si verò inspiciamus Juris effectus, eadem illos plenè operari debuit, donèc sequeretur formalis, & expressa permutatio tituli facta auctoritate Episcopi, qui, re cognitâ, loco patrimonii subrogaret Beneficia, à Gasparuccio adepta, deficiente autem istâ Beneficii subrogatione, patrimonium retinere dicitur naturam, & pri- 34
vilegia omnia, ex dispositione Juris eidem competentia, ut supra probavimus.

Paruique refert, illum Bona ità subrogata distraxisse, atque alienasse, nàm, ex superiùs de- 35
ductis, hujusmodi alienationes factæ, irrequisito Episcopo, irritæ sunt, & invalidæ.

Quæ cum ità sint, crederem, Rev. D. Gasparuccium gaudere debere Immunitate, quâ hactenùs potitus fuit, & Commnitatem Recineti instare solùm posse coram Rev. Episcopo, ut lo- 36
co patrimonii subroget dicta Beneficia, ut videtur fuisse mens Sac. Congregationis, quæ rescripsit=*Instet coram Episcopo*=licèt enim Sac. Congregationes derogare nolint auctoritati Ordinarii, ad quem pertinet, re cognitâ, hujusmodi explere subrogationes, attamèn, quia etiam summoperè optant, nè superfluis Immunitatibus concessis Clericis, habentibus aliundè, quo vivant, graventur Communitates, aliique Cives subeuntes onera, à quibus eximuntur Clerici, idcircò præcipiunt, ut loco patrimoniorum subrogentur Beneficia, quæ Clerici adepti dein fuerunt, ut apud *Panimoll. decis.* 6. *adnot.* 3. *num.* 5.

Cavallicen. Salviani.

Salvianum interdictum Rector Cappellaniæ pro consequendis fructibus census, destinati in celebratione Missarum adversus laicos possessores Bonorum, eidem censui subjectorum experiri debet coram Judice laico; Non tamen immittendus est in possessionem Bonorum, quorum ab emptore partem pretii recepit, sicuti neque in possessionem omnium Bonorum, à quorum possessoribus ex propriâ pecuniâ potiores alii creditores dimissi fuerunt.

VOTUM XI.

1 *Rector Cappellæ agens pro fructibus census, destinati in causam celebrationis Missarum, rectè agit coram Judice laico.*

2 *Actor forum rei sequitur.*

3 *Possessores laici coram Judice laico convenire debent.*

4 *Ad Episcopos, tamquam Sedis Apostolicæ delegatos, pertinet executio ultimarum piarum voluntatum.*

5 *Piarum voluntatum Causæ dicuntur mixti fori.*

6 Pe-

6 *Petitio fructuum Cappellaniæ jam erectæ non reſpicit executionem piæ voluntatis.*

7 *Bona ſubjecta cenſui deſtinato in celebrationem Miſſarum, non gaudent privilegio pii Operis, aut Bonorum Eccleſiaſticorum.*

8 *Emphyteutæ Eccleſiæ, ab eâ pro ſolutione canonum rectè convenitur coram Judice laico.*

9 *Cauſa inter Decimatorem, & fructuum Decimalium conductorem, ſi ſolos reſpiciat fructus, non verò titulum, aut rem decimalem, rectè agitur coram Judice laico.*

10 *Cauſa ut dici poſſit Eccleſiaſtica, ſatis eſt, titulum coloratum adduci.*

11 *Actio, cujus extrema conſiſtunt in veritate crediti, & hypothecâ Bonorum, nihil habet ſpiritualitatis.*

12 *Auditoris generalis Avenionenſis favore admittitur obſervantia, illi tribuens juriſdictionem cognoſcendi Cauſas Eccleſiaſticas.*

13 *Conſuetudo, vel privilegium tribuens Judici laico facultatem cognoſcendi Cauſas Eccleſiaſticas vel privativè, vel cumulativè, à Concilio Trident. ſublata non eſt.*

14 *Neglectæ celebrationis Miſſarum exceptio proponi non poteſt adverſus Rectorem Cappellaniæ, petentem fructus cenſus pro eâ deſtinati*, & num. 19.

15 *Sed ſuperioris Eccleſiaſtici partes eſſe debent de Miſſarum adimplemento curam gerere.*

16 *Conditionis implementum præcedere debet Legati adquiſitionem.*

17 *Legatum modale ſupponit ejus adquiſitionem ante oneris implementum.*

18 *Et adquiſitione ſecutâ, onus quandocumque adimpleri poteſt.*

20 *Recipiens partem pretii Bonorum venditorum, actione hypothecariâ redire nequit ad eadem Bona.*

21 *Intellige, ſi receperit ſciens, eſſe pretium rei, pro ipſo dimittendo venditæ, non verò, ſi receperit velut partem debiti, ab ipſo debitore de ſuis pecuniis, aut Bonis ſibi hypothecatis.*

22 *Immiſſio in poſſeſſionem omnium Bonorum uni creditori concedi non debet, quando alii anteriores creditores dimiſſi fuerunt ex poſſeſſorum pecuniâ.*

23 *Poſſeſſoribus, pro ratâ pretii ſoluti creditoribus anterioribus, debetur retentio.*

24 *Etiamſi ceſſionem jurium non reportaverint.*

25 *Poſſidenti ſuffragatur exceptio, quod pretium rei emptæ ad anteriores creditores pervenerit.*

26 *Poſſeſſores in Salviani judicio tenentur reſtituere fructus à die motæ litis.*

27 *Sed verius eſt, id procedere in judicio rei vindicationis.*

28 *In judicio rei vindicationis fructus veniunt acceſſoriè cum ipsâ re.*

29 *Salviani judicium intentatur pro conſequendis fructibus.*

30 *Et in eo fructus reſtituuntur à die latæ ſententiæ.*

31 *Creditor immiſſionem conſequi nequit ſuper Bonis alterius, quàm debitoris.*

IN poſtremo, cum quo deceſſit, teſtamento condito anno 1607., pia Mulier D. de Guigonets, ſcripto ſibi herede D. Joſepho de Bonfils, titulo Legati reliquit ſcuta tercenta cuidam Cappellæ, jam erectæ in Eccleſiâ Parochiali Civitatis Cavallicen., injungens onus prænominato heredi inveſtiendi quantitatem prædictam, vel ſolvendi annuatim Rectori Cappellæ Legatariæ cenſum ſcutorum 21., quo diurnæ Miſſæ eleemoſyna præſtari poſſet.

Deceſſit Bonfils, ſcriptis ſibi duobus heredibus, altero nempè in Bonis proficiſcentibus ab hereditate d. D. de Guigonets, & altero in ſuis propriis, quæ Bona omnia conſolidata demùm fuere in Franciſco de Bonfils, ſuccedente Joſepho in utroque patrimonio.

Prò arreragiis, ſivè fructibus jam decurſis, & non ſolutis cenſus impoſiti ad favorem Cappellæ, egit rectâ viâ D. Rector nominatus contrà D. de Bonfils, ſed Judex declaravit per ſententiam, actionem competere ſolummodò contra Bona hereditaria d. D. de Guigonets, præſervatis aliis ſpectantibus ad eundem de Bonfils, qui quædam Bona tàm nomine hereditario D. de Guigonets, quàm proprio vendiderat D. Colomb, recepto integro eorum pretio, quod fuit erogatum in ſolutionem creditorum tum anteriorum fundationi Cappellæ, tùm D. Caſtion illius Rectori.

Urgentibus verò aliis creditoribus d. D. de Bonfils, inter quos comparuit quoque Rector, convocatus fuit concurſus, & in ſententiâ graduatoriâ, ejus vigore latâ, ſuum locum obtinuit, ſed prævidens, nil ſuper Bonis exiſtentibus in patrimonio debitoris conſequi poſſe, in aliorum creditorum concurſu intentavit utile Judicium Salviani interdicti contrà tertios poſſeſſores Bonorum, dicto D. Colomb, aliiſque venditorum, qui in primâ inſtantiâ per ſententiam abſoluti fuerunt ab obſervatione Judicii.

Verùm D. Rector novis cum Juribus inſtaurans Cauſam coram DD. de Rota Avenionenſi, ad quos per appellationem illa devoluta fuerat, ſententiam favorabilem obtinuit tàm pro aſſecuratione capitalis, quàm etiam pro fructibus decurſis ſpatio octodecim annorum, elapſo à die, quâ alias ſolutiones recepit à D. Colomb ex pretio Bonorum, ab ipſo emptorum, quorum fructuum diſpoſitio reſervata fuit arbitrio Epiſcopi Cavallicen. pro eiſdem erogandis in alia Opera pia; ac inſuper d. ſententiâ, Rei conventi, condemnati fuerunt ad reſtitutionem fructuum à die motæ litis.

Non acquieſcentes Rei huic ſententiæ, Cauſam in gradu ulterioris appellationis committi curarunt D. Auditori generali, novas parando defenſiones contra d. D. Rectorem, præſertim ut docerent, pretium Bonorum, ſuper quibus hypothecaria promota fuerat, erogatum fuiſſe in dimittendis creditoribus anterioribus, ſed eiſdem in hac quoque novi Judicii aleâ victis, ſententia

DD. de Rota in omnibus confirmata fuit, denegatà ulteriùs à Signaturà appellatione ſuſpenſivà à duabus conformibus.

In hoc rerum ſtatu cupientesRei maturè deliberare,an ipſis expediat Cauſam proſequi, plura à mè requiſiverunt tàm quoad validitatem, quàm quoad juſtitiam dd.duarum ſententiarum, &,quod attinet ad primam, non videntur ſubſiſtere fundamenta deducta contrà validitatem earumdem ſententiarum, rationeſque inſinuatæ prò obtinenda illarum circumſcriptione, utpotè latarum ſinè juriſdictione, & remiſſione Cauſæ ad Epiſcopum Cavallicen. ex integro.

Etenim, quamvis Rector egerit coram Judici-
1 bus laicis pro conſequendis fructibus tùm decurſis, tùm in poſterum decurſuris ex d. cenſu deſtinato pro celebratione Miſſarum à Teſtatrice demandata, attamen dici nequit,Judices,quamtumvis merè laicos,proceſſiſſe ſinè juriſdictione
2 ob certam illam juris noſtri regulam, quà ſtatuitur,Actorem ſortiri Forum Rei,ex noto *Text. in cap. ſi Clericus laicum de for. competen.*, *& ex leg. ultim. Cod. ubi in rem actio*; Ideoque,
3 cum tertii poſſeſſores eſſent laici,in ipſorum Foro conveniri debebant.

Nec hujus Cauſæ hypotheſi applicatur Conciliaris diſpoſitio Sacroſ. Tridentinæ Synodi *in cap.8. ſeſſ.22. de reformat.*, quâ ſancitur, ad Epi-
4 ſcopos, tamquam delegatos à Sede Apoſtolicâ, pertinere omnimodam executionem ultimarum piarum voluntatum, quia, omiſſo, quod hujuſ-
5 modi Cauſæ dicuntur mixti Fori, ut apud *Mart. de ſucceſſ. legal.part.4. quæſt.15. art.2. num.1., & ſeqq.*, reſpondetur,in noſtrâ hypotheſi non
6 agi de exequenda voluntate Teſtatricis quoad erectionem Cappellaniæ, jamdudum effectum ſortitam, ſed de paranda Rectori ſolutione fructuum decurſorum ex remedio Salviani interdicti, intentati contrà tertios poſſeſſores Bonorum, provenientium ab hereditate Teſtatricis, proindeque locus eſſe nequit circumſcriptioni dd. Judicatorum ex defectu juriſdictionis, tùm quia contra laicos promota fuit actio ad Bona, penes ipſos abſque ullà mixturà ſpiritualitatis extantia, tùm etiam quia Rector egit pro ſuis annualitatibus, earumque ſolutione conſequenda ex fru-
7 ctibus dd. Bonorum, quæ privilegio nullo pii Operis, aut Bonis Eccleſiaſticis impartito potiri poſſunt, *Archidiacon. in cap. ſed hæc quæſt.1., Gloſſ. in cap. alienat. 12. quæſt.2., Rodoan. de rebb. Eccleſ. non alienan. fol. mihi 237. num.4., & fol.57. num.2.*

Idque confirmatur exemploEmphyteutę laici,
8 in emphyteuſim retinentis rem Eccleſiæ, qui prò Canonibus decurſis rectè convenitur coram Judice laico, *Theſaur.quæſt. forenſ. lib.2. cap.15. num.2., & 3., & per tot.*; Prout etiam, ſi in-
9 ter decimatorem, & fructuum decimalium conductorem quæſtio ſit de qualitate fructuùm decimalium, eorumve pretio, & ſolutione, aut alia ſimilis controverſia, quæ ſolum fructum, non autem rem ipſam decimalem, aut titulum reſpiciat,Cauſa rectè agitur coram Judice laico, ut benè probat *Gemin. in cap. final. de for. comp. circa fin.*, *Gomez. in capit. ſi annuum num.15. de judic.*, *Rebuff. quæſt.10. num.4.*, *Bellet. diſq. Cleric. fol.238. n.146.*, *Gratian. diſcept. forenſ. 239. num.9.*, *& ſeqq.*, plurium ſimilium inductione aſſumptum confirmans.

Nilque turbat, quod, ut materia dici poſſit Eccleſiaſtica,ſatis ſit,titulum coloratum adduci, 10
quia in noſtro caſu non diſputatur de validitate tituli, ſed, eo ab utroque rectè præſuppoſito, agitur remedio Salviani,intentato contrà tertios poſſeſſores, cujus extrema principalia conſiſtunt 11
in realitate crediti, & hypothecatione Bonorum, ſuper quibus nulla conſiderari valet commixtio ſpiritualitatis.

Fortiùs verò hæc urgent pro ſuſtinendà ſententiâ Auditoris generalis Avenionen., cujus fa- 12
vore admittitur obſervantia, illi tribuens juriſdictionem cognoſcendi Cauſas Eccleſiaſticas, quæ obſervantia, ſeù conſuetudo à Sac. Concilio 13
Tridentino in *cap. Cauſæ omnes 20. ſeſſ.24. de reformat.*, præſervata videtur iis, quibus ex præſcripta conſuetudine, vel ex privilegio privativè, aut cumulativè cum Ordinario loci facultas dd. Cauſas cognoſcendi competat,*Barboſ. ad eumdem Concil. Trident. d. cap. Cauſæ omnes n.7.*, *& idem Barboſ. de offic.*, *& poteſt. Epiſc. part.3. alleg.81. num.5.*

Cenſerem itaque,magis è re eſſe DD. requirentium jura ſua experiri ſuper meritis adverſus contraria judicata, inſurgendo ex capite injuſtitiæ, quà eadem ex parte ſaltem laborare videntur; licèt enim eadem uti injuſta redargui minimè poſſint ſub obtentu, quod Actor, ſivè Rector non probaverit, sè adimpleviſſe onus cele- 14
brationis Miſſarum, ſibi injunctarum, quia ſivè ille d. onus adimpleverit, ſivè non, Bona hereditaria Fundatricis Cappellaniæ ſemper obnoxia remanſerunt tali oneri, & cum hoc vinculo ad poſſeſſores tranſiverunt, parteſque eſſent Supe- 15
rioris Eccleſiaſtici de hoc curam gerere, prout illi reſervatum fuit in primâ ſententiâ, ideoque, 22
cum ipſi ſint debitores certi, & Bona, quæ detinent, certè obſtringantur hoc vinculo, fruſtrà 23
hujuſmodi exceptione illud elidere curant, *ad Text. in leg. loci corpus §. Competit ff. ſi ſervit. vind.,cum aliis apud Surd. conſ.359. num.13.*

Prætereà non verſamur in Legato facto per viam conditionis ſuſpenſivæ ex parte anteà,itaut 16
implementum præcedere debeat adquiſitionem, cujus principio illud ſe opponat, ſed agitur de Legato modali, in quo onus adimplendum ſup- 17
ponit præcedentem acquiſitionem,*Bartol. in leg. quibus diebus §.Termilius num.5.*, *& ſeq.*, *ff. de condit.*, *& demonſtr.*, *Bald. in leg. cum eorum Cod. de ſentent. interlocutor. num.6.*, *Molin. lib.* 24
12. num.2. cum ſeqq., *Altograd. conſ.84. num.6. lib.1.*, *Rot. deciſ.39. num.1.*, *& ſeqq. part.1. diverſ.*, quâ ſecutâ, onus quandocumque adim- 25 18
pleri poteſt.

Proindeque Rectori ritè,rectèque conceſſa fuit Immiſſio tùm pro annualitatibus decurſis, tùm etiam pro decurſuris,quoad decurſas committendo arbitrio,& religioniEpiſcopi commutationem voluntatis Defunctæ,illorumque erogationem in 26

alios

alios pios usus, cum quoad decursuras implemen-
19 tum debeat sequi, absque eo quod controversorum Bonorum possessores exceptione ullâ se tueri possint, cum cogi non dicantur ad iteratam solutionem pretii, sed ex remedio Salviani pati temporaneam suspensionem fructuum.

Licèt, inquam, ex hoc capite dd. Judicata redargui nequeant, attamen ex aliis rationibus illa injusta censerem. Et primò quia Rector in
20 sui Crediti solutionem recepit partem pretii Bonorum venditorum DD. requirentibus, ideòque, si, recepto pretio rei, commodum substantialiter consequutus est, perindè ac si illam penes se haberet, redire modò nequit ad eandem rem vigore hypothecariæ, quæ extincta censetur, per ea, quæ tradit *Rota decis.* 18., *& dec.* 113. *part.* 11. *rec.*

Nec obstat, quod sola receptio pretii rei venditæ non semper importet resolutionem hypo-
21 thecæ, quia aut Rector recepit pretium non tamquàm pretium ipsius rei a tertio datum, sed recipere credidit solutionem partis debiti, ab ipso debitore de suis pecuniis, aut Bonis, sibi pariter hypothecatis, & hoc casu cum cesset absurdum, quod ille, præter pretium, rei commodum consequatur, obtinere poterit Jure hypotecæ, quam super illâ habet, aut verò recepit d. pretium, sciens, esse pretium rei, pro ipso dimittendo venditæ, & hoc casu inevitabile est hujusmodi absurdum, ut benè distinguit *clar. mem. Card. de Luca de credit. disc.* 4. *num.* 8., *& per tot.*, Causam verò hanc versari in hoc secundo casu, conijci posse videtur ex serie facti ad me transmissâ, ideoque DD. Requirentes perlegere poterunt Instrumenta venditionum, & solutionum, ut ex illis meliùs perspiciant, quomodo verè res se habuerit, & an versemur in primo, vel in secundo casu.

Præterea Possessores Bonorum emptoru m
22 partem pretii erogaverunt in dimittendis creditoribus anterioribus, & nihilominùs sententiæ indefinitè concedunt Immissionem in possessionem omnium Bonorum, ideòque hac ex par-
23 te injustæ videntur, quia possessoribus pro rata pretii soluti creditoribus anterioribus, debetur retentio, cum posteriori creditori non detur Immissio, nisi demptâ ratâ crediti anterioris, *Rota in Romana Salviani seù Canonum* 1. *Maii* 1684. *S. final coram Rmo d. Hervault Archiepiscopo Turonen, & in Romana Salviani seù Canonum* 28. *Junii* 1688. *S. final.*, *&* 17. *Februarii* 1690. *S. Carent quippe coram eodem*, etiamsi
24 cessionem Jurium non reportassent: quoniam possidenti, ad effectum retinendi, suffragatur ex-
25 ceptio, pretium rei emptæ pervenisse ad priores, sivè potiores Creditores, *Leg. qui à debitore ff. qui potior. in pign. hab.*, *leg. si potiores*, *&* ibi *Gloss. Cod. de his qui in prior. Credit. loc. succed.*, E alii relati *per Rot. coram Mantic. post Pacific. de Salvian. interdict. decis.* 290.

Injustæ pariter sunt d. sententiæ eâ ex parte, quâ tertios possessores pulsatos in Judicio Sal-
26 viani condemnant ad restituendos fructus à die motæ litis, nàm, licèt ità senserint *Honded. De Re Ecclesiast. conf.* 25. *num.* 5. *lib.* 2., *Franch. decis.* 920. *num.* 5. *tom.* 2., *Merlin. Pignatell. contr.* 24. *per tot.*, *Scapuc. de Salvian. lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 1., *aliique plures apud Gobb. consult. decis.* 123. *per tot.*

Attamen supradicta conclusio sibi locum vindicat, quando intentatur Judicium pro avocan- 37
dâ ipsâ re, cujus Actor habet dominium, quo casu, avocatis Bonis, fructus veniunt accessoriè 28
cum ipsa re a die inchoatæ litis, secus autem, quando, ut in Salviano, actio intentatur prò 29
consequendis fructibus, hoc enim càsu cum fructus principaliter sint in obligatione, non de- 30
bentur, nisi à die latæ sententiæ, juxta distinctionem *Rotæ in Romana Locorum Montium* 27. *Novembris* 1627. *coram Pirovano*, *quam sequitur in Urbevetana Census* 6. *Junii* 1640. *coram Episcopo Imolen.*, *Ger. Spin. conf.* 57. *n.* 15., *& usque ad fin.*, *de Marin. in addit. ad Reverter. dec.* 560. *nu.* 4., *Sanfelic. decis.* 119. *num.* 10., *Marcian. lib.* 2. *disput.* 58. *à num.* 16. *usque ad finem*, *& num.* 19., qui referuntur in *magistrali voto bon. me. R.P.D. Altoviti post decis. Rembold. nono*, *in ordine*, quod secuta est *Rota coram bon. mem. Emerix decis.* 1210. *num.* 11., *& prius dixerat decis.* 476. *n.* 7., *in Urbinaten. Salviani* 5. *Julii* 1688. *S. finali coram Eminentissimo Cardinali Caprara*, *in Bononien. evictionis super fructibus* 10. *Martii* 1698. *S. Camque his*, *& seqq. coram Reverendissimo Molines Decano*, & hoc Jure hodie vivitur in Romanâ Curiâ.

Consultò omitto aliud injustitiæ caput desumptum ex defectu identitatis Bonorum, quia cum hæc quæstio sit facti, eidem immorandum non est; Certi enim Juris est, creditorem con- 31
sequi non posse Immissionem super Bonis alterius, quàm sui debitoris, sed, attentâ injustitiâ dd. sententiarum, aliundè resultante, justa spes suppetit obtinendi in devolutivo illarum revocationem, dummodo tamèn non adsint alia Bona affecta hypothecis posterioribus, super quibus DD. Requirentes magis facilem, & paratam habere possint relevationem, hac viâ effugiendo graviores expensas, fortè subeundas in hac lite instauranda.

Eugubina Unionis.

Seminarium per suos Alumnos inservire potest Ecclesiæ, ac propterea Mensa communis emolumenta percipere, quoties unio Beneficiorum, in ea Ecclesia erectorum, & aliquod servitii onus adnexum habentium, facta est in ejusdem Seminarii favorem, etiamsi unio hæc fuerit tituli extinctiva.

VOTUM XII.

1. *Residentiæ onus per substitutum expleri nequit.*
2 *Beneficii nomen*, *& titulus*, *omniaque jura personalia per unionem subjectivam amittuntur*, & num. 4.
3 *Beneficii*, *aut Ecclesiæ onus transit in Seminarium*, *cui unio facta est.*

4 *Unio unius Ecclesiæ ad aliam non immutat statum Ecclesiæ unitæ.*
5 *Sed in eâ debet more solito deservire.*
6 *Beneficii Monasterio uniti onera expleri debent per Monachos.*
7 *In Seminarium, cui applicata fuerunt relicta pro Magistro Grammatices, transit onus erudiendi pueros.*
8 *Pia Defunctorum voluntas; præsertim quoad onera Beneficio adnexa, religiosè servanda est.*
9 *Unio Beneficii Seminario facta, cultum divinum minuere non debet.*
10 *Massæ communis emolumento frui debet, qui subit servitii onus.*
11 *Unio Beneficii subjectiva, omnia jura, & emolumenta transfert in eum, cui unio facta est.*
12 *Emolumenta residentiæ præstitæ in Ecclesiâ unitâ, spectant ad Ecclesiam, cui facta est unio.*
13 *Residentiæ præcisæ onus per substitutum impleri nequit.*
14 *Secus, si residentia si causativa.*
15 *Beneficium residentiam non requirere, dicitur, quoties ea est causativa.*
16 *Residentia præcisa obligat sub pœnâ privationis tituli.*
17 *Residentia verò causativa sub pœnâ amissionis fructuum.*
18 *Residentiam causativam exigit onus canendi Litanias, & adsistendi quibusdam horis Divinis in Choro.*
19 *Præstimonia exigunt residentiam, quæ per substitutum præstari potest*, & num. 23.
20 *Beneficia servitoria residentiam causativam exigunt.*
21 *Et illis per substitutum deservire potest.*
22 *Præstimonia Seminario uniri possunt.*
23 *Beneficii subjectivè uniti jura non pereunt quoad eum, cui unio facta est.*
24 *Observantia admittens Alumnos ad inserviendum Ecclesiæ, plurimùm est attendenda.*

IN Civitate Eugubinâ plures adsunt Parochiæ, quibus, præter Rectorem, inserviunt etiam quinque Clerici Beneficiati, quorum unusquisque suam habet præbendam, & insuper reditus quosdam communes cum Parocho, iidem, ex injuncto eisdem onere, singulis festis diebus ministrant Parocho, Missam celebranti, ac peragenti alia, quæ ad Ecclesiæ cultum pertinent, constitutâ non interessentibus pœnâ amissionis ratæ, sibi ex dicta massa communi competentis, quæ actu residentibus, sive inservientibus accrescit.

At, erecto jam pridem in eâ Civitate Seminario, eidem nonnulla ex dd. Beneficiis Reverendissimus Episcopus univit, & incorporavit; Undè hodiè Seminarium, ut fructus massæ communis lucrari valeat, contendit, subrogare se posse tot Alumnos, qui resideant, & Parocho inserviant, quot sunt Beneficia sibi unita. Reclamant Parochi, idque à Seminario fieri posse negant. Quamobrem prò veritate interrogor de meâ sententiâ, utrum videlicèt Seminarium compellere possit Parochos ad recipiendos Alumnos, eisdemque ratam communis Massæ præstandam?

Quâ quidem in re dicendum videretur, nullum Jus, nullamque actionem Seminario competere posse adversus Parochos, tùm quia residentia est personale Beneficiati servitium, quod 1
per substitutum expleri nequit, ad *Text. in cap. extirpandæ de Præben.*, & *cap. licèt Canon. eodem tit. in 6.*, *Fagnan. in cap. Conquerente num. 14.*, & *seqq. de Cleric. non resident.*, *Silv. de Benefic. quæst. 2. num. 53.*, *Ojed. de incompat. part. 1. cap. 6. num. 53.*, *Rot. coram Cerro decis. 747. num. 2.*, & *coram Emerix Jun. decis. 1240. num. 5.*, & *in rec. decis 335. num. 7. part. 19. tom. 1.*, tùm etiam quia in hypothesi, de qua agitur, jus residendi cessasse dicendum est, eò quod unio (ut supponitur) facta fuit per viam extinctionis, ac suppressionis tituli, ac omnimodæ incorporationis, quo casu Beneficium 2
unitum amittit nomen, & titulum, omnesque prærogativas, & Jura personalia, quæ habebat, *Turricell. de union. cap. 4. num. 4*, *Rot. in antiq. decis. 11. num. 1.*, & *2. de reb. Eccles. non alienand.*, & *decis. 133. num. 16. part. 2. divers.*, & *coram Ludovis. dec. 112. nu. 5.*, *coram Duran. dec. 303. num. 3.*, *coram Seraph. decis. 645. num. 2.*, *coram Cavaler. decis. 330. num. 5.*, *coram Coccin. decis. 328. num. 7.*, *coram Merlin. decis. 37. num. 1.*, *coram Otthobon. decis. 44. num. 11.*, & *in rec. decis. 199. num. 5.*, *decis. 710. num. 2. part. 2.*, & *decis. 352. num. 7. part. 4.*, *decis. 330. nu. 23. part. 9.*, & *decis. 30. num. 5.*, & *9. part. 11.*

Verumtamèn contrarium verius crederem, videlicèt Seminarium per Alumnos suos explere posse servitium Ecclesiæ, rejectis Parochorum contradictionibus, imò non solùm posse, sed id omninò facere debere; Etenim, quando Ecclesia, aùt Beneficium unitum habet onus 3
aliquod annexùm, illud immediatè transit in Ecclesiam, seù Seminarium, cùi facta est unio, ità quidem ut ab iis implendum sit eo prorsus modo, quo priùs implebatur, ad tradita per *Abb. in cap. proposuisti num. 7. de Præbend.*, ibi = *nota, quod propter unionem unius Ecclesiæ ad* 4
aliam, non debet alterari status Ecclesiæ unitæ, sed debet in tali Ecclesia more solito deservire = & concorditèr sequuntur *Garz. de Benefic. part.* 5
12. cap. 2. num. 35., *Turricell. de union. cap. 4. num. 6. 7.*, & *8. Rot. coram Pen. decis. 823. nu. 13. in fine*, & *coram Duran. decis. 92. num. 8.*, & *decis. 133. num. 15. part. 2. divers.*, proindèque, si unio fiat Monasterio, quamvis illud ne- 6
queat per se onera Beneficiorum unitorum adimplere, adimplet tamèn per suos Monachos, & Religiosos, ut benè *Turricell. de union. dict. cap. 4. num. 13. vers. & licet*, & *Rota coram Penia decis. 1020. num. 20.*, Prout etiam si Legata relicta prò Magistro Grammaticæ, qui egenos 7
pueros edoceat, applicata, & incorporata fuerint Seminario, eidem incumbit onus erudiendi pue-

pueros, uti præceperat Testator, sicuti monet, *Barbos. de offic.*, & *potest. Episcop. part.3. alleg. 77. num.11.*, ubi testatur, ità fuisse à Sac. Congregatione Concilii resolutum.

Et profectò ità exigit pia Defunctorum voluntas, quæ si semper religiosè, in his certè rebus religiosissimè servanda est: ità commune bonum, quod hujusmodi dispositiones respiciunt: ità denique cultus Divinus, qui per unionem Seminario factam nullatenùs remanere debet imminutus, ex dispositione Sac. Concilii Tridentini *Sess.23. cap.18. de reformat.*, ibi = *Nec non Beneficia aliquot simplicia, cujuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones nuncupatas etiam antè vacationem, sine cultus Divini, & illa obtinentium præjudicio huic Collegio applicabunt, & incorporabunt.* =

Ex his, veluti ex necessario antecedenti, consurgit, Parochos teneri cum Alumnis residentibus communem massam conferre, tùm inspectâ æqui, bonique ratione, quâ edocemur, Alumnos, ac per eos Seminarium frui debere commodo, & emolumento massæ communis, quemadmodum subire tenentur servitii onus, ad *Text. in leg. secundùm naturam* 1c. *ff. de regul. Jur.*, *Gratian. discept. foren. cap.374. num.21.*, *Fontanell. de pact. nuptial. claus.6. Gloss.2. part.3. n.11.*, *Rota coram Emerix jun. decis.* 1222. *num.6.*, & in nostris terminis dictum fuit in *Neapolitana Unionis super deputatione Ministrorum* 23. *Junii* 1710. *§. Certius autem coram Molines Decano*, tùm naturâ unionis subjectivæ, & extinctivæ, quæ omnia Jura, & emolumenta Beneficii uniti transfert in Ecclesiam, seù Seminarium, cui facta fuit unio, teste *Innocent. in Cap. pastoralis n. 1. de Privileg.*, *ibique Abb. num.7.*, *Ferret. cons.242. nu.5.*, *Petr. de Ubald. in tract. de union. cap.2. num.1.*, & 22., *Rebuff. in prax. tit. de union. pag.49. num.9.*, *Turricell. eodem tract. cap. 4. nu.11.*, *Garz. de Bpnefic. part.12. cap.2. n.34.*, *Rot. coram Arguell. decis.34. num.20.*, & *coram Emerix jun. decis.* 320. *num.1.*, & *in rec. decis. 710. num.2. part.2.*, & *decis.31. nu.17. part.10.*, & *decis.49. num.8. part.15.*, & *decis.321. nu.1. part.19.*, & *in Reatina Unionis* 25. *Junii* 1708. *§. De Unione*, & *§. Posita coram Scotto*, & *in Neapolitana Unionis* 23. *Junii* 1710. *§. Posito autem*, & *§. Idque adeò coram Molines Decano*; Et in præcisis terminis emolumenti percepti ex residentiâ præstitâ in Ecclesiâ unitâ, quod spectet ad Ecclesiam, cui facta est unio, quæque Vicarios deputat, qui resideant, tradit *Rota decis.758. num.4. vers. quo stante part.1. divers.*, ibi = *quo stante, cum hæc emolumenta spectent ad Beneficiatos ratione suorum Beneficiorum, debent etiam spectare ad istos Vicarios perpetuos, qui deserviunt, & horis intersunt, dummodò Monasteria, quibus Beneficia prædicta sunt unita, id eis concedant* = & *decis.799. num.1. eadem part.1. diverf.*, ubi agendo de eisdem emolumentis, de quibus in superiori decisione, sic ait = *quoad primam affirmativè concluſum fuit, quia per unionem omnia emolumenta sunt quæsita Monasterio, & Collegiatæ, quibus facta est unio* = & infrà *sub num.2.* ibi = *Maximè, quod hi fructus Mensæ Capitularis non sunt propriè distributiones quotidianæ, sed sunt grossa Capituli, quo casu faciliùs debentur.* =

Quibus ità constitutis, facilè corruunt ea, quæ in contrarium afferri possunt; Et primò, quod residentia sit servitium personale, ac proindè nequeat per substitutum adimpleri, procedit quidem in residentiâ verâ, ac præcisâ, de quâ loquuntur auctoritates suprà allegatæ; non verò in residentiâ causativâ, qualis est nostra, hæc enim per alium potest adimpleri, quinimmò hoc casu Beneficium residentiam non requirere, dicitur, ut ex sententiâ *Calderini in cap. super inordinata de Præbend.*, docent *Ferret. cons.305. n.4.*, *Lap. alleg. 35. num.2. alleg.116. num.1. vers. nèc fortè dicat*, & *allegat.* 117. *num.2. vers. dicit enim*, quem secutus est *Felin. in cap. Cum omnis antè num.33. vers. Et hoc procedit de constit.*, *latè Oied. de incompatib. Benef. part.2. cap.1. n.2.*, *Rot. in rec. decis.155. num.2. part.4. tom.1.*, & *decis.335. num.7.*, & 8. *part.19.*, & *coram Cels. decis.155. num.11.*

Duplex enim est residentia, alia vera, & præcisa obligans sub privatione tituli; altera causativa obligans ad onus alicuius servitii, personalem interessentiam exigentis sub privatione fructuum tantùm, prout est illa, quæ in nostra hypothesi concurrit, quemadmodum distinguendo tradunt *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Glos. 15. num. 27. & seqq.*, *Gratian. discept. 133. nu.23.*, *Pignatteli. consult. 2. num. 17. tom.7.*, *Card. de Luca de Benefic. disc.58. num.4.*, & *in annot. ad Sac. Concil. Trident. disc.4. nu. 13.*, *Rota coram Cavaler. decis.551. num.6.*, & *decis.140. num.2. part.1. divers.*, & *in rec. dec.489. num.2. part.2.*, & *latè decis.182. ex num.7. ad 13. part.8.*, ubi agitur de onere canendi Litanias, ac assistendi aliquibus horis Divinis in Choro: Cum itàque Beneficia unita, de quibus agitur, requirant causativam, tantummodò residentiam, videntur instar præstimoniorum exposcentium residentiam, quæ per alium præstari potest, ut docet *Tondut. quæst.*, & *resol. Benefic. cap.12. nu.4. tom.1. part.1.*, vel dici debent Beneficia servitoria, quæ paritèr causativam tantummodò residentiam requirunt, *Tondut. quæst.*, & *resol. Benefic. d. cap.12. num.7. tom.1. part.1.*, ac proindè deserviri valebit in casu nostro per substitutum, sicuti potest in servitoriis, ex firmatis per *Lotter. de re Benef. lib.3. quæst.4. num.44.*, ubi testatur, ità resolutum in unà *Spoletanâ fructuum* 21. *Julii* 1619.; Eòque certiùs, quia ipsummet Sac. Concilium Tridentinum admittere videtur in nostris terminis residentiam, sive servitium per substitutum, dùm permittit Episcopis unire posse Seminario præstimonia, ut in *d. Sess.23. cap.18. de reform.*, ibi = *Vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones nuncupatas* =; Si enim uniri possunt Seminario præstimonia, in quibus, ex deductis, servitium per alium exleri potest, consequens est, ut ex dispositione Sacri Concilii Tridentini Seminarium servititium Ecclesiis

Paro-

Parochialibus exhibere possit per suos Alumnos.

Nilque turbat, quod unio, de qua agitur, sit accessoria, subjectiva, sivè extinctiva, ac proinde Beneficia unita amiserint titulum, jura, privilegia, ac prærogativas, ideoque desit subjectum ipsum residentiæ, ex auctoritatibus supra laudatis; Etenim pereunt quidem, & extinguuntur prædicta jura, privilegia, ac prærogativæ quoad Beneficium unitum, non tamen pe-
23 reunt, aut exstinguuntur quoad Superiorem Seminarii, seù Seminarium ipsum, cui facta fuit unio; In hoc enim omnia jura Beneficii uniti transeunt, & transfunduntur, ut huic objecto occurrunt, ac benè distinguunt *Murg. de Benefic. quæst.4. divis.5. num.160. 161., & 165., Garz. eodem tract. part.12. cap.2. num.39., egregiè Rot. decis.758. nu.6. part.1. diverss.*, ibi = *Non obstat, quod, cum per unionem hæc Beneficia sint suppressa, non possint isti Vicarii dici subrogati, quia, licèt Beneficia sint suppressa, tamen omnia emolumenta transeunt in Ecclesiam, cui facta est unio, & ideò illa Ecclesia potest hæc emolumenta concedere istis Vicariis perpetuis, qui actu in ea deserviunt, & in Savonen. restaurationis Ecclesiæ Parochialis 8. Martii 1709. §. Quamvis coram Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Neapolitana unionis 23. Junii 1710. §. Nullatenus officiente coram Molines Decano.*

Ex dictis huc usque constare posse, arbitror de Bono jure Seminarii; Nihilo tamen minùs illud etiam silentio prætermittendum non est, quod jam Alumni Seminarii per spatium annorum quindecim, & ultrà Parocho, & Ecclesiæ Parochiali singulis festis diebus inservierunt, ac in in præmium servitii præstiti debitam portionem
24 ex massa communi perceperunt; Quæ sanè observantia plurimùm est attendenda, prout attenditur in omni materia, & præsertim, quando, ut hìc, est præcisa, & concernit eandem actus speciem, & millies respondit Rota, & præcipuè *cor. Merlino decis.454. num.6., & 16., coram Priolo decis.46. num.29., & coram Emerix jun. decis.1206. num.13., & in rec. dec.65. num.9., & decis.303. num.14. part.15.*, & proxime ad rem nostram dictum fuit *in Constantien. unionis super bono jure 23. Junii 1710. §. penult. coram Crispo.*

Leodien. Canonicatus, & Archidiaconatus.

Episcopus, qui ob tenuitatem redituum Cathedralis Ecclesiæ ab Apostolica Sede dispensationem obtinuit retinendi priorem Canonicatum, & Archidiaconatum alterius Diœcesis, & in sua Diœcesi residet, eorum fructus facit suos, etiamsi in dispensatione cautum fuerit, quod iidem Canonicatus, & Archidiaconatus *debitis propterea non fraudentur obsequiis*, & etiamsi peculiaribus Ecclesiæ Statutis Canonicorum residentia præcipiatur, præsertim, quando Statutis hujusmodi Summus Pontifex derogavit.

VOTUM XIII.

1 *Pluralitas Beneficiorum à Sacris Canonibus improbata.*
2 *Residentia assiduitatem exigit.*
3 *Beneficia incompatibilia sunt Episcopatus, & Canonicatus.*
4 *Beneficiorum pluralitatis deformitas variis ex circumstantiis tolli potest.*
5 *Plurium incompatibilium, & residentialium Beneficiorum retentio pluries a S. Sede permissa est.*
6 *Leges Ecclesiæ, vel utilitate, vel charitate suadente, quandoque remittendæ sunt.*
7 *Obtinens plura incompatibilia Beneficia ex Apostolica dispensatione, canonicè obtinere dicitur.*
8 *Dummodo justa ratio dispensationi caussam dederit.*
9 *Retinendi plura Beneficia incompatibilia dispensationem S. Sedes, nonnisi causâ cognitâ, elargiri consuevit.*
10 *Et quænam concedendæ hujus dispensationis caussæ?*
11 *Episcopatus ut unà cum Canonicatu retineatur, justa dispensandi causa est, congruæ subventionis auxilium.*
12 *Incompatibilia Beneficia retinendi justam semper caussam præbuit redituum tenuitas.*
14 *Canonica dispensatio vires accipit ex mente, & intentione concedentis.*
15 *Tum etiam ex causa in dispensatione expressâ.*
16 *Gratia retinendi Episcopatus, & Canonicatus, & pro decenti Episcopi substentatione, respicit fructuum perceptionem tamquam finalem causam*, & num.20.
17 *Incompatibilium Beneficiorum retentio vetita est eam præcipuè ob causam, quod una, eademque persona pluribus in Ecclesiis sedem habere nequeat.*
18 *Episcopatus unà cum Canonicatu alterius Civitatis retinendi dispensatione concessâ, relaxatum quoque censetur residentiæ vinculum*, & num.29., & 43.
19 *Incompatibilia Beneficia retinendi dispensationis utilitas præcipua est, quod quis in altero Beneficio residere non teneatur.*
21 *Incompatibilia Beneficia obtinens, in digniori residere tenetur.*
22 *Aut, si ambo æqualia sint, potest alterutri deservire.*
23 *Utrique verò deservire debet, si Ecclesiarum vicinitas, & servitii ratio id patiatur.*
24 *Beneficia incompatibilia obtinens, residere debet in eà Ecclesia, cui imminet cura animarum.*
25 *Et ei deserviens, alterius Beneficii fructus lucratur*, & num.40.
26 *Distributiones quotidianas non percipit, qui Canonicatum, & Ecclesiam Curatam obtinet, in eaque residet.*
27 *Intellige de distributionibus, quæ pro singularum horarum servitio impenduntur, non verò de iis, quæ succedunt loco præbendæ.*

28 *Vel*

28 *Vel de unà ex tribus partibus distributionum, si in iis universi proventus consistant.*

29 *Episcopus Canonicatum, aliave Beneficia ex dispensatione retinens, & in Episcopatu residens, eorum fructus percipit, exceptis quotidianis distributionibus.*

30 *Residentia Episcopi gravior est obligatione deserviendi Canonicatui.*

31 *Residentia Eiscopi jure Divino, Canonici verò jure positivo præcipitur.*

32 *Pastoris absentia magis nocet, quàm aliorum Beneficiariorum.*

33 *Obligatio major minorem vincit.*

34 *Residens in Beneficio, cujus servitium magis necessarium, & utile est, in alio quoque residere censetur.*

35 *Dispensatio retinendi plura Beneficia incompatibilia non aliter conceditur, nec concedi intelligitur, nisi cum clausula* = dummodo Beneficia ipsa debitis non fraudentur obsequiis = .

36 *Dispensatio retinendi plura Beneficia incompatibilia, elusoria dicenda non est.*

37 *Clausula* = dummodo neutrum Beneficium debitis fraudetur obsequiis = *adjecta dispensationi retinendi plura incompatibilia, intelligenda est de obsequiis, quæ invicem sint compatibilia.*

38 *Nimirum, quoties Ecclesiæ vicinæ sint, vel servitium diversis temporibus sit exhibendum.*

39 *Vel intelligenda est de iis oneribus, quæ per substitutum expleri possunt.*

41 *Statuta residentiam Canonicorum præcipientia, intelligenda sunt de obtinentibus unum tantùm Beneficium.*

42 *Non verò de obtinentibus ex dispensatione duo Beneficia incompatibilia, quorum servitium uno, eodemque tempore præstari nequit.*

44 *Residentiæ vinculum a Statutis Ecclesiæ inductum, solvit Canonica dispensatio retinendi plura Beneficia incompatibilia, quorum servitia mutuò se excludunt.*

45 *Præsertim, si Pontifex iisdem Statutis derogaverit.*

46 *Derogatio specialis Statutorum Ecclesiæ elusoria reddi non debet.*

47 *Præsertim, si ea adjecta fuerit in gratiâ, motu proprio concessâ.*

SAN. mem. Innocentius XII. motu proprio concessit Illustrissimo, & Reverendissimo D. Ferdinando de Berlò electo Episcopo Namurcensi literas dispensationis pro retentione ad decennium Canonicatus Ecclesiæ Leodiensis, & Archidiaconatus Campiniæ, fortè sperans, hujus temporis decursu res Ecclesiæ Namurcensis, cui præficiebatur, ad pristini status plenitudinem fore restituendas. Pontificiæ gratiæ intercessit nuper Capitulum sub obtentu Statutorum Leodiensis Ecclesiæ, quibus injuncta legitur Canonicis sex, vel saltem quatuor mensium residentia, & quidem sancita sub pœnâ amissionis omnium fructuum eorum præbendæ, quam cum præstare nequeat Illustrissimus D. Episcopus, *Constitutione Pianâ inter ejus impressas 65.* arctioris residentiæ vinculo obstrictus Ecclesiæ Namurcensi, quæsitum fuit à me, ut pro veritate hac de re sententiam meam dicere velim, eamque favore Reverendissimi Episcopi proferre non dubitaverim.

Quamquam enim adversus Beneficiorum pluralitatem, ob deformitates, quas continet, omnibus Sacrorum Canonum locis improbatam, ut apud *Fagnan. in cap. quia in tantùm nu. 2., & seqq. de Præbend. & cap. quia nonnulli num. 3. de Clericis non residen., Van. Espen. de jur. Eccles. univer. part. 2. tit. 20. cap. 1.*, latiùsque prosequitur *Thomasin. de re Benefic. part. 2. lib. 3. cap. 1. & seqq.*, & præcipuè *cap. 9. num. 13.*, non leve præjudicium sit residentia Clericos affigens suis Ecclesiis, quæ singulæ cum assiduitatem exigant personarum, consequens est, neminem obtinere posse plura Beneficia incompatibilia, qualia sunt Episcopatus, & Canonicatus, quibus nequit quispiam uno eodemque tempore servire, *Gloss. in extravag. execrabilis Joann. XXII. verb. in diversis de Præbend.*, &, præter supra allegatos, notat *Pinson. de Benefic. Ecclesiast. cap. 3. numer. 1. & 36.*; *Nihilominùs quia ex Divo Thoma quodlibet 9. quæst. 7. artic. 11.*, offensio tamen omnis, quam illa habet, leniri potest ob circumstantias hujusmodi deformitates, obliterantes, ac propterea sæpiùs tolerata, sæpiùsque à S. Sede permissa reperitur plurium incompatibilium retentio cum relaxatione vinculi residentiæ; Quippè eæ, quæ sunt Ecclesiæ Leges, non usque adeò rigidæ, atque inexorabiles sunt, ut remittendæ non sint, cum, earum relaxatione, commoda alia comparantur, vel cum illæ observari non possunt, nisi convulneratâ charitate, quæ lex legum, & Regina est, ut, ex præstantissimo Canonum compilatore Ivone Carnotense, egregiè scripsit *Thomasin. de re Benefic. part. 2. lib. 3. cap. 29. sub num. 1. vers. præstantissimi Canonum Compilatores.*

Ex gratiâ igitur, atque Apostolicâ dispensatione plura in unum congeri poterunt incompatibilia Beneficia, illaque is, ab omni molestia expeditus, canonicè obtinere dicetur, ut præcipit Bonif. VIII. *in cap. Ordinarii 3. §. Ceterum de offic. Ordin., Fraff. de Reg. Patron. Indiar. cap. 27. n. 16.*, modò tamen dispensationi justa ratio causam dederit; Non enim mihi probatur *Gloss. in d. extravaganti execrabilis in princip.* sentiens, suffragari dispensationes, tametsi nullâ ratione impetratas, siquidem S. Sedes, nonnisi causâ cognitâ, illas elargiri consuevit, si scilicet utilitas, aut necessitas Ecclesiæ, conditio temporum, & personarum sublimitas, eximiaque merita, aut alia similis ratio justum locum illis facerent, *Gloss. in cap. exposuisti 53. verb. necessitas de Præbend., Abb. in cap. de multa 28. numer. 20. eod. tit., Fagnan. in cap. quia in tantum numer. 13., & seqq. de Præbend., Thomasin. de re Benefic. dicta part. 2. lib. 3. cap. 9., Van. espen. in jus Ecclesiasticum univers. part. 2. tit. 20. cap. 5., Pinson. de Benefic. dicto cap. 3. num. 43., & seqq.*

Hæc non desiderantur in casu nostro; nam

Sum-

Summus Pontifex probè ſciens, Civitatem Namurcenſem, duplici obſidione, ac expugnatione labefactatam, illiuſque univerſam Diœceſim ſuperiori Bello maximis cladibus affectam, & igne, ferro, direptionibus, ac agrorum depopulationibus devaſtatam fuiſſe, Eccleſiæ hujus inopiæ mederi voluit reditibus Canonicatus, & Archidiaconatus, quibus novus electus dignitatem Epiſcopalem ſuſtinere poſſet=*Tibi* (ſunt verba Pontificii Diplomatis) *ut ſtatum tuum juxta*
11 *Pontificalis Dignitatis exigentiam decenter tenere valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere &c.* = hanc autem optimam eſſe diſpenſationis rationem, ex *Balſunone*, ſcripſit *Thomaſin. dicto lib. 3. cap. 4. num. 16.*, eamdemque *cap. 3. num. 4.*, probatam etiam fuiſſe, refert Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo, qui acriter increpando Artardum, quod Turonenſem conſecutus Archiepiſcopatum, Nannetenſi Eccleſiæ prioris curam, & poſſeſſionem non abjeciſſet, quantumvis ea devaſtata jactaretur, gravis ille, ſeveruſque Sacrorum Canonum vindex, eo vehementiùs excanduit, *Præſertim, cum alias poſſeſſiones, & Abbatias largitione Domini Regis habeat, unde ſumptus habere valeat, quibus ad Deo ſerviendum, & miniſterium ſuum exequendum in Plebe ſibi commiſsâ ſufficere poſſit*; Ea igitur Beneficiorum pluralitas, quibus non opes præſtarentur, ſed arceretur inopia, & quibus non ambitio, aut Prælati cupiditas exſaturaretur, ſed ſponſa ſolari, ærumniſque exolvi poſſet, non diſplicebat Hincmaro nec umquam diſplicuit rigidioribus Eccleſiaſticæ diſciplinæ cuſtodibus, iiſque, qui impenſiùs exagitarunt inexaturatam cupiditatem eorum, qui plura accumulabant Beneficia, teſte *Thomaſino dicto cap. 3.*, & aliis locis plura in hanc rem luculenta referens antiquitatis exempla.

Quibus conformis fuit recentior Sacrorum
12 Canonum diſciplina, juxta quam tenuitas redituum præcipua ſemper fuit cauſa indulgendi plurium incompatibilium retentionem, *cap. Eam te 4., ibique gloſſ. verb. tenues de ætat., & qualit., gloſſ. in cap. dudum 54. verſus finem verbo intitulatam circa med. de elect., & in cap. cum noſtris 6. verbo juſta cauſa de conceſſ. præb.*, atque etiam egregiè favent poſteriora Sacroſanctæ Tridentinæ Synodis Decreta, ut animadvertit *Pinſon. de Benefic. dicto cap. 3. numer. 14., & 44.*, idque ſummam habet juſtitiæ, & æquitatis rationem; Nam, ut notat *Carolus Feuret in ſuo Tractatu de l'abus lib. 3. cap. 1. fol. mihi 350. column. 2. = En cè la il y và de la neceſſitè, e dell' utilitè de l'egliſe; veu gu' autrement on verroit l' Eccleſiaſtique neceſſiteux in obbrobrium Cleri, & ailleurs il auroit qualque ſorte d' injuſtiſe à ne pas pour vorr que ce luy qui ſert à l'autel fut nourri de l'Autel* =, quæ ratio eò magis urget in caſu noſtro, quia diſpenſatio, de qua agi-
13 tur, non eſt indefinita, ſed Summus Pontifex limitatam, & temporariam dumtaxat prioris Beneficii retentionem permiſit, hoc quoque reſpiciens ſeveriores mores, ac priſca exempla relata apud *Thomaſin. dicto lib. 3. cap. 5. num. 5., & 11.*

Quamobrem, cum Summus Pontifex conceſſerit retentionem Canonicatus, & Archidiaconatus cum Epiſcopatu, ad quem Illuſtriſſimus Dominus novus electus aſſumebatur, ut ſtatum ſuum juxta *Pontificalis Dignitatis exigentiam decentiùs tenere poſſet*, canonica diſpenſatio, quæ vires accipit tum ex mente, & intentione con- 14
cedentis, *ad text. in cap. mandatum 38., ibique gloſſ. verb. cum fuerit intentio verſ. item intentio*, tum etiam ex cauſâ in ea expreſsâ, ad tradita apud 15
Thabor axiom. jur. lib. 3. cap. 12. n. 10., præcipuum effectum operabitur quoad perceptionem fructuum Canonicatus, & Archidiaconatus, ſinè quâ non impleretur mens Pontificis, & exitum 16
nullum haberet gratia diſpenſationis, quæ, veluti finalem cauſam, reſpicit fructuum fruitionem, non autem reliqua, licèt ceteroquin conſectaria aſſecutionis tituli, ex mente *Gloſſ. in cap. 2. verb. ad congruam de ætat., & qualit.*

Nec pro iiſdem lucrandis Illuſtriſſimus Dominus Epiſcopus obſtringitur onere reſidendi in Canonicatu, ex Pontificia diſpenſatione retento, nam pluralitas Beneficiorum incompatibilium 17
Sacris Canonibus proſcripta, eam maximè ob rationem, quod una eademque perſona, illa obtinens, aſſiduitatem ſervitii exibere, & uno, eodemque tempore ſedem habere non poſſit in pluribus Eccleſiis, præſertim exiſtentibus in diverſis Civitatibus; ſi eadem juſtâ aliquâ ex cauſâ permittatur, ſublato incompatibilitatis obſtaculo, ut tradit *Amayden de ſtylo Datariæ lib. 1. cap. 16. §. 3. num. 22.*, *Rot. deciſ. 126. num. 12. part. 19.* relaxatum quoque cenſebitur reſidentiæ 18
vinculum, præcipua enim diſpenſationis, quæ ex juxtâ cauſâ conceſſa eſt, utilitas in eo vertitur, 19
ut immunem præſtet à reſidentia alterius Beneficiii, *Pinſon. de re Benefic. dicto cap. 3. num. 54. & ſeqq.*, & quidem cum plenariâ perceptione 20
fructuum utriuſque, ſinè quâ, gratiâ irrita ceteroquin redderetur, *Ferdinand. Brancia apud de Marinis allegat. 51. num. 11.*, *Rota coram Merlin. deciſ. 122. num. 2.*; Reſidentia verò alterutri ex Beneficiis debita, quum illa erant inæ- 21
qualia, peragi debebat in digniori *cap. extirpandę 20. §. Qui verò*, ibi = *Cum oporteat, eum in majori Eccleſia deſervire = de præb.*, ſi verò extitiſſent æqualia, Beneficiarius reſidendi oneri ſatisfe- 22
ciſſe dicebatur, alterutri, vel modò uni, modò alteri ſerviendo, *Gloſſ. in cap. non poteſt 21. verb. retinere de præbend. in 6.*, vel ſi Eccleſiarum 23
vicinitas, & ſervitii ratio id pateretur, utrique miniſtrandum erat, ut magiſtraliter diſtinxit *Franc. in dicto cap. non prout nu. 5.*, & antè eum docuerunt *Abb. in dicto cap. extirpandæ §. Quæ verò num. 3., & 5. lit. A*, *Geminian. ibidem §. Illud num. 11.*, *Barboſ. allegat. 62. numer. 22.*, *Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 6. numer. 96.*, *Fraſſ. de Reg. Patron. Indiarum cap. 27. num. 11.*, *Rot. deciſ. 703. part. 4. tom. 3. rec.*

Hodiè verò, juxta Pianam Conſtitutionem, ſub initium relatam, reſidentia peragenda, & in 24
Divi-

Divinis ministrandum est Ecclesiæ illi, cui imminet Cura animarum, cujus causa prima, & præcipua esse debet, illique deserviens, omnes,
35 & singulos fructus, reditus, & proventus Canonicatus, vel Dignitatis, seù alterius cujuscumque Beneficii lucrabitur, ut de dicta Constitutione loquentes scripserunt *Fagnan. in cap. licèt num.67., & 121. de præben., Garz. de Benefic. part.3. cap.2. num. 185. & seqq., & num. 343., Gonzal. ad regul. 8. Gloss.6. num. 267. & seq., & num.271., Barbos. ad Concil. sess. 23. de reform. cap.1. num.40., Pignattell. consult. 4. numer. 32. tom.7.*; Eademque, licèt deservienti
26 Ecclesiæ Curatæ subtrahat quotidianas distributiones Canonicatus, seù dignitatis, quam alibi obtinet, attamen, ne privilegium, & dispensationis gratia inutilis reddatur, neutiquam adem-
27 ptæ censentur distributiones illæ, quæ, in communem massam redactæ, succedunt locò præbendæ, sed eæ tantùm auferuntur, quæ manuales sunt, & pro singularum horarum servitio distribuuntur; immò, si in hujusmodi dumtaxat di-
28 stributionibus universi proventus consisterent, dispensatus, hoc casu, duas illarum partes caperet, amissâ tertiâ, ut hac ratione aliqua statuta dici posset differentia inter absentes, & præsentes, *Amayd. de styl. Datar. lib.1. cap. 16. §. 5. num.9. & seqq., & docuit Fagnan. in dicto cap. licet num.124. de Præbend.*

Ob quas rationes Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Interpretum
29 pluries declaravit, Episcopum, modò resideat in Episcopatu, solutum esse à residentiâ Canonicatuum, Dignitarum, & reliquorum Beneficio-
30 rum, eademque retinere posse, & fructus percipere, exceptis quotidianis distributionibus, teste *Pignattell. consult.4. nu. 27., Barbos. collect. decis. Apostol. verb. Episcopus circa residentiam num.8., & ad Concil. sess.23. de reformat. cap.1. num.20.*; Et jure quidem, meritòque, quia obli-
31 gatio residendi incumbens Episcopo, aliisque gerentibus Curam animarum, cum major sit obligatione deserviendi Canonicatui, vel quia hæc jure positivo imperata, illa verò jure Divino imposita est, ut senserunt plurimi gravissimi Auctores apud *Card. de Lugo respons. moral. lib. 5. dub.13., Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæst. 27. nu.37., Van. espen. de jur. Eccles. univers. part. 1. tit.16. cap. 5., Hurtad. de residen. resolut. 9. to.1.*, vel quia ex absentiâ ab aliis Beneficiis me-
32 tuendum non est tantum detrimentum animarum, quantum absentia Pastoris inferre potest Ecclesiis, quibus illarum Cura imminet, ut notat *Van. espens. de jur. Eccles. univers. part.1.*
33 *tit.7. cap. 10. num. 1.*, major proindè obligatio vincit minorem, & residentiam peragens in Beneficio, cujus servitium magis necessarium
34 est, magisque utile, pro presente habebitur in alio, *Rota coram Merlin. decis.122. nu. 2., & in rec. decis.703. num.2. part.4. tom.2. rec.*

Quibus non adversatur modalis illa clausula adposita literis dispensationis, videlicet *proviso, quod Canonicatus, & præbenda, & Archidia-*

conatus hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, quasi Summus Pontifex, his verbis indulgendo illorum retentionem, dispensare voluisse videatur ab assiduitate servitii, quod iidem exigebant; Siquidem clausula ista desumpta est ex Decreto Innocentii IV. in Concilio Lugdunensi, relato à Bonifacio VIII. *in cap. Ordinarii §. Ceterum*, ibi = *Provideat tamen Ordinarius, qualiter nec animarum curâ in eisdem Ecclesiis* 35 *Personatibus, seù Dignitatibus negligatur, nec Beneficia ipsa debitis obsequiis defraudentur = de offic. Ordin. in 6.*, ubi *gloss.* additionalis notat, dispensationem semper dari, datamque intelligi secundùm istas duas modificationes; easdemque in stylum abiisse, notarunt communiter Pragmatici, materiam hanc pertractantes.

Cum autem rectæ rationi repugnet, quod Innocentius IV. ceterorumque Sacrorum Canonum Decreta probantia canonicas dispensationes retentionis plurium incompatibilium, & Sancta Sedes, illas ex justâ, & necessariâ causâ facilè 36 concedens, easdem elusorias reddere voluerint, residentiæ obligationem injungendo respectu utriusque Beneficii incompatibilis, sive ratione Curæ Animarum, sive ratione servitii illa requiratur, dicendum idcircò est, quod præcipiendo, 37 neutrum Beneficium debitis fraudari obsequiis, de iis obsequiis intellexerint, quæ invicem sunt 38 compatibilia, & ratione vicinitatis Ecclesiarum, vel servitii, diversis temporibus exhibendi, ab unâ, eâdemque personâ expleri possunt, *Amayd. de styl. Datar. lib 1. cap.16. §.3. numer.* 23., vel etiam de iis oneribus, quibus per Sub- 39 stitutum satisfieri potest, ut tradunt *Fraff. de Reg. Patron. Indiar. dicto cap.27. num.11., Rota coram san. mem. Alexandro VIII. decis.58. num.* 24.; Ceterùm, si servitia ejusmodi sint, ut mutuò se excludant, nec per alium exsolvi possint, is, qui dispensatus reperitur pro retentione 40 duorum incompatibilium, in quorum utroque una, & eadem persona, uno eodemque tempore naturaliter residere nequit, residendo ad normam Pianæ Constitutionis, in illo, cui imminet cura animarum, virtualiter, & civiliter residere censebitur in alio, ut hactenus probavimus, & conferunt tradita in *mox citata decis.58. num.* 22. *& seqq.*, quam sequitur *Rosa de executione liter. Apostolicarum cap.5. num.311.*

Minùs verò officiunt Statuta Ecclesiæ Leodiensis, quibus, ut diximus sub initium, sex, aut 41 saltem quatuor mensium residentia præcipitur quia, præter quam quod dicta Statuta intelligenda sunt de obtinentibus unum tantummodo Be- 42 neficium, non verò de obtinentibus ex dispensatione duo Beneficia incompatibilia, quorum utrique debita personarum, & servitii assiduitas, uno, eodemque tempore præstari nequeat, *Rot. decis.703. num.2. part. 4. tom.3. rec.*; Et rursus, sicuti Canonica dispensatio solvit residentiam, 43 generali Lege Ecclesiæ, & universis Sacrorum Canonum præceptis imperatam, sic etiam libe- 44 rabit ab illa, quæ indicta est specialibus Statutis, quæ efficere nequeunt, quin Ecclesiæ necessitati,

aut utilitati relaxatione reſidentiæ provideri poſſit, ut benè diſſerit *Pinſon. de Benefic. Eccleſiaſt. tit. de diſpenſ. Eccleſiaſt. cap. 2. num. 30. & ſeq.*, difficultas omnis ceſſat in noſtra hypotheſi, ex quo Summus Pontifex claris, & apertis verbis derogavit dictis Statutis *generalis Con-*
45 *cilii* (ſunt verba Pontificii diplomatis) *& quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Namurcenſis, & Leodienſis Eccleſiarum præfatarum etiam Juramento confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliàs roboratis Statutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, Apoſtolicâ auctoritate præfatâ tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus &c.*; = Quamobrem, ne
46 adeò expreſſa, ac ſpecifica derogatio eluſoria reddatur, dicendum eſt, Summum Pontificem, qui ob tenuitatem redituum, & devaſtationem Eccleſiæ Namurcenſis voluit in novo illius Epiſcopo accumulare fructus Canonicatus, & Archidiaconatus, de quibus agitur, ut novæ ſponſæ inopiam ſolari poſſet, dicendum, inquam, eſt, ſolviſſe reſidentiam, ſub pœnâ amiſſionis fructuum indictam à præfatis Statutis, ut benè ratiocinatur *Rota in una Colonien. Canonicatus primæ gratiæ 2. Maii anni* 1701. *§. Quia iterum coram Illuſtriſſimo dell' Olmo nunc magno Mediolani Cancellario*, quæ quidem derogatio efficа-
47 cior redditur, quia verſamur in gratia conceſſa motu proprio, & propterea benigniùs interpretanda, juxta notas regulas.

Forolivien. Conſtitutionis.

Ex ſubreptionis, & obreptionis capite oppugnari poteſt Apoſtolicum Breve, executioni jam demandatum, de erogandis annuis certis reditibus Montis pietatis in Seminarii commodum, quando Summo Pontifici narratum non fuit, eoſdem reditus deſtinatos eſſe in certos & ſpeciales uſus, non modò ipſius Montis, ſed etiam pauperum puellarum, ac præterea expoſitum fuit, hanc redituum adſignationem ab alio Prædeceſſore Summo Pontifice conceſſam fuiſſe, itemque nuper communi deliberatione ſtatutam ab Curatoribus Montis Pietatis, quum tamen reverâ ſola eos reditus adſignandi facultas Adminiſtratoribus Montis anteâ tributa eſſet, & deliberatio de eâ re ab iiſdem Adminiſtratoribus communiter habita, utpotè abſque ullâ ſedulâ rei diſcuſſione, abſque legitimo ſuffragiorum numero, & contra priorem maturam ipſorum Adminiſtratorum reſolutionem, irrita prorſus cenſenda eſſet.

VOTUM XIV.

1 *Breve Summi Pontificis, executioni demandatum licèt fuerit in formâ Commiſſariâ, juſtificatum præſumitur*, & num. 29.

2 *Et onus reijcit contrarium probandi in alterum*, & num. 36.

3 *In executione Brevis Pontificii omnia ritè, & rectè geſta præſumuntur.*

4 *Executio Brevis Pontificii, ſervatâ formâ in eo præſcriptâ, nec de exceſſu, nec de nullitate redargui poteſt.*

5 *Ordinarius poſt negotium ab ipſo tractatum, ac diligenter inveſtigatum, ulteriori Cauſæ cognitione non indiget pro exequendo Brevi Pontificis.*

6 *Præſertim, ſi Brevi Apoſtolico præceſſerit tractatus, & conſenſus eorum, quorum intereſt.*

7 *Probatio nulla melior eſt, quàm quæ oritur ex facto, & confeſſione Partis.*

8 *Breve Apoſtolicum executioni demandatum, & probatum ab iis, quorum intereſt, infringi ampliùs non poteſt, niſi per manifeſtam probationem nullitatis, aut ſubreptionis.*

9 *Breve Apoſtolicum pro erogandis certis reditibus Montis Pietatis in commodum Seminarii ſubreptitium non redditur ex non factâ mentione deſtinationis redituum ad certos uſus*, & num. 15.

10 *Reditus ad certum uſum deſtinatos eſſe, ſcire debet, qui ſcit, eos ad Montem Pietatis ſpectare.*

11 *Pro expreſſo habetur, quod venit in neceſſariam conſequentiam ejus, quod exprimitur.*

12 *Nec ſubreptitiam gratiam reddit.*

13 *Expreſſio Vicariæ ſufficit, ut Papa cenſeatur cogitaſſe de jure Parochiali, penes alium exiſtente.*

14 *Pro excludendâ ſubreptione ſatis eſt, Papam de iis, quæ ſibi narrata non fuerunt, cogitare potuiſſe.*

16 *Redituum Montis Pietatis ad certos uſus deſtinatio, conſentientibus Montis Curatoribus eorum applicationi pro Seminario, Papam non retraxiſſet ab ejus gratiæ conceſſione.*

17 *Subreptitiam gratiam non reddit, quod, etiamſi expreſſum fuiſſet, difficiliorem gratiam non reddidiſſet*, & nu. 40.

18 *Ad obreptionem vitandam ſufficit, expreſſum aliquo pacto verificari poſſe*, & num. 86.

19 *Pro excludendo obreptionis vitio benigna ſumenda eſt interpretatio.*

20 *Facultas obligationem excludit*, & num. 107.

21 *Principis majeſtati maximè convenit, ejus gratias eſſe manſuras.*

22 *Tametſi ad partium ſupplicationem conceſſæ fuerint.*

23 *Pro gratiæ firmitate ſemper capienda interpretatio*, & num. 104.

24 *Executio Brevis, nullâ præhabitâ narratorum juſtificatione, invalida eſt.*

25 *Executor literarum Apoſtolicarum priùs cauſæ cognitionem adhibere, & poſteà illas exequi debet.*

26 *Etiamſi plenè de negocio inſtructus jam fuerit.*

27 *Brevis Pontificii juſtificatio conſtare debet ex actis.*

28 *In-*

28 *Intellige, niſi ejus executio commiſſa fuerit arbitrio, & conſcientiæ executoris.*

30 *Literæ executioni demandatæ, quando ex mero executori delegatur, juſtificatæ præſumuntur.*

31 *Secus, ſi illæ dirigantur executori mixto.*

32 *Executor mixtus non extrajudicialiter, ſed juris ordine ſervato, procedere tenetur.*

33 *Executor gratiæ, quæ perfici debet alterius facto, mixtus cenſendus eſt.*

34 *Ad executionem gratiæ erogandi reditus Montis Pietatis in commodum Seminarii, procedi nequit ſinè citatione illius, de cujus præjudicio agitur.*

35 *Gratia alicui damnoſa, inaudito eo, executioni mandari non poteſt*, & num. 89.

37 *Gratia dudum jam executioni demandata, faciliùs juſtificata præſumitur.*

38 *Subreptione gratia vitiatur, nec executioni demandari poteſt.*

39 *Subreptitiam gratiam efficit reticentia deſtinationis reddituum Montis Pietatis ad certos uſus.*

41 *Juribus Montis Pietatis, & pauperum puellarum, de quibus certior redditus non fuit, præjudicium inferre voluiſſe Papa non præſumitur.*

42 *Voluntas ad incognita numquam fertur.*

43 *Reditus Montis Pietatis in beneficium, & uſus ejuſdem Montis in genere ceſſuros eſſe, Pontifex cogitare potuit.*

44 *Non verò certos, & ſpeciales uſus, in quos illi erogandi erant.*

45 *Ex reddituum Montis Pietatis mentione neceſſariò non inferuntur certi, & ſpeciales uſus, ad quos ſunt deſtinati.*

46 *Ad ſubreptionem excludendam generica Pontificis cogitatio non ſufficit.*

47 *Subreptio ſemper ineſſe dicitur, quoties Papa ignorare potuit qualitatem aliquam difficiliùs moventem ad conceſſionem gratiæ.*

48 *Gratiam erogandi reditus Montis Pietatis pro Seminario difficillimè, nec, niſi auditis Partibus, Papa conceſſiſſet, ſi noviſſet, obſuturam eidem Monti, & pauperibus puellis.*

49 *Seminarii neceſſitati conſuli poteſt ex Eccleſiaſticis reditibus, ab Epiſcopo adſignandis.*

50 *Et ideò in ejus favorem pios reditus Montis Pietatis applicari, difficiliùs Papa conceſſiſſet.*

51 *Gratia tertio nocens, dolo extorta præſumitur, non verò ex deliberatâ Pontificis voluntate.*

52 *Factum Curatorum Montis Pietatis obeſſe non poteſt pauperibus puellis, in quarum commodum erogandi ſunt reditus ejuſdem Montis.*

53 *Factum Curatorum Montis, eidem nocere non poteſt.*

54 *Mons Pietatis utitur jure Minorum.*

55 *Mons Pietatis juvatur beneficio reſtitutionis in integrum adverſus præjudicia, ex culpâ Rectorum ſibi illata.*

56 *Gratiam applicandi reditus Montis Pietatis in Seminarii commodum, ſed in damnum ipſius Montis, & pauperum puellarum facilioremnon reddit conſenſus Curatorum ejuſdem Montis.*

57 *Obreptionis vitium falſi expreſſione committitur.*

58 *Falſum exprimit, qui narrat, adſignatos fuiſſe à Summo Pontifice certos reditus Montis Pietatis in Seminarii commodum, ſi id à Summo Pontifice repoſitum fuit in facultate Curatorum ipſius Montis.*

59 *Negligi longiſſimi temporis ſpatio, quod negligi non expedit, nec ſolet, inveriſimile eſt.*

60 *Executionem gratiæ applicandi reditus Montis Pietatis in Seminarii commodum diu neglectum fuiſſe, inveriſimile eſt.*

61 *Negligentia diuturna exequendi gratiam applicationis reddituum in Seminarii commodum, nimium gravis eſt.*

62 *Facultatem applicandi reditus in Seminarii commodum tributam fuiſſe Curatoribus Montis Pietatis, non obligationem impoſitam, declarat neglecta per longiſſimum tempus eorum reddituum applicatio.*

63 *Obſervantia ex non facto Adminiſtratorum deprompta, rem ambiguam declarat.*

64 *Mutanda non ſunt, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt.*

65 *Obſervantia eſt fida omnium diſpoſitionum interpres.*

66 *Interpretatio illa capienda eſt, quam ſubſecutus uſus confirmavit.*

67 *Etiamſi ſenſus, ab obſervantiâ comprobatus, verbis minùs congrueret.*

68 *Interpretatio, quæ uſu probatur, & coadjuvatur ratione, faciliùs amplectenda eſt.*

69 *Obſervantia, quæ adfertur pro interpretandâ voluntate Summi Pontificis, non pro inducendâ præſcriptione, favorabilior eſt.*

70 *Narratio deliberationis ab Adminiſtratoribus Montis Pietatis in conſilio habitæ, de validâ deliberatione intelligenda eſt.*

71 *Aliter falſa eſt, nec Pontificem movere poteſt ad conceſſionem gratiæ*, & num. 101.

72 *Deliberatio ab Adminiſtratoribus Montis Pietatis habita abſque ſedulâ negotii diſcuſſione, nullam vim habet.*

73 *Præſertim, ſi adverſetur alteri præcedenti reſolutioni, legitimè, ac maturè captæ.*

74 *Scrutinium ex defectu unius calculi, qui numerum Conſiliariorum impleret, irritum eſt.*

75 *Nec ſanari poteſt novâ ſuffragatione, poſtquam nonnulli ex Conſiliariis jam diſceſſerunt.*

76 *Prior Sacri Montis ſeſſionem, ſive ſuffragationem differre non poteſt ad ſequentem diem.*

77 *Prior Sacri Montis proponere ſolùm debet, non*

non autem quidpiam decernere absque consensu majoris partis Consilii.

78 *Administratorum Montis, pro aliqua re tractandâ congregatorum, suffragatio unico actu expleri debet.*

79 *Consiliariorum resolutio, aliquibus à suffragio ferendo exclusis, irrita est.*

80 *Sed nullitas hæc, nonnisi ab iis, qui contempti fuerunt, proponi potest.*

81 *In resolutione captâ unico præponderante suffragio, numerus modicus esse dicitur.*

82 *Applicationi reddituum Montis Pietatis pro Seminario, omnes ejus Montis Curatores consentire debent, nec sufficit major pars.*

83 *Consensus omnium requiritur in negotio, quod neque necessarium, nec utile, sed merè voluntarium est.*

84 *Obreptio, seù falsi narratio universam gratiam inficit.*

85 *Falsum exponens caret impetratis.*

87 *Assignare suâptè naturâ significat rem in alterius dominium transferre.*

88 *Assignationem reddituum Seminario factam esse, verum non est, si assignandi facultas data fuit Administratoribus Montis Pietatis.*

90 *Gratiam puram significat, qui puram & absolutam gratiæ executionem petit.*

91 *Gratiæ ab alterius arbitrio pendentis puram, & absolutam executionem petere ineptum est.*

92 *Effectus subsecutus ostendit, quid primùm fuerit in agentis intentione.*

93 *Ad gratiæ obreptionem vitandam non sufficit, eum, qui assignationem reddituum narravit, de assignatione facultativâ, & conditionali intellexisse.*

94 *In gratiæ confirmatione, quæ aliquid novi concedat, peculiares clausulæ, & verba adjici solent.*

95 *Gratiam assignationis reddituum si Pontifex executioni mandari jubeat, supponit, assignationem hanc ab alterius facultate non pendere.*

96 *Gratiam jam factam confirmans, novam concedere non vult.*

97 *Etiamsi novam gratiam concedere exprimat.*

98 *Pontifex Apostolicas literas Prædecessorum confirmans, novam gratiam alicui damnosam, & à jure valdè exorbitantem concedere non intendit.*

99 *Gratiam priorem conditionalem esse, sciens, novam gratiam absolutam difficiliùs concedere præsumitur.*

100 *Gratiæ antecedentis modus, & conditio non expressa posteriorem gratiam vitiat.*

102 *Falsi expressio ignoranter facta, excusat à dolo.*

103 *Non verò à nullitate gratiæ.*

104 *Pro gratiæ firmitate, quoties ea aperto subreptionis, & obreptionis vitio laborat, interpretatio sumi nequit.*

105 *Præsumptio cedit veritati.*

106 *Interpretatio de re dubiâ solùm esse potest.*

108 *Lex, quæ supponit, non disponit.*

109 *Synodus, quæ subventionis solutionem demandat, eam non statuit.*

110 *Actus recentes, & qui dederunt causam liti, nullius sunt roboris.*

111 *Spectandum non est, quod fit, sed quod fieri debet.*

112 *Quod ex reverentia, & obsequio auctoritate Supremi Principis gestum est, obesse non potest.*

113 *Protestatio in actu solutionis emissa, primævum jus conservat.*

114 *Et quidem tàm quoad præteritum, quàm quoad futurum.*

115 *Solutiones in re habente tractum successivum licèt nocere possint quoad præteritum, non nocent saltem quoad futurum.*

CUM anno 1622. ageretur de erigendo in Civitate Forolivienſi Seminario Eccleſiaſtico, noſcentes ejuſdem Civitatis Cives, non ſuppetere reditus ſufficientes Operi huic inſtituendo, preces porrexerunt Summo Pontifici Gregorio XV., ut facultatem ipſis concederet contribuendi in hanc cauſam quinquaginta modia frumenti, & tria plauſtra uvæ ex reditibus Sacri Montis Pietatis ejuſdem Civitatis, ut ex Brevi d. Summi Pontificis expedito anno 1622., quo Adminiſtratoribus Montis prædicti impartita legitur licentia contribuendi ſingulis annis, & in perpetuum dictarum ſpecierum qualitatem, quæ tamen (ob diu protractam erectionem Seminarii, nempè uſque ad annum 1659.) numquam ſoluta fuit; Verùm, cum anno 1707. in Archivio Seminarii repertum fuiſſet d. Breve, Reverendiſſimus Epiſcopus de eo certiores fecit Curatores Sacri Montis Pietatis, eoſque monuit, ut in illius executionem res promiſſas Seminario præſtarent, ſed fruſtrà; nam Curatores prædicti hujuſmodi inſtantiæ annuere recuſarunt tùm exemplo Majorum, qui, licèt tempore expeditionis d. Brevis ageretur de Seminario erigendo, nihilominùs à contributione iſta abſtinuerunt, tùm etiam, & fortiùs, quia crediderunt, hujuſmodi contributioni obſtare Leges d. Sacri Montis, ac etiam Apoſtolicas Conſtitutiones, prò ejuſdem regimine peculiariter editas, quibus cavetur, omnes illius reditus, ac quidquid ex ipſis ineunte tempore ſupereſſe poſſet, erogari debere in diminutionem, ſivè, ut dicitur, in reductionem intereſſe mutui, quod exigitur prò pignoribus; Quamobrem nomine Deputatorum Seminarii ſupplex libellus porrectus fuit Sanctiſſimo Domino Noſtro fæliciter Regnanti, qui preces remiſit ad Sacram Congregationem Concilii, eaque ut moris eſt, reſcripſit prò informatione Reverendiſſimo Epiſcopo.

Admonitis itaque ab Epiſcopo Adminiſtratoribus Montis ad deducendas rationes, cauſaſque, ob quas d. contributionem præſtare recuſarunt, ut ipſe illas ad Sacram Congregationem referre poſſet, Prior Sacri Montis rem detulit ad Conſilium

silium Curatorum, & per sortem de more extractis iis, qui de gravi hoc negotio sermonem habere debebant, isti, nullatenus perpensis momentis rationum, quæ indemnitatem Sacri Montis respiciebant, in eam abjerunt sententiam, quod scilicet solverentur Seminario singulis annis scuta quinquaginta, quâ quidem sententiâ ad censuram suffragiorum, sivè, ut dicitur, ad partitum remissà, sanior Consilii pars egrè ferebat hujusmodi novitatem, tamquam adversantem Legi, & veteri consuetudini, alii verò contrà eam attentantes, adeò tumultuariè suffragia dederunt, ut plerique ante expletam sortitionem recesserint, quamobrem, publicato interim scrutinio, cum vota minimè responderint numero suffragantium ob defectum unius fabæ, illi namque erant sexdecim, & fabæ repertæ fuerunt in numero quindecim, re idcircò infectâ, Consilium eâ die dimissum fuit.

At sequenti die eo iterum convocato, & ad illud accedentibus aliis tribus Curatoribus, qui externâ die non interfuerant, non assumptâ, ut par erat, ex integro discussione propositionis, à Priore in altero Consilio factæ, actum fuit dumtaxat de continuanda, seù reassumendâ suffragatione ad normam partiti capti antecedenti die ad suffragium ferendum non admissis tribus illis Consiliariis, qui supervenerunt, & ità uno tantùm superante voto, concluſum fuit prò contributione scutorum quinquaginta, dictæque resolutionis vigore facilì deindè negotio Seminarium obtinuit tùm in Sacra Congregatione Decretum favorabile, tùm à Summo Pontifice Breve directum Episcopo in formâ commissariâ, ut scilicet, veris existentibus narratis, assignationem frumenti, & vini, ab Administratoribus Montis Seminario prædicto faciendam executioni demandaret, eisdemque facultatem impartiretur præstandi loco frumenti, & uvæ annua scuta quinquaginta, ab ipsis sponte oblata.

Nec in eorum executione cunctandum esse censens Reverendissimus Episcopus, nullâ præmissâ negotii discussione, statim urgere cæpit Curatores prò solutione dd. scutorum quinquaginta, comminatà etiam relaxatione mandati executivi, cujus metu, atque etiam quia Pontificum Breve non præseferebat simplicem facultatem, sed injungebat præcisam obligationem contribuendi, illi, etsi novissent maximum præjudicium, quod irrogabatur Monti, deposuerunt summam prædictam, cum protestatione tamen recursus ad Summum Pontificem, & de subreptione, seù obreptione d. Brevis, atque ità usque in hodierna tempora post cadentem solutionis diem, expectatà intimatione, sivè comminatione mandati, d. annuam præstationem deposuerunt, quam tamen, posthabito depositi impedimento, quotannis Ministri Seminarii liberè exegerunt; Cum itaque modò Curatores prædicti deliberaverint habere recursum ad Sacram Congregationem prò liberando Sacro Monte ab hoc perpetuo onere, &, an id justà aliquà ratione, & probabili spe fælicis exitùs tentare queant, priùs à mè exquisiverint, rogantes, ut, diligenter, ac maturè perpensis juribus, & rationibus, quæ in utramque partem deduci possunt, quid hac in re sentiam, pro veritate dicere velim.

Primo sanè rei obtutu nedum arduam Provinciam susci pi, sed temerario penè dixerim ausu insurgi videbatur contrà Seminarium, intentionem suam fundans in duobus Pontificiis Brevibus, quorum postremum à Sanctissimo Domino Nostro fæliciter Regnante editum, & de quo peculiariter agitur, licèt sit in formâ commissariâ, nihilominùs, utpotè jam executioni demandatum, plenè justificatum præsumitur, 1
ut sepè firmavit *Rota*, & præsertim *coram Buratto decis.*842. *num.*4., *coram Cels. decis.*396. *num.*2., *coram Dunoz. jun. decis.*661. *num.*11., *coram Bich. decis.*392. *num.*12., *in rec. dec.*406. *num.*1. *part.*1., *& decis.*456. *part.*13., adeo quidem ut onus transferat in Administratores Sacri 2
Montis contrarium concludenter probandi, ut docent *Kochier. ad regul.*55. *Cancellar. de valore num.*27., *Garz. de Benefic. part.*5. *cap.*3. *num.*228., *& seqq.*, *Card. de Luc. eodem tract. disc.*90. *num.*24., *Rot. coram Millin. decis.*25. *num.*2., *coram Seraphin. decis.*485. *num.*1., *coram Ubald. decis.*115. *num.*1., *coram Bichio decis.*213. *num.*7., *&* 11., *& decis.*594. *num.*13., *decis.*485. *num.*4. *part.*4. *tom.*2. *rec.*, *in Compostellana Parochialis* 22. *Junii* 1708. *§. Constitit, & in ejus confirmatoria* 15. *Martii* 1709. *in princ. coram Priolo*; quippè illi resistere dicitur firmissima juris præsumptio suadens, quod omnia 3
ritè, & rectè expleta fuerint, *Mans. consul.*342. *nu.*8., *Menoch. de præsumpt. lib.*2. *præsumpt.*50. *num.*22., *& seqq.*, *& lib.*6. *præsumpt.*4. *nu.*2., *& seqq.*, *Palma nep. decis.*129. *num.*13., *Rot. decis.*9. *nu.*12. *in collect. ad ornat. Card. de Luc. de Benefic.*, *& in Romana, seù Albanen. Associationis* 1. *Aprilis* 1707. *§. Nec obstat coram Priolo*.

Quæ juris præsumptio fortiùs urget in casu nostro; Nam, si spectemus factum ipsum execu- 4
tionis, cum Ordinarius in illâ perficiendâ servaverit formam præscriptam in Brevi, eadem nec de excessu, nec de nullitate redargui potest, ut observant *Rosa de execut. liter. Apostol. cap.*5. *nu.*339., *Corrad. in prax. dispensat. lib.*9. *cap.*5. *num.*47., & magis præcisè *Rot. decis.*548. *nu.*3. *part.*19. *tom.*2. *rec.*, Quippè nullitas opponi nequit eo sub colore, quod Ordinarius Executor, 5
processu minimè fabricato, perquirere omiserit veritatem narratorum in Brevi, prout ipsi injungebatur, quoniam Episcopus à Summo Pontifice delegatus ad d. Breve executioni demandandum, fuit illemet, qui suasit Administratoribus Seminarii, ut adirent ad eumdem Summum Pontificem, idemque extradidit relationem, à Sac. Congregatione Concilii requisitam, proindeque nemo non videt, quod, cum ageretur de facto ab ipso tractato, & diligenter investigato, tamquam optimè informatus de veritate rei, non indigebat ulterioribus informationibus, rectèque igitur potuit extrajudicialiter procedere ad ipsi delegatam executionem, *Abb. cons.*41. *n.*1. *lib.*1.,

*lib.*1., *Altograd. conſ.*28. *ſub num.*7., *Roſa de execut. lit. Apoſtol. part.*1. *cap.*8. *num.*5., *Bellamer. deciſ.*68. *num.*1., *Rot. coram Puteo deciſ.* 140. *num.*1. *lib.*2. *in correctis*, *& in nov correctis* 144., *coram Merlin. deciſ.*10. *num.*10., *& ſeqq.*, *& deciſ.*35. *num.*7., *coram Celſ. dec.*396. *num.*3., *in rec. deciſ.*435. *num.*7. *part.*5. *tom.*2., *deciſ.*472. *num.*12., *&* 13. *part.*19., & melius *in Hieracen. Tranſactionis* 16. *Novembris* 1708. *§. Probatâ causâ coram Molines ſupremo Hiſpaniarum Inquiſitore.*

Si verò intueamur ipſum Breve, ejuſque ſubſtantiam, ac omnia in eo narrata, illud pleniſſimè juſtificatum fuiſſe, demonſtrabat factum
6 ipſum eorumdem Curatorum Sacri Montis Pietatis, qui, viſo ſupplici libello, ab Adminiſtratoribus Seminarii ad Sanctiſſimum tranſmiſſo, ſuper quo d. Breve emanavit, & inſtante Epiſcopo, ut adverſus illud ſuas proferret rationes, non ſolùm nihil contra deduxerunt, verùm prætereà ſtatuerunt, quod Seminario ſolverentur annua ſcuta quinquaginta, ex quo elicitur, ipſos vera noviſſe omnia, in d. ſupplici libello contenta, & adamuſſim recenſita in Brevi, de
7 quo agitur, cum nulla detur melior probatio eâ, quæ reſultat ex facto, & confeſſione ipſius partis, *Gratian. diſcept.*151. *n.*13., *diſcept.*675. *num.*14., *& diſcept.*789. *nu.*5., *Cyriac. contr.* 427. *num.*8., *& ſeqq.*, *Rot. coram Duran. deciſ.* 337. *num.*32., *& ſeqq.*, *coram Celſ. deciſ.*48. *num.*12., *& deciſ.*263. *num.*5., *in rec. dec.*127. *num.*21. *part.*12., *deciſ.*6. *num.*16. *part.*13., *deciſ.*456. *num.*5. *part.*14., *& in Novarien. Pecuniaria* 26. *Junii* 1711. *§. Fortiùs coram Anſaldo Decano*, undè ſequitur, quod, ſi Curatores præ-
8 dicti modò hujuſmodi Breve infringere velint, id, nonniſi per concludentiſſimas probationes nullitatis, & obreptionis, ſivè ſubreptionis aſſequi poſſint, *Rot. cor. Seraphino deciſ.*1525. *n.*3., *& deciſ.*1307. *num.*7., *coram Dunoz. ſen. deciſ.*89. *num.*3., *coram Emerix jun. deciſ.*1188. *num.*8., *in rec. deciſ.*674. *num.*1., *&* 2. *part.*2., *& deciſ.* 548. *ſub num.*2. *part.*19. *tom.*2.

Cujus ſanè generis cenſeri minimè poſſe, putabam ea, quæ in contrarium deduci poſſe videbantur: Dictum namque Breve ſubreptitium dici non poterat ex eo, quod Summo Pontifici expreſſum non fuit, omnes introitus, & reditus Montis Pietatis, ad certos uſus eſſe deſtina-
9 tos ex præſcripto Statutorum ejuſdem Montis, à S. Sede approbatorum, quia in eodem Brevi claris verbis diſponitur, ſolutionem eſſe faciendam ex reditibus Montis Pietatis, proindeque, ſi Summum Pontificem non latuit, eidemque expoſitum fuit, annuas præſtationes eſſe ſolvendas ex reditibus pertinentibus ad ipſum Montem Pietatis, tantùm habeſt, ipſum fuiſſe deceptum ſub falsà credulitate, quod dd. reditus non eſſent ad certos uſus deſtinati, ut potiùs ex natura expoſitæ
10 pertinentiæ eorumdem redituum ad Sacrum Montem Pietatis, cogitare potuerit, ac debuerit, illos eſſe certo, ac determinato uſui addictos; Cumque id perneceſsè veniret in ſequelam eorum,
11 quæ eidem Summo Pontifici expoſita fuerunt perindè eſt, ac ſi diſertis verbis expreſſum fuiſſet, & conſequenter exuberat ad evitandam ſu- 12
breptionem, ex deductis per *Roſam de execut. liter. Apoſtol. part.*1. *cap.*5. *à num.*53., *Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cent.*2. *cap.*87. *à nu.*10., *& ſeqq.*, *Rot. coram Royas deciſ.*278. *num.*13., *coram Remboldo deciſ.*106. *num.*11., *in rec. dec.* 70. *num.*19. *part.*8., *deciſ.*93. *num.*23. *part.*10., *deciſ.*139. *num. final. part.*14., *deciſ.*161. *nu.*15. *part.*18., *deciſ.*386. *nu.*16., *&* 23. *eadem part.* 18., *& in Lauden. Vicariæ impreſſ. apud D. Advoc. Piton. diſcept.*27. *num.*40., *&* 48., ubi, quod expreſſio Vicariæ ſufficit, ut Papa cenſea- 13
tur cogitaſſe de exiſtentia juris Parochialis penes alium, cui libera proviſio præjudicet, ad evitandam ſubreptionem; Immò, quod ad hunc effectum ſatis ſit, Papam quoquo modo, & in genere cogitare potuiſſe de iis, quæ expreſsè ſibi 14
narrata non fuerant à ſupplicante, firmant *Spad. conſ.*82. *num.*4., *&* 6. *lib.*2., *Ger. Spin. conſ.* 16. *à num.*25., *Card. de Luc. de juriſdict. diſc.*8. *num.*7., *de teſtam. diſc.*91. *num.*7., *de Benefic. diſc.*42. *num.*11., *Fattinell. reſp.*7. *num.*6., *Roſa de execut. liter. Apoſtol. part.*1. *cap.*5. *nu.*53., *Urceol. deciſ. Florent.*3. *à num.*12., *Balducc. deciſ.*, *& rer. judicat. tit. de legat. deciſ.*46. *n.*29., *Rota deciſ.*883. *num.*7., *coram Burat. dec.*250. *num.*25., *coram Cerro deciſ.*1573. *num.*15., *coram Coccino deciſ.*115. *num.*5., *cor. Dunoz. jun. deciſ.*118. *num.*17. *poſt Vivian. de jurepatr.*, *in rec. deciſ.*107. *num.*25. *part.*10., *deciſ.*406. *n.*4. *part.*12., *deciſ.*319. *num.*11. *part.*14., *deciſ.*2. *num.*3., *&* 6., *& deciſ.*161. *num.*15. *part.*18.

Quapropter, ſi, non attentâ hujuſmodi præſumptâ, ſivè tacitâ notitiâ, nihilominùs Sum- 15
mus Pontifex annuam præſtationem approbavit, eamque extradi juſſit, hoc ſufficit, nè ſub obtentu deſtinationis dd. redituum Montis Pietatis ad certos uſus, Breve, de quo agitur, impugnari valeat, ex notatis per *Felin. in cap. Cum nonnulli num.*8. *verſ.*, *& ideo de reſcript.*, *Rot. dec.*408. *num.*4., *cum duobus ſeqq. part.*12., *deciſ.*769. *num.*9., *&* 11. *part.*18. *tom.*2. *rec.*, *in Nullius, ſeù Senogallien. Bonorum* 13. *Maii* 1697. *§. Animadvertebant* 37. *coram Muto*, *in Cabilonen.*, *ſeù Ordinis Ciſtercienſis Juriſdictionis* 8. *Aprilis* 1707. *§. Et ob id coram Molines*, præſertim, quia, etſi totum id diſtinctè, & ſpecificè eidem Sum- 16
mo Pontifici narratum fuiſſet, ipſum tamen à gratiæ conceſſione minimè retraxiſſet, cum videret, Curatores Montis, ad quos præcipuè pertinebat illius indemitati providere, d. aſſignationi liberaliter conſenſiſſe. Quamobrem nulla conſiderari poteſt ſubreptio ex reticentia hujuſmodi deſtinationis redituum, cum in hac materia ſa- 17
tis non ſit probare, aliquid fuiſſe reticitum, niſi probetur etiam, quod, ſi fuiſſet expreſſum, potuiſſet reddere Papam difficiliorem ad concedendum, *Felin. in cap. ſuper literis num.*18. *de reſcript.*, *Spad. conſ.*82. *num.*2. *tom.*2., *Roſa de execut. lit. Apoſtol. part.*1. *cap.*5. *num.*117., *& priùs num.*47., *Rota deciſ.*43. *num.*10., *& deciſ.*357. *num.*4. *part.*12. *rec.*

Minùs verò ſubſiſtere opinabar alterum obre-

obreptionis caput desumptum ex eo, quod duo prorsus falsa, & erronea Summo Pontifici narrata fuerint, & Brevi inserta, quod nimirum Breve san. mem. Gregorii XV. præcisè, & absolutè Seminario assignaret d.annuam præstationem, & quod, licèt antea illa numquam soluta fuisset, novissimè tamen in consilio Administratorum capta fuerat resolutio præstandi loco frumenti, & uvæ scuta quinquaginta singulis annis; De veritate namque horum expositorum clarissimè constabat ex inspectione tùm d. Brevis san. mem. Gregorii XV., tùm d. resolutionis, in consilio captæ, in primo enim legitur concessa facultas Administratoribus Montis dandi Seminario singulis annis in perpetuum quinquaginta modia frumenti, & tria plaustra uvæ, & consequenter rectè illius vigore assignata dicitur Seminario quantitas prædicta, saltem concurrente voluntate eorumdem Administratorum, proindeque cessat obreptio, ad quam evi-
18 tandam sufficit, expressum aliquo pacto verificari posse, juxtà notata per *Gabriel. conf.*220. *antè num.*14. *lib.*1., *Gobb. consult. decis.*93. *num.*38., *Rot. coram Bichio decis.*64. *num.*25., in secundà verò plenè continetur totum id, quod Papæ narratum fuit, quod nempè Consilium statuerit tradere Seminario annua scuta quinquaginta, & licèt resolutio isthæc nulliter capta dicatur tàm in prima sessione ob defectum unius suffragii, quod suffragantium numerum impleret, quàm in secunda ob exclusionem illorum Consiliariorum, qui in ea de novo supervenerunt, id tamen ad punctum, de quo agitur, pertinere nullo pacto videtur, quid enim est, quod, in hoc, Episcopo, aut Seminario imputari posset, cum ipsis hujusmodi nullitas minimè innotuerit, quoties itaque d. resolutio verè à Consilio capta fuit, prout non dubitatur, satis, superque eorum expressio verificata censetur, non attento,
19 an illa benè, vel malè capta fuerit, quia ad effectum excludendi vitium obreptionis non rigida, sed benignior, & discreta sumi debet interpretatio, ad tradita per *Gobb. consult. decis.*93. *num.*41., *Rot. decis.*260. *num.*7. *part.*4. *rec. tom.*2.

Nullius denique roboris esse credebam id, quod postremò objiciebatur, quod nimirum,
20 tametsi Breve Sanctissimi Domini Nostri subreptitium, & obreptitium non esset, nihilominùs arctare nequiret Sacrum Montem ad coactivam præstationem scutorum quinquaginta, quia instar alterius Brevis san. mem. Gregorii XV. est merè facultativum, nullamque obligationem imponit; Hoc enim suppositum statim falsum detegitur ex tenore ejusdem Brevis, quod non simplicem facultatem, sed absolutum mandatum, & coactivam obligationem præsefert, ut demonstrant verba illa = *Fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, ut, veris existentibus narratis, præfatam assignationem frumenti, & vini, ab Administratoribus Montis Seminario prædicto faciendam, auctoritate nostrâ Apostolicâ executioni demandes &c.* = quamobrem, cum ex his omnibus pateat, d. Breve esse coactivum, nulloque vitio subreptionis, vel obreptionis notari posse, servandum omninò esse videbatur; maximè quippè convenit Principis 21
majestati, ejus gratias mansuras, juxtà responsum Bonifacii VIII. *in cap. si cui nulla de præbend., & dignitat. in 6., & in cap. decet de regul. jur. in 6.*, & notat Reverendissimus *Ansaldus in annot. ad decis.36. num.*14., *& seq., Rot. coram Ubag. decis.*29. *num.*28., *coram Coccin. decis.*2148. *num.*3., *in rec. decis.*358. *num.*4. *part.* 4., *& in Placentina Decimarum* 16. *Maii* 1710. *§. Clarissimè verò coram Ansaldo Decano*, tametsi ad partium supplicationem emanaverint, 22
*Amayden. de styl. Datar. lib.*1. *cap.*26. *num.*96., *Gonzal. ad regul.*8. *Cancellar. Gloss.*66. *num.*53., *Rot. decis.*485. *num.*2., *cum plurib. seqq., & præsertim num.*6., ubi, quod ea semper capienda est interpretatio, quæ tendit ad sustinendam 23
gratiam, *part.*4. *tom.*2., *in Nullius, seù Senogallien. Bonorum* 13. *Maii* 1697. *§. Multòque minùs in fin. coram Muto*.

Hæc sunt momenta rationum, quæ mihi prò Seminario, & prò sustinendo Brevi sèse obtulerunt; Verumtamen, sedulò illis perpensis, graviora crederem ea, quæ favore Sacri Montis afferri possunt, ideoque non immeritò sperare potest, sè ab annuâ præstatione fore eximendum. Rem namque ordiendo ab executione Brevis, de quo agitur, ea invalida fuit, quia nulla præcessit 24
narrativæ justificatio, quæ, tamquam præcipuum gratiæ fundamentum, perneccessè requirebatur ad hoc ut Ordinarius ad illius executionem ritè, & rectè procedere posset, *Rosa de execut. liter. Apostol. cap.6. num.*237., *& seqq., & uu.*245. *in fin. part.*1., *Rot. coram Duran. decis.*205. *n.*6., *coram Burat. decis.*529. *num.*7., *coram Peuting. decis.*77. *num.*2., *cor. Otthobon. decis.*120. *n.*4., *in rec. decis.*174. *part.*7., Debet enim Executor priùs justificare literas, prævià Causæ cognitione, 25
& posteà illas exequi, aliàs nulliter agit, *Rosa d. cap.6. num.*240., *Rot. apud Posth. de manut. decis.*103. *num.*7., *coram Dunoz. jun. decis.*918. *num.*5., *coram Otthobon. decis.*41. *num.*10.

Eumque ab hoc formalis justificationis onere non eximebat, quod, utpotè jam plenè de negotio informatus, ulteriori non egeret illius cognitione; Nam Executor non potest dare gratiam prò justificata, sed de justificatione constare debet ex actis, ut inquit *Rosa de Execut. liter. Apostol. cap. 6. num.* 240., *Rot. coram Ludovis. decis.* 413. *num.*1., *Oliver. ad eumd. Ludovis. decis.* 150., Auctoritates verò in contrarium allegatæ loquuntur in casu, quo gratiæ executio 28
commissa fuerit arbitrio, & conscientiæ Executoris, quod non verificatur in hypothesi nostra, & licèt *Rota* aliquando dixerit, quod, post quam literæ fuerunt executioni demandatæ, justificatæ 29
præsumuntur, attamen hoc procedit, quando 30
literarum simplex executio delegatur mero Executori, secus verò, si eædem diriguntur Executori mixto, nam hoc casu verificatio debet ap- 31
parere ex actis, ut mox dictum est, cum Executor mixtus nequeat extrajudicialitèr, sed juris 32
ordine servato procedere teneatur, *Rot. coram Du-*

*Durano decis.*238. *num.*8., & 9., *coram Merlin. decis.*702. *num.*43., *coram Bich. decis.* 375. *num. final.*, & *decis.*399., & 431. *num.* 10., & 11., *coram Dunoz. jun. decis.*182. *num.*6., & *dec.*250. *num.*4., & *decis.* 731. *num.* 37., & 38., *in rec. decis.* 342. *num.* 11., & 12. *part.*10., *decis.* 59. *num.*10. & *seqq. part.*11., & *alibi passim*.

Quod autem in casu nostro Executor esset mixtus, & judicialitèr procedere deberet, per-
33 spicuum fit ex eo, quod gratia, de cujus execu-
tione agitur, perficienda erat facto altèrius, ni-
mirum Curatorum Sacri Montis, quippè age-
batur de imponenda obligatione, ex illius rediti-
34 bus adimplendâ, quapropter, cum de ejus inte-
resse, & præjudicio ageretur, hoc casu certum
est, ad gratiæ justificationem procedi non posse,
minùsque ad illius executionem sinè citatione il-
lius, de cujus præjudicio agitur, *Florez. de Me-
na lib.*1. *quæst.*4. *num.* 26., *Rosa de execut. liter. Apostol. part.*1. *cap.*7. *num.*19., *Rota coram Bi-
chio decis.*399. *num.*15., *coram Otthobon. dec.*186. *num.*11., *in rec. decis.*369. *part.*11., Juris nam-
35 que rationi repugnat, gratiam, alicui præjudicia-
lem, executioni demandari, non citato eo, de
cujus præjudicio agitur, *Ros. d. cap.*7. *sub n.*19. *vers. semper enim*, *Rot. coram Burat. decis.*529. *num.*6., *coram Otthobon. decis.* 58. *num.* 34. & *seqq.*, & *decis.* 121. *num.*6., adeò quidem, ut
36 præsumpta Brevis justificatio tunc demùm Semi-
nario suffragari posset, quando nimirum Cura-
tores Montis Pietatis contrarium concludentèr
non probarent. At, cum ipsi pleniffimè justifi-
cent, d. Breve laborare duplici insanabili vitio
subreptionis, & obreptionis, cessat proculdubio
præsumptio, quæ prò ejusdem Brevis justifica-
37 tione militare, dicebatur, præsertim, cum non
agatur de gratiâ, longissimo ab hinc tempore exe-
cutâ, & observatâ, sed quæ recentèr tantùm ob-
tenta, & effectum sortita fuit, ut observat *Rosa de execut. liter. Apostol. part.* 1. *cap.*6. *nu.*242., *Rot. coram Cels. decis.* 396. *num.* 2., *decis.* 431. *num.*13. *coram Bichio*.

Progrediendo itàque ad demonstrandam sub-
38 reptionem & obreptionem d. Brevis, quarum al-
terâ tantùm concurrente, gratia vitiatur, nec exe-
cutioni demandari valet, ex defectu voluntatis
Papæ concedentis, ad *Text. in cap.*2. *de rescript.*, *Card. de Luc. de regal. disc.*40. *n.*11., *Rocc. disp. jur. select. cap.*189. *n.*1., & *seq. lib.*2., *Rot. dec.*320. *n.*8. *cor. Benincasa, in Majoricen. Beneficii* 6. *Decembris* 1709. §. *Principale cor. Ansaldo, in Urgellen. Plebaniæ* 25. *Aprilis* 1712. §. *Indubituti cor. Priolo, cum aliis adductis in Voto decisivo edito à Marefusco in Bononien. prætensi Proxenetici* 9. *Januarii* 1714. §. *Ratio decidendi*, & *in Urgellen. Beneficii, seù Canonicatus* 22. *Junii* 1716. §. *Et quidem cor. de Herrera*; Prima resultat ex eo, quod Sum-
mo Pontifici narratum non fuit, Montem Pieta-
39 tis habere certam legem, Apostolicà etiam aucto-
ritate confirmatam, & approbatam, præscriben-
tem suorum redituum usum, & juxtà eam emo-
lumentum obveniens ex pignoribus erogandum
esse in salariis Officialium, manutentione ædi-
ficiorum, & reliquum distribuendum prò dotan-
dis pauperibus puellis; fructus verò percipien-
dos ex Bonis stabilibus, investiri omninò debere
favore ipsius Montis, eò quod Bona omnia sta-
bilia eidem Monti donata reperiantur, expressâ
adjectâ conditione, quod omnes fructus cedere
deberent in illius augmentum, ut major, ma-
jorque in dies supperetet pecuniarum quantitas
mutuò tradenda pauperibus, quod utique si in-
notuisset Summo Pontifici, præfatam gratiam as-
signationis scutorum 50., Seminario ex reditibus
d. Montis faciendam, vel absolutè denegasset,
vel saltèm difficilius concessisset, quod sufficit, 40
ut dicatur, vitium subreptionis in eâ obtinendâ
irrepsisse, per ea, quæ in proposito tradunt *Me-
noch. de arbitr. cons.*201. *num.* 2., *Barbos. in Col-
lect. ad Concil. sess.*13. *de reformat. cap.*5. *nu.*3., *Surd. decis.*307. *num.*13., *Rot. coram Puteo de-
cis.* 401. *num.* 2. & *seq. lib.*1., *coram Seraphino decis.*508. *num.* 9. & *seq.*, & *decis.*1174. *nu.*7., *coram Merlin. decis.*782. *num.*60. & *seq.*, & *di-
vers. decis.*18. *num.* 3. *part.* 2., *in recent. dec.*73. *num.*3. *part.*14., *decis.*379. *num.*9. & *seq. part.*18. *inter collect. ad ornat. Card. de Luc. de Benefic. decis.* 19. *in fin.*, *in Ferrarien. Feudi* 17. *Januarii* 1697. §. *Validitas coram Card. Caprara*, *in Urgellen. Plebaniæ* 25. *Aprilis* 1712. §. *Sed cessare coram Priolo, in d. Voto Marefuschi, in Bononien. prætensi Proxenetici* 9. *Januarii* 1714. §. *Utrumque autem*, & *in d. Urgellen. Beneficii, seù Canonicatus* 22. *Junii* 1716. §. *Subreptionis porrò vitium de Herrera*; Non enim præsumi
poteſt, quod voluerit præjudicium irrogare Ju- 41
ribus Montis, & pauperum puellarum, de qui-
bus certior redditus non fuit, ad *Text. in cap. ex multiplici* 3. *de Decim.*, *Nogverol. allegat.* 39. *nu.* 26., *Rot. decis.*1293. *per tot.*, *coram Seraph. de-
cis.*34. *num.* 18., *coram Ubag. decis.*16. *num.* 9., & 10. *part.*16., *decis.*511. *num.*3. *part.*18. *rec.*, & *conferunt firmata in d. Voto Marefuschi* §. *Ultrà vitium*, ex certo illo tùm naturalis, tùm le-
galis rationis dictamine, quo edocemur, volun- 42
tatem numquam ferri ad incognita.

Neque verò palmaris isthæc subreptio excusa-
ri potest colore illo, quod nimirum solâ expres-
sione redituum Sacri Montis, Summus Pontifex
cogitare potuerit de illorum destinatione àd cer-
tos usus; quodque, tametsi destinatio hujusmodi
expressè narrata fuisset, ipsum à gratiæ conces-
sione non retraxisset propter consensum illi præ-
stitum ab ipsis Curatoribus Montis, Nam, quod
attinet ad primam objectionis partem, verum
quidem est, Summum Pontificem, auditâ perti-
nentiâ redituum ad Montem Pietatis, cogitare 43
potuisse, illos in beneficium, & usus ejusdem
Montis in genere esse cessuros, at non etiam ex
eâ conijcere potuit certos, & speciales usus, in
quos illi erogandi erant, quod nempè reditus, 44
qui supererent deductis necessariis expensis
Montis, distribuendi essent prò dotandis pauperi-
bus puellis, ut ejus Statuta præcipiunt, quod-
que fructus Bonorum stabilium omninò investiri
deberent favore ejusdem Montis, ob expressam
legem donationi eorumdem Bonorum adjec-
tam, hæc enim perneceſsè non veniebant in se- 45
quelam

quelam qualitatis redituum, ad Montem Pietatis pertinentium, proindèque distinctè, & specificè narranda erant, ut Summus Pontifex, iis benè perpensis, deliberare posset, an gratia concedenda esset, nec nè, quamobrem sola generica
46 ejusdem Pontificis cogitatio minimè sufficiebat
47 ad tollendam subreptionem, quæ semper inesse dicitur, quoties Papa ignorare potuit qualitatem aliquam, quæ difficiliorem illum reddere poterat ad concessionem gratiæ, *Felin. in cap. super literis col.6. in 3. regul. post num.8. vers. limita de rescript.*, *Mascard. de probat. conclus. 846. n. 17. & seqq.*, *Bellamer. decis. 9.*, *& decis. 448.*, *Rot. coram Burat. decis. 55. num. 6.*, *in rec. decis. 24. num. 4. part. 5.*, *decis. 179. nu. 19. part. 12.*, *in Cracovien. Archidiaconatus 26. Junii 1697. §. Quinimmò coram Molines*, *in Tarraconen. Jurisdictionis 27. Junii 1701. §. Certius verò coram dell' Olmo Episcopo Conchen.*, *in Mediolanen. Præposituræ 3. Martii 1704. §. Replicatio coram Ansaldo*, *& in d. Urgellen. Beneficii*, *seù Canonicatus 22. Junii 1716. §. In concordia enim coram Herrera*.

Reticitam verò destinationem redituum, in casu nostro, talem esse, quæ, si expressa fuisset, Summum Pontificem à gratiæ concessione verisimilitèr retraxisset, aut saltèm difficiliorem ad concedendum reddidisset, facilè demonstratur subsumendo alteram objectionis pàrtem, in qua præcisè dicebatur, destinationem præfatam, tametsi Summo Pontifici narratam, illum retrahere non valuisse à gratiæ concessione; Si enim
48 Summus Pontifex novisset, hujusmodi gratiam præjudicium illaturam nedùm Sacro Monti Pietatis, verùm etiam pauperibus puellis, quibus ex præscripto Statutorum ejusdem Montis reditus superextantes, pro dote elargiendi erant, utique illam, vel absolutè denegasset, vel, nonnisi difficillimè, & auditis Partibus, ac re maturè discussâ, annuisset, ex notatis per *Jo. Andr. in cap. Dudum num. 5. vers. ratio diversitatis de privileg.*, *Rota apud Marchesan. de Commis. part. 1. fol. 639. num. 2.*, *& 3.*, & testatur *Marefuscus in suo Voto decisivo edito in d. Bononien. prætensi Proxenetici 9. Januarii 1714. §. Tùm demùm*, præsertim, quando, prout in hypothesi, Seminario
49 satis aliundè consultum esse poterat, nimirùm ex Ecclesiasticis reditibus, ab Episcopo, ad quem spectat, assignandis, quo casu, eò faciliùs cre-
50 dendum est, Summum Pontificem minimè concessurum fuisse hujusmodi gratiam, tertio præjudicialem, per ea, quæ tradit *Rota decis. 50. n. 23.*, *& 24. part. 2. diversi.*, *& dec. 4. num. 13. & seq. part. 8. rec.*, *& sequitur Marefuscus in d. Voto §. Nèc relevat*; Illius enim mens adeò est aliena ab hujusmodi præjudiciis, tertio inferendis, ut, si
51 ab ejus potestate promanasse appareat gratia, quæ nullius justæ causæ colore tertio noceat, eadem dolo, & fraude extorta, non autem ex deliberata Papæ concedentis voluntate prodiisse censetur, *Bologuet. cons. 2. num. 38.*, *Curt. jun. cons. 170. num. 40.*, *Aldobrandin. cons. 1. num. 17.*, *Cephal. cons. 58. num. 87.*, *Spad. cons. 182. nu. 3. cons. 265. num. 15. & seqq. lib. 1.*, *Valenz. cons. 160. num. 24.*, *Actolin. resol. 1. num. 18.*, *Pacion. alleg. 195. sub num. 9.*, *Rot. coram Seraphin. decis. 498. num. 7. & seqq.*, *in rec. decis. 173. n. 16. part. 12.*, *decis. 339. num. 29. part. 17.*, *in Romana Pecuniaria 1. Decembris 1692. §. Quo verò coram Benincasa*, *confirmata 19. Junii 1693. §. Hinc Bucciottus & §. Non enim coram Priolo*.

De Re Ecclesiast.

Frustràque prò d. nullitate evitanda objicitur consensus Curatorum Montis, elicitus à resolutione captâ in Consilio præstandi singulis annis scuta 50. Seminario, cujus vigore, tametsi destinatio redituum expressa fuisset Summo Pontifici, ipsum retrahere non potuisse dicebatur à gratiæ concessione; Id enim nullo pactò subsistit, nam, ultrà quod d. resolutio nulla, & irrita fuit, ex infrà dicendis, certum est, quod, si Papa sciviset destinationem redituum in usus supradictos, novisset etiam præjudicium, ex gratia obvenions, non ad solum Montem spectare, sed etiam æquè principalitèr ad puellas, ex reditibus, qui superessent, dotandas, quibus penitus 52
insciis, & ignorantibus id, quod inconsultò agebatur à Curatoribus Montis, præjudicium nullum irrogari poterat, ad notata per *Abb. in cap. Cùm contingat num. 11. de for. compet.*, ac firmata *per Rot. coram Royas. decis. 210. num. 6.*, *coram Priol. decis. 128. num. 7.*, *coram Emerix. jun. decis. 867. num. 10.*, *in Melevitana fideicommissi 21. Februarii 1710. §. Vis nulla coram Card. Priolo, confirmata 12. Decembris ejusdem anni §. penult.*, *coram Crispo*, *& 20. Martii 1711. §. ultim. coram eodem*, ut illud, nec etiam ipsi Monti nocere potuerit, *Pasqualig. quæst. Canon. 104. quæst. 339. num. 22. 30.*, *& 45.*, *Antonell. de regim. Eccles. lib. 1. cap. 11. sub num. 5.*, *Turricell. de reb. Eccles. non alien. cap. 26. num. 15.*, *Zaul. ad statut. Favent. tom. 2. lib. 6. rubr. 4. num. 34. fol. 175.*, *Pilaja decis. Pontific. lib. 1. decis. 10. nu. 54.*, *Sperell. decis. 37. num. 64. & seqq.*, *Panimoll. decis. 10. num. 41.*, *Rota decis. 22. num. 9. part. 2.*, *& decis. 715. num. 3. part. 4. diversi.*, *in rec. decis. 30. nu. 9. part. 6.*, *& decis. 73. num. 24. part. 8.*, *& decis. 298. num. 9. coram Dunoz jun.*, Certiùs, quia ille, sicut alia loca pia, utitur Jure Mino- 54
rum, & adversùs quæcumque præjudicia, ex facto, vel non facto suorum Deputatorum, seù 55
Rectorum sibi illata juvatur beneficio restitutionis in integrum, *Galles. de restit. in integ. cap. 7. num. 6.*, *Antonell. de regim. Ecclesiast. d. cap. 11. num. 6.*, *Panimoll. decis. 54. annot. 2. num. 38.*, proindèque patet, consensum Curatorum, qui ex 56
d. resolutione elici posset, nequaquam reddere potuisse Summum Pontificem faciliorem ad concedendam hujusmodi gratiam, nedùm ipsi Monti, verùm etiam pauperibus puellis præjudicialem, ad tradita per *Rotam in d. Urgellen. Beneficii*, *seù Canonicatus 22. Junii 1716. §. Subreptionis porrò coram de Herrera*.

Hæc, quod attinet ad veri taciturnitatem; Quod verò pertinet ad falsi expressionem, in 57
qua majus obreptionis vitium committi, tradunt Doctores, &, aliis omissis, notarunt *Merlin. Pignatell. contr. forens. cent. 2. cap. 86. num. 25.*, *Rosa de execut. liter. Apost. part. 1. cap. 5. n. 54.*,

Rot. coram Cels. decis. 311. *num.* 9., illa perspicua
58 fit animadvertendo primùm, Summo Pontifici suppositum fuisse, jamdiù Gregorium XV. per litteras in forma Brevis expeditas assignasse Seminario 50. modia frumenti, & tria plaustra uvæ, quotannis solvenda ab Administratoribus Montis, quando ex literâ ejusdem Brevis, dumtaxat impartita videtur licentia, ab Administratoribus contribuendi præfatam fructuum quantitatem, si vellent, absque ullâ tamen obligatione, prout agnovisse videntur ipsimet Administratores Seminarii, qui à die concessionis d. Brevis, usque ad annum 1707. numquam ausi fuerunt coactivè prætendere à Curatoribus Montis Pietatis hujusmodi annuam præstationem, quæ nec etiam spontè unquam ab illis soluta apparet;
59 quamobrèm, si inverisimile prorsus est, quod longissimi temporis spatio omnes neglexerint, quod negligere non expedit, nec prò communi usu negligi solet, *Card. de Luc. de regular. disc.* 2. *n.* 22., *Caren. resol.* 224. *num.* 5., *Rota coram Bich. decis.* 522. *num.* 19., quid magis inverisimile vi-
60 deri poterit, quàm quod ab anno 1622., quo d. Breve San. mem. XV. expeditum fuit, nemo unquam illud executioni demandari curaverit, præsertim, cum Seminarium numquam, ut dicitur, reditus sufficientes habuerit; profectò hac ra-
61 tione moderni Deputati nimis gravem negligentiæ notam inurerent tot solertissimis viris prædecessoribus suis, quasi hi spatio unius ferè seculi nimis oscitantèr omiserint Jura Seminarii perquirere, & vindicare, id autem cum minimè ferendum sit, nulloque justo colore præsumi possit, quod, si reverà Mons Pietatis ad hanc præstationem coactivà obligatione obstrictus fuisset, numquam Ministri Seminarii pro illa egissent, per ea, quæ tradunt, *Caren. resol.* 10. *sub. n.* 6., *Rot. apud eumdem num.* 19., *coram Burat. decis.* 183. *num.* 23., *coram Cerro decis.* 566. *num.* 19., *in rec. decis.* 679. *num.* 15. *part.* 18., dicendum
62 est, adeò longævam taciturnitatem, & diuturnam acquiescentiam ex eo processisse, quod ipsi agnoverint, præfatum Breve, nullum necessarium titulum, aut obligationem, sed meram dumtaxat facultatem præseferre, ad firmata per *Tondut. quæst. civil. part.* 2. *quæst.* 169. *num.* 8., *Paulut. disert. legal.* 86. *artic.* 1. *num.* 66. *tom.* 2. *part.* 2., *Rot. coram Coccino decis.* 2343. *num.* 50. *in fin.*, *in Terracinen. manutentionis* 4. *Julii* 1698. *§. final. coram Card. de la Tremoille*, *in Bononien. Parochialis* 27. *Januarii* 1711. *§. Prout itidem coram Caffarello*, *in Sarsinaten. Devolutionis* 27. *Februarii ejusdem anni §. Idem procedit coram Aldrovando*, *& in Salisburgen. Vicariæ super bono Jure* 4. *Februarii* 1715. *§. Replicari coram Crispo.*

Quæ quidem observantia negativa elicita ex
63 non facto Administratorum Seminarii, tanti valet, ut, etiamsi dubietas aliqua hac in re adesse quoquo modo dici posset, ea penitus ex illa sublata remaneret, cum apta sit declarare, quid reverà in d. Brevi Gregorii XV. fuerit dispositum, atque concessum, *ad Text. in leg.*, *si de interpretatione ff. de leg.*, *& leg. quædam* 15. *ff. de reb. dub.*, *& tradita per Rot. decis.* 647. *nu.* 3. *part.* 4. *diversi.*, *in rec. decis.* 291. *num.* 11. *part.* 9., *coram Bich. decis.* 449. *nu.* 12., *& decis.* 660. *n.* 17., *ad ornat Card. de Luc. de Jurisd. decis.* 22. *n.* 15., *in Mantis. ad eumdem de fideicomm. decis.* 45. *nu.* 17., *in Nullius*, *seù Forolivien. Castri Vallis Oppii* 12. *Junii* 1711. *§. Ponderando coram Lancetta*, *confirmata* 18. *Aprilis* 1712. *§. Ceterum coram Ausaldo*, *in Placentina Cappellaniæ* 25. *Junii* 1714. *§. Validius cum seq. coram Card. Scotto*, cum aliis pluribus relatis *in d. Voto Marefuschi in Bononien. prætensi Proxenetici* 9. *Januarii* 1714.; Et rectè quidem; Nam *minimè mutanda sunt ea, quæ interpretationem certam semper* 64
habuerunt, ut loquitur *Paulus* Jurisconsultus *in leg. minimè* 22. *ff. de legib.*, cui concinit sententia *Hermogeniani in leg. sed*, *& ea* 34. *ff. eodem*, quod nempè ea, *quæ longâ consuetudine comprobata sunt*, *ac per annos plurimos observata*, *non minùs*, *quàm ea*, *quæ scripta sunt*, *Jura servantur* = eademque observantia tamquam 65
fida omnium dispositionum interpres, juxtà communiter tradita à Doctoribus *in d. leg. minimè ff. de legib.*, *cum aliis apud Rot. coram Zarat. decis.* 119. *num.* 10., *coram Otthobon. dec.* 175. *n.* 9., *& coram Ausaldo decis.* 79. *num.* 33., si efficit, ut interpretatio illa sequenda, amplectendaque 66
sit, quam confirmavit subsecutus usus, tametsi contraria intelligentia magis consentanea esset verborum proprietati, immò, etiamsi sensus ab 67
observantiâ comprobatus malus esset, & de Jure non recipiendus, ad notas Juris nostri regulas, de quibus apud *Soccin. sen. cons.* 145. *num.* 2. *lib.* 1., *Adden. ad Ludovis. decis.* 184. *num.* 8., *Rot. coram Dunoz. jun. decis.* 829. *num.* 9., *coram Priol. decis.* 392. *num.* 7., *coram Emerix jun. decis.* 24. *num.* 9., *& decis.* 242. *num.* 11., magis profectò
urgebit in casu nostro, quia coadjuvatur Juris ra- 68
tione, & voluntate Summi Pontificis concedentis, *Abb. in cap. auditis num.* 15. *de præscript.*, *Gratian. discept.* 546. *num.* 48., *Rot in rec. decis.* 66. *num.* 12. *part.* 6., *coram Emerix jun. dec.* 789. *num.* 8., *coram Benincasa decis.* 82. *num.* 3. *vers. tùm quia*; Atque etiam, quia non affertur ad effectum præter, vel contrà mentem Juris, & voluntatem Summi Pontificis præscribendi istiusmodi annuam præstationem, sed allegatur so- 69
lummodò pro interpretando Brevi d. Summi Pontificis, hoc enim casu, tamquam merè interpretativa, non rigidum, sed benignum exposcit interpretem, *Butr. in cap. fin. num.* 47., *de Consuetud.*, *Dec. in capit. Cum M. Ferrarienſis num.* 26. *de constit.*, *Rot. coram Cels. decis.* 102. *num.* 7., *coram Emerix jun. decis.* 118. *num.* 14., *in rec. decis.* 374. *nu.* 21. *part.* 11., *in Interamnen. Jurispatronatus* 10. *Decembris* 1706. *§. final. coram Scotto*, *& in Placentina Cappellaniæ* 25. *Junii* 1714. *§. Validius cum seq. coram eodem.*

Rursùs expositum fuit Summo Pontifici, Ad- 70
ministratores Montis nuper statuisse in Consilio præstare Seminario loco frumenti, & uvæ scuta 50. singulis annis, quæ porro narrativa, non de materiali facto resolutionis invalidæ, sed de valida resolutione intelligenda (quippè hanc solam 71
respicere, & hæc sola Summum Pontificem movere

vere potuisset) falsa omnino est ob nullitatem, & injùstitiam d. resolutionis; factâ namque à Priore propositione, ut examinarentur rationes, ob quas præstatio controversa frumenti, & uvæ
72 fieri non deberet, re minimâ discussâ extemplò, contrà propositionem factam, resolutum fuit, præstanda esse scuta 50., & quidem non minùs nullitèr, quàm injustè, nedùm quia, ut supra dictum est, rationes expensæ, & examinatæ non fuerunt, & resolutio capta prorsùs adversabatur
73 alteri præcedenti resolutioni ejusdem Consilii, ubi diligentèr discussis,& examinatis rationibus, decretum fuerat, nihil esse contribuendum Seminario, à qua quidem resolutione legitimè jam, ac maturè capta, hac irregulari ratione agendi, recedere nullo pacto licebat, & ad aliam contrariam devenire, nisi priùs eâ cassatâ, & abolitâ, per *Text. in cap. congregato de elect.*, *cap. Constitutis de appellat.*, *Innocent. in cap. consideravimus num.3. de elect.*, *Rot. in Recanaten. Beneficii 9. Maii* 1701. *§. Non attenta coram Lancetta.*

Verùm etiam, quia scrutinium ex defectu
74 unius calculi, qui numerum Consiliariorum impleret, nullum, & irritum fuit, *Castellin. de elect. cap.5. num.19.*, *& cap. 12. num.17.*, *Passerin. eodem tract. cap.18. num.65.*, idemque novâ suffragatione sanari minimè potuit, ex quo
75 tempore illius publicationis, nonnulli ex Consiliariis discesserant; Quamobrem Prior, ad patentem hanc nullitatem animadvertens, sessionem, sivè suffragationem distulit, & prorogavit ad sequentem diem, quà per modum continuationis Consilii antecedentis diei suffragatio expleta fuit, exclusis iis Consiliariis, qui de no-
76 vo supervenerant, & præteritâ die non interfuerant; At æquè nullitèr, & invalidè, nam, omisso, quod solus Prior potestatem non habebat hujusmodi prorogationem faciendi, cum ipse so-
77 lùm proponere debeat, non autèm quidquam validè, & legitimè decernere possit, quod à majori parte Consilii, ut moris est, non fuerit approbatum; nec etiam, quod magis est, de Jure licebat suffragationem, unà die cœptam, ad sequentem diem continuandam, & absolvendam
78 differre,ob individuitatem subjectæ materiæ,quæ unico actu expleri debet, ut examinat *Barf. decis. Bonon. 58. per tot.*, ad quem in specie remissivè se habet *Zaul. ad Statut. Favent. observ. ad rubr.2. num.46. in fin. lib. 1.*

Et quamvis etiam admitteretur, posteriorem hanc suffragationem non fuisse continuativam primæ, sed denuo, &, ex integro inchoatam, atque perfectam, nihilominùs nullitas resolu-
79 tionis captæ evitari non posset tùm ob spretum, atque contemptum illorum Consiliariorum,qui à suffragio ferendo excluſi fuerunt, *Abb. in cap. in Genesi num.10. de elect.*, *Calderin. conf.11. de jurepatr.*, *Passerin. de elect. cap.14. num.6.*, *& cap.18. num.42.*, *Lambertin. de jurepatr. lib.2. part.2. art.19. num.15.*, *& seqq.*, *Gonzal. ad regul.8. Cancellar. Gloss.56. num.79.*, *Rot. decis. 351. num.4. coram Buratt.*, *in rec. decis.574. num.38. part.4. tom.3.*, *decis.467. num.35. part. 19. tom.2.*, *in Giennen. Juris mutandi 27. Martii 1705. §. Sed dato etiam coram Priolo*, *in Comen. Parochialis super Institutione 23. Junii 1710. §. Multo minus coram Falconerio*, ex quibus licèt aliqui firment, neminem alium, præter contemptos,agere posse ad annullandum actum, 80
benè tamen locum sibi vindicant in casu nostro, quia cum omnes Consiliarii, & Montis Curatores adversus d.resolutionem modò reclament, & inter eos procul dubio sint etiam illi, qui spreti, & contempti fuerunt, id profectò sufficit, ut eadem resolutio nulla, & irrita declaretur, ex mox allegatis; Tùm, & certiùs, quia resolutio capta fuit, unico, vel ad summum altero tan- 81
tùm præponderante suffragio, qui numerus modicus dicitur, *Butr. in cap. Ecclesia vestra nu.25. de elect.*, *Alexand. conf.192. num.6. lib.6.*, *Rot. coram Otthobon. decis.164. num.23.*, *& 24.*, *& decis.202. num.13.*, præsertim aliis Consiliariis usque ad numerum septem expressè renuentibus, quando alioquin requirebatur. ut omnes expres- 82
sè consentirent, attentâ qualitate negotii, de quo agebatur, quod cum non esset necessarium, nec utile Sacro Monti, sed merè voluntarium, non sufficiebat, ut major pars consentiret, sed 83
adeò opus erat expresso omnium consensu, ut, si unus tantùm contradiceret, actus non valeret, *Lap. alleg.85. nu.1. vers. in iis enim*,*Cost. de fact. scient.*, *& ignorant. inspect.30. num.8.*, *& 9.*, *Cobell. ad Bull. bon. regim. cap.31. num.137.*, *Capyc. decis.4. num.5.*, *Vincent. de Franch. decis.2. nu.20.*, *& duob. seqq.*, *Rot. coram Seraph. decis.708. num.3.*

Quæ profectò omnia si Papa sciviſſet,gratiam nullo pacto concessisset; Ideò enim illam elargitus fuisse videtur, quia credidit, jam ab Antecessore hujusmodi contributionem fuisse absolutè assignatam pro erectione, vel manutentione Seminarii, atque etiam quia arbitratus fuit, resolutionem à Consilio fuisse legitimè captam; Cum itaque in his duobus, quibus Summus Pontifex potissimè motus fuit ad demandandam hujusmodi contributionem,falsâ expositione deceptus appareat, dubitari nequit de obreptione, 84
universam gratiam inficiente, cum jure nostro definitum sit, ut, qui falsum exponit, careat im- 85
petratis, *cap. super literis de rescript.*, *Felin. in cap. ad aures nu.9. vers. quartus casus de rescript.*, optimam reddens rationem, his verbis = *sed ubi exprimit, jam scimus ejus animum, & quidem deceptum, unde dici potest, hoc esse contra ejus voluntatem jam patefactam* = *Merlin. Pignattell. cent.2. cap.86. num.1.*, *& 26.*, *& prius cap.54. num.28. cent.1.*, *Rot. decis.228. num.1. inter collect. per Farinacc.*, ubi, quod dispositio d.*Textus* procedit etiam in gratiosis, *in Vicen. Beneficii 17. Februarii* 1713. *§. Præterea coram Aldrovando*, *& in d. Urgellen. Beneficii*, *seu Canonicatus 22. Junii* 1716. *§. Absque eo quod cor. Herrera.*

Nec falsitas expressionis respectu assignationis factæ per Breve san.me.Gregorii XV.salvari po- 86
test sub obtentu, quod d. asignatio aliquo pacto verificari possit, concurrente nimirum voluntate Curatorum Sacri Montis, quod sufficit ad

evitandam obreptionem ; Istius namque emendicatæ interpretationis color repugnat tùm naturæ, & proprietati verbi, tùm exponentium intentioni, tùm demum intellectui, & voluntati Summi Pontificis ; Verbum enim illud *assignare* suâptè naturâ propriè significat rem in alterius dominium transferre, illique propriè, ac peculiariter attribuere, itaut is solus Dominus sit, quemadmodum explicat *Hottoman. in comment. verb. jur. verb. assignare*, *Calvin. in Lexic. jurid. pariter verb. assignare*, quod ut verificari posset in casu nostro, dicendum esset, præfatam quantitatem frumenti, & uvæ, Seminario assignatam, exiisse de dominio Montis, & plenè, ac liberè ad Seminarium pertinere, itaut non esset amplius in facultate Curatorum ejusdem Montis illam tradere, vel non, sed eadem omninò, & præcisè præstanda esset, quod nemo non videt, quàm alienum fuerit à mente nedum Pontificis concedentis, verùm etiam Communitatis supplicantis, & impetrantis ; Ipsa namque voluit quidem, & petiit, à Summo Pontifice licentiam impartiri Administratoribus Montis, ut, si vellent, possent d. quantitatem Seminario præstare, cum alioquin absque hujusmodi beneplacito nequaquam his licuisset id facere, tametsi voluissent ; at numquam in mente habuit, quod Summus Pontifex eos ad d. quantitatem præstandam omninò compelleret, & obligaret, quinimmò, cum maximum Monti præjudicium inferret, nec etiam ipse Summus Pontifex feciſſet, inauditis Curatoribus ejusdem Montis, ex suprà firmatis.

Præterea dicta interpretatio nec etiam congruit menti, & intentioni exponentium, nempè Administratorum Seminarii, qui numquam intellexerunt exprimere Summo Pontifici, assignationem fuisse conditionalem, & facultativam, dum ab eo absolutè, & simpliciter petierunt executionem literarum san. mem. Gregorii XV. super assignatione prædicta, quod supponit, illos præseferre gratiam omninò puram, & non conditionalem ; Ineptum namque fuisset petere à Summo Pontifice puram, & absolutam executionem gratiæ conditionalis, & pendentis ab arbitrio, & voluntate Curatorum Montis Pietatis, sinè quâ illa purificari non poterat, sed consultò illam tamquam liberam, & absolutam exponere voluerunt, ut indè Summ. Pontifex intelligens hujusmodi contributionem, sive annuam præstationem à Prædecessore suo jam esse Seminario assignatam, facilius moveri posset, (prout evenit) ad illius executionem demandandam, ut optimè advertit *Rota coram Beninca sa decis.* 320. *num.* 9., ibi = *nimium clarè convincitur, quod talis expressio fuit color à Bucciotto quæsitus, adhoc ut facilius gratiam sibi favorabilem extorqueret, sivè cohonestaret motivum propriæ indemnitatis, quæ apparet unicè in Brevi considerata, effectus enim subsecutus validissimè ostendit, quid primùm fuerit in agentis intentione, ad Text. &c.* = His denique addendo, non sufficisse ad evitandam nullitatem, quod ipsi per expositam assignationem intellexerint de conditionali, & facultativa, non autem de pura, & absoluta, nisi eorum mentem taliter expressserint, ut Summus Pontifex percipere posset quid reverâ ipsi exponere voluerint.

Idem verò Summus Pontifex tantum abest, quod istiusmodi assignationem merè facultativam esse perceperit, ut potiùs liberam, & absolutam suppositisse videatur ; In toto enim Brevis contextu numquam facta legitur mentio concessionis novæ gratiæ, nec ullum adhibitum ex illis verbis, seù clausulis, de stylo semper adjici solitis, quoties Pontifex intendit ultrà confirmationem facultatum, à Prædecessoribus concessarum, superaddere aliam gratiam, seù aliam dispositionem non radicatam in actu confirmato, ut præceteris admonent *Card. de Luca de regal. disc.* 172. *num.* 10., & *disc.* 198. *num.* 2., *Rot. decis.* 309. *numer.* 14., & 15. *part.* 15. *recent.*, & *aliis relatis*, *Marefuscus in dicto suo Voto edito in Bononien. prætensi Proxenetici* 9. *Januarii* 1714. §. *Tum etiam quia*, sed simpliciter demandare videtur executionem literarum san. mem. Gregorii XV. super assignatione præfata, quo perspicuum fit, Summum Pontificem in concessione dicti Brevis credidisse, memoratas literas Prædecessoris sui nequaquam continere assignationem merè facultativam, sed liberam, & absolutam, ideòque confirmando dumtaxat gratiam jam factam, ejus mentem alienam fuisse à concessione novæ gratiæ, quæ licèt in litera concessa legatur, deficit tamen in spiritu, & voluntate Summi Pontificis, qui ad solum actum confirmationis respexisse videtur, per ea, quæ tradit *Rota decis.* 164. *num.* 8. *coram Gregor.*, *in Romana Pecuniaria* 19. *Junii* 1693. §. *Hinc Bucciottus*, & §. *Non enim coram Eminentissimo Priolo*, & benè in his terminis ponderat *Marefuscus in dicto suo Voto* §. *Tum etiam quia*, & *seq.*, ibi = *Tum demum quia expressio dicti Juris coactivi fuit facta consecutivè ad confirmationem literarum Apostolicarum Pauli V.*, *Gregorii XV.*, & *Innocentii X.*, *ac Bannimentorum Cardinalium Legatorum*, *adeòque Papa potuit credere*, *concessionem præfati Juris coactivi non præseferre novam gratiam*, *Mercatoribus præjudicialem*, & *à Jure valdè exorbitantem*, & *odiosam* = Et sanè, si Summus Pontifex novisset, priorem gratiam esse conditionalem, & limitatam, vel novam non concessisset absque simili modificatione, vel saltem difficiliùs, juxtà egregiam doctrinam *Jo: Andreæ in cap.* 2. *num.* 2. *de filiis Præsbyterorum in* 6. quam post multos alios, quos allegat, & præcipuè *Rot. in decis.* 91. *num.* 2. *part.* 3. *lib.* 3. *divers.*, laudat, & sequitur eadem *Rota coram san. mem. Alexandro VIII. decis.* 115. *num.* 3., & 4., in qua subreptio, & obreptio deducitur ex eo, quod expressum non fuit, gratiam Antecessoris esse modificatam, nam, si Pontifex certior factus fuisset de priori concessione limitata, illam non mutasset.

Quod verò pertinet ad expressionem resolutionis captæ in Consilio, multò minùs nullitas evi-

101 evitari posse videtur ex eo, quod reverâ dicta resolutio in Consilio capta fuerit, non attento, an benè, vel malè id actum extiterit, quippè id
102 exponentes latebat; nam, admissâ etiam in exponentibus ignorantiâ dictæ resolutionis, ista excusare quidem poterit illos à dolo; At num-
103 quam efficere, quod sustineatur gratia, sub falso supposito emanata, cum hæc statim corruat ex defectu voluntatis Principis concedentis, qui eam non concessisset, si scivisset, dictam resolutionem nullam, & injustam fuisse, *Gonzalez. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 32. nu. 4. & 5.*, *Rota coram Otthobon. decis. 115. num. 3. & seqq.*, *coram Benincasa decis. 320. nu. 4. & seqq.*, *decis. 1046. num. 6. & 7. coram bon. mem. Emerix. jun.*, *in rec. decis. 14. num. 34. part. 12.*

Nilque turbant ea, quæ dicuntur de præsum-
104 ptione militante prò validitate gratiæ, & de interpretatione capienda ad effectum illam sustinendi, quoniam procedunt in dubio, & quoties concludentibus probationibus demonstratum non fuerit, gratiam, prout hìc, fuisse nulli-
105 ter, & falsis suppositis extortam, ut ex se patet, cum præsumptio cedat veritati, & inter-
106 pretatio non cadat, nisi in iis, quæ dubia sunt, & docent ipsæmet auctoritates in contrarium allegatæ.

Rem itaque perstringendo, videntur corruere fundamenta omnia, super quibus Seminarium intentionem suam fundare queat, nam Breve
107 san. mem. Gregorii XV. est procul dubio merè facultativum, ideòque ejus vigore compelli non possunt Administratores Sacri Montis ad dictam præstationem solvendam, alterum verò Breve Summi Pontificis fœliciter regnantis, ultrà quod est subreptitium, & obreptitium, ex supradictis, præterea solummodò enuntiat existentiam assignationis relativè ad Breve san. me. Gregorii XV., ejusque executionem demandat, non autem illam canonizat, undè optimè
108 applicatur regula illa, quod Lex, quæ supponit, non disponit, juxtà theoricam *Felin. in cap. sedes colum. 11. vers. si ergò de rescript.*, *Card. de Luca de regal. disc. 55. num. 7.*, *de regular. disc. 9. nu. 11.*, *Surd. decis. 195. num. 8.*, *Bertacchin. vot. 87. num. 45. in fin.*, *Rot. decis. 208. num. 2. coram Ludovis.*, *decis. 835. num. 6. coram Emerix. jun.*, *decis. 62. num. 17. post Bonden. collect. legal. tom. 1.*, *in recent. decis. 54. num. 36. part. 13.*, *& meliùs ad rem in Caputaquen. subventionis super Bono jure 26. Junii 1702. S. Minoris autem coram Eminentissimo D. Card. de la Tremoille*, ibi = *Minoris autem ponderis est Synodus anni 1567., quia*
109 *non statuit solutionem subventionis, sed illam demandat, ideò simpliciter supponit, non disponit.* =

Denique nulla vis ad effectum, de quo agitur, fieri posse videtur super nonnullis solutionibus recenter factis, ab anno nempè 1707. usque in
110 præsens, tum quia sunt actus recentissimi, & causam dederunt hodiernæ disputationi, proindeque nulla de iis ratio haberi debet, ut de actibus recentibus *Palma Nep. allegat. 20. num. 6.*, *Rota decis. 252. num. 13. part. 5. recent.*, *decis. 77. numer. 8. post Merlin. de pignor. decis. 36. in fin. post Salgad. in Labyrint. Credit.*, & de actibus, qui dederunt causam liti, *Rot. decis. 169. numer. 21. coram Bich.*, *decis. 128. num. 8.*, *& decis. 377. num. 18. coram Priolo*, *in recent. decis. 234. nu. 16. part. 8.*, *decis. 331. num. 12. part. 15.*, *in Gerunden. Capparum 27. Januarii 1698. S. Quam veritatem coram Pio*; neque enim spectandum est id, quod de facto fit, sed quod de jure fie- 111
ri debet, ut ex doctrina *Jason. in leg. licèt num. 3. ff. de legat. 1.*, aliàs hujuscemodi actibus occurrit *Rota decis. 232. num. 5. coram Coccin.*, tum quia Curatores Montis magis solliciti de evitanda executione ab Episcopo comminata, quàm de suo jure tuendo, expedire censuerunt, obsequendo majestati Supremi Principis, illius Judicio adquiescere, quamobrem ex eo, quod ex reverentia, & obsequio auctoritati Supremi 112
Principis, cui resisti nequit, gestum fuit præjudicari nullo modo potuit juribus Sacri Montis, *Novar. de gravam. Vassallor. lib. 1. gravam. 27. num. 14. & 15.*, *Murg. in Constitut. Apostol. in addit. ad decis. 12. num. 11.*, *Rota coram Seraph. decis. 1278. num. 3.*, *coram Carillo decis. 159. num. 14.*, *coram Bich. decis. 474. sub num. 17.*, *& in Mantis. ad ornat. Card. de Luca decis. 9. num. 69. lib. 3. tom. 3.*, tum etiam, quia omne jus illius plenè conservatum fuit per protestationem e- 113
missam in unaquaque ex dictis solutionibus, *leg. Herennius 56. vers. quid enim si sit etiam protestata ff. de negot. gest.*, *Cyriac. controv. 59. nu. 21.*; *Pegas. resolut. forens. cap. 14. num. 2.*, *Rota coram Merlin. decis. 746. numer. 6.*, *coram Emerix. jun. decis. 1031. num. 6.*, *in rec. decis. 37. num. 14. part. 17.*, *decis. 141. numer. 13. part. 18.*, *decis. 368. num. 10. part. 19.*, & quidem tàm pro præterito, quàm pro futuro, *Dec. cons. 42. numer. fi-* 114
nal., *Surd. cons. 285. numer. 20. lib. 3.*, *Ramon. cons. 56.*, *Marant. contr. jur. tom. 2. resp. 9. num. 62.*, *Bottilier. de Success. cap. 2.*, *Theor. 90. num. 6.*, *Altimar. de nullitat. tom. 3. sect. 5. quæst. 13. nu. 104.*; Atque demùm quia, cum non agatur de actu momentaneo, sed habente tractum suc- 115
cessivum, & effectum reiterabilem, dictæ solutiones ad summum nocere poterunt quoad tempus præteritum, non autem quoad futurum, juxtà originariam distinctionem *Bartoli in leg. fin. in fin. ff. de Constit. Princ.*, *quam sequuntur Barbos. in cap. Cum accessissent num. 6. de Constitut.*, *& in tract. de offic.*, *& potest Episcop. alleg. 26. n. 15. in fin.*, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. Gloss. 10. part. 1. num. 131.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. nu. 6.*, *Zaul. ad Stat. Favent. tom. 1. in observat. ad probæm. num. 48. & tom. 2. lib. 6. rubr. 4. num. 35. & seq.*, *Magon. decis. Florent. 143. num. 9.*, *Revert. decis. 38. & 39. per tot.*

Imolen.

Imolen. Emphyteusis.

Emphyteusis Castri Bagnariæ ab Imolensi Episcopo concessa, & frequentissimè renovari solita pro *Universitate, Hominibus, & singulis personis possidentibus in eodem Castro, Territorio, & Curte, ipsorumque heredibus, & Descendentibus*, non prohibet, quominus, irrequisito Episcopo, & absque ullâ novæ investituræ petitione, ac solutione Laudemii, alienatio vel divisio Bonorum emphyteuticorum fiat inter ipsos Cives, seù incolas, in eo Castro possidentes, iique sive à Civibus, sive ab exteris emant eadem Bona, emphyteusi subjecta.

VOTUM XV.

1 *Castrum Bagnariæ ab Othone IV. Imperatore Episcopis Imolensibus donatum fuit.*
2 *Et in emphyteusim concedi consuevit Universitati ejusdem Castri.*
3 *Alienatio rei emphyteuticæ permissa est inter Cives, qui cum universi, tum singuli in emphyteusi comprehensi fuerunt*, & num. 71.
4 *Alienatio inter Emphyteutas permissa est, etiamsi promiserint non alienare, irrequisito Domino sub pœnâ caducitatis, aut aliâ:*
5 *In emphyteusi comprehensi omnes ejusdem conditionis reputantur.*
6 *Alienationem inter omnes in emphyteusi comprehensos, Dominus directus haud prohibuisse præsumitur*, & num. 26. & 29.
7 *Prædium Libertis legatum, eâ lege, ne quis eorum partem suam vendat, collibertis pro suâ cujusque parte vendi potest.*
8 *Emphyteusis renovatio easdem conditiones, & personas complecti debet, in antiquis investituris comprehensas.*
9 *Sive eæ personæ in investiturâ expressæ fuerint, sive ex posteriori usu, & partium consensu admissæ.*
10 *Alicujus in emphyteusi comprehensionem probant alienationes rei emphyteuticæ, irrequisito Domino, ei factæ, & ab ipso Domino postea adprobatæ.*
11 *In emphyteusi concessâ Universitati, & singulis hominibus, isti jus habent tàm uti universi, quàm uti singuli.*
12 *Dictio* = quilibet eorum = *subsequens plures personas in investiturâ comprehensas, ostendit, eas, uti universaliter singulas, & singulariter universas investitas esse.*
13 *Solidali adquisitioni locus est, quum unusquisque pro portione suâ recipit.*
14 *Dictio distributiva* quilibet *rem omnibus in solidum tribuit, ita ut portio deficientis alteri accrescat.*
15 *Dictio* singuli *ejusdem naturæ est, ac dictio* quilibet.
16 *Et omnibus actum in solidum tribuit.*
17 *Verba* = Universitatis = hominum = singularum personarum = possidentium = *diversam rem, ac diversas personas præseferunt.*
18 *Universitas, & singulæ personæ, homines, ac possessores non idem sunt.*
19 *Castrum, territorium in emphyteusim concessum absque divisione ullâ Bonorum, rem quamdam individuam præsefert.*
20 *Ejusque possessionem singuli homines Universitatis in emphyteusi comprehensi in solidum adquirunt.*
21 *Rei pluribus concessæ, uti individuæ, omnes æquali, & solidali jure fruuntur.*
22 *Concessio unius rei uti individuæ pluribus facta, æquivalet expressæ clausulæ* in solidum.
23 *Rem emphyteuticam inter se dividendi facultatem tribuit individua in emphyteusim concessio pluribus facta.*
24 *Emphyteutæ rem emphyteuticam inter se dividentes commodiùs eam possunt meliorem facere.*
25 *Emphyteuticam rem fratres Patri succedentes, inter se dividere non prohibentur.*
27 *Alienare inter se non prohibentur, qui prohibiti non fuerunt dividere.*
28 *Emphyteutæ unius deficientis portio accrescit aliis, re simul, & verbis conjunctis.*
30 *Laudemium non debetur pro alienatione rei emphyteuticæ inter ipsos Emphyteutas, re simul, & verbis conjunctos*, & nu. 67.
31 *Jus accrescendi efficit, ut is, cui res alienatur, vocatus censeatur ad portionem alienantis*, & num. 48. & 67.
32 *Jus accrescendi emphyteusi semper inesse dicitur, quoties illi locus fieri potest ex mente contrahentium.*
33 *Et sufficit, quod mens contrahentium non resistat.*
34 *Episcopus pluribus emphyteusim concedens juri accrescendi locum feciisse dicendus est.*
35 *Principis concessio bonæ fidei contractus dicitur.*
36 *Jus accrescendi inest Principis concessioni.*
37 *Episcopi concessio pari jure censetur cum concessione Principis.*
38 *Episcopus ob summam ejus dignitatem Supremo Principi æquiparatur.*
39 *Juris Canonici æquitas in terris Ecclesiæ servatur.*
40 *Emphyteuticus contractus in terris Ecclesiæ bonæ fidei censendus est.*
41 *Universitas velut corpus politicum, & universale, in unâ etiam sui corporis parte manere potest.*
42 *Universitas facilè admittit jus accrescendi, vel non decrescendi.*
43 *Universitati, quæ conceduntur, non aliter deficere censentur, quàm integrâ deficiente Universitate.*
44 *Universitas tamdiù manere dicitur, quamdiù supereſt unus, in quo jus, nomenque Universitatis resideat*, & num. 47.
45 *A concessione factâ Universitati, jus accrescendi disjunctum esse nequit.*

46 *Jus*

46 *Jus accrescendi inest emphyteusis concessioni pro Civibus, eorumque heredibus, & Descendentibus.*

49 *Alienatio inter personas in emphyteusi comprehensas, & re ac verbis conjunctas, est potiùs mutatio quædam, aut præventiva restitutio.*

50 *Concessio in emphyteusim castri unâ cum territorio individua est.*

51 *Castrum in emphyteusim datum, pro parte ad Dominum directum reverti non potest.*

52 *Concessio castri cum domibus, aliisque Bonis, in territorio existentibus, individua censenda est quoad omnia Bona.*

53 *Bona in eodem contractu, & eodem modo concessa, diverso inter se jure censeri non debent.*

54 *Jus accrescendi tributum videtur in emphyteusi perpetuò duraturâ.*

55 *Temporis definitio in emphyteusi operatur, ut portio deficientis consolidetur in superstite, cui, elapsâ statutâ die, renovatio debeatur.*

56 *Emphyteusis perpetuitati non obest temporis definitio, dum adest obligatio renovandi.*

57 *Emphyteusis renovandæ immemorabilis consuetudo tribuit jus petendæ renovationis.*

58 *Sive Ecclesia alteri vendere, sive sibi retinere velit rem emphyteuticam.*

59 *Jus accrescendi frequentia emphyteusis renovationum exempla inducunt.*

60 *Temporis definitio in emphyteusi, non ad excludendam perpetuitatem, sed adprobationem dominii refertur, si emphyteusis semper renovari consueverit.*

61 *Jus accrescendi locum habet in contractu oneroso, sive res sit dividua, sive individua.*

62 *Emphyteusis titulus onerosus resultat ex juris præsumptione, ac pluribus renovationibus, sinè ullo canonis augmento factis.*

63 *Tum etiam ex eo, quod Bona in emphyteusim data erant pro iis redigendis ad culturam.*

64 *Titulus onerosus efficit, ut partes sibi prospexisse censeantur quocumque meliori modo in solidum, & cum jure accrescendi.*

65 *Ex oneris qualitate emolumentum declaratur.*

66 *Jus accrescendi, & solidalem adquisitionem ostendit solidalis obligatio præstandi canonis.*

68 *Alienatio Emphyteutæ prohibita, illa est, per quam Bona ad extraneos deferuntur.*

69 *Alienationis prohibitioni, in emphyteusi, naturâ suâ inest clausula* prout de jure.

70 *Alienare in consortes non prohibemur.*

72 *Lex generaliter concepta restringitur, quoad ratio suadet, & secundùm subjectam argumenti rationem.*

73 *Metrocomia prohibet alienationem in extraneum, non verò in vicanum, seù habitatorem adscriptum eidem metrocomiæ.*

74 *Vicani sunt veluti socii, quos ad societatem conjunxit concedentis voluntas, & qui eidem Domino canonem pensitant sub uno servitio.*

75 *Dictio* maximè *orationem auget.*

76 *Dictio* maximè, *& similes intelligendæ sunt juxta naturam actus.*

77 *Nec adeò orationem augent, ut comprehendant personas, quas juris ratio ab illâ secernit.*

78 *Res emphyteutica, ne ad personam potentem perveniat, juris ratio postulat.*

79 *Emphyteusis renovata* Universitati, hominibus, & singulis personis possidentibus in dicto Castro, *comprehendit solùm personas, tempore renovationis Bona emphyteutica possidentes.*

80 *Sed Auctor contrarium firmat.*

81 *Verba* = possidentibus in Castro = *adjecta in emphyteusis concessione pro* Universitate, hominibus, & singulis personis possidentibus in Castro, ipsorumque heredibus, & Descendentibus, *intelligenda sunt demonstrativè, non taxativè.*

82 *Interpretatio illa capienda est, quâ emphyteusis verba superflua non sint.*

83 *Præsertim, si adjecta sint in parte dispositivâ.*

84 *Ex dispositivâ investituræ parte mens contrahentium desumitur.*

85 *Novam investituram sumere non tenentur Cives, in emphyteusi comprehensi, dum ab exteris emunt Bona emphyteutica.*

86 *Neque hac ex causâ laudemium solvere.*

87 *Laudemium, & investitura petuntur, ut his Dominus adprobet emptorem, in locum Emphyteutæ positum.*

88 *Civis ad emphyteusim vocatus, ullâ novâ adprobatione non indiget.*

89 *Transactio, Civium jura præservans, iis nocere non potest.*

CUM Episcopi Imolenses Castrum Bagnariæ, ab Othone IV. Romanorum Imperatore ipsis donatum, in emphyteu- 1
sim concedere consuevissent Universitati, & hominibus ejusdem Castri, ut probatur anti- 2
quis investituris, quarum meminit *Portius conf. 65. num. 1., & nu. 38.*, Card. Ferdinandus Millin. Episcopus Imolensis ejusmodi emphyteusis concessionem renovavit anno 1639. Procuratoribus, & Massariis dictæ Universitatis, qui *pro se, & vice, & nomine Universitatis, & hominum, & singularum personarum possidentium in Castro, Territorio, & Curte Bagnariæ, & ipsorum heredum, & Descendentium*, prædictum Bagnariæ Castrum, quâ latè illud patet, conduxerunt, constituto, ut moris erat, annuo Canone florenorum....

Ad normam antiquarum investiturarum, quibus, ut observat *Portius dicto conf. 65.*, *& Laderchius conf. 40.*, adponi solebat pactum, quod investiti, irrequisitis Episcopis, Bona alienare nequirent, huic etiam novæ investituræ adjecta fuit similis lex, ut nemini Bagnariensium liceret *dictas res concessas, vel aliquam illarum partem vendere, & alienare maximè Comiti Valvasorri Capitaneo &c. nec ulli pio loco relinquere sinè*

sinè expressa licentiâ Illustrissimi Domini Episcopi, vel ejus successorum, ita ut eis denunciaverint, se velle dictas res ad alium transferre; Et si dictus Illustrissimus Dominus Episcopus dictas res vendendas emere voluerit, pro solidis illi quinque minùs dare, & tradere teneantur: si verò emere noluerit intra mensem &c., in emphyteusi petere, & recipere cum pactis, & conditionibus usitatis &c. Pro cujus sanè pacti majori firmitate caducitatis pœna adversus contravenientes sancita fuit, verbis illis = *quod si non fecerint, cadant à jure suo* =.

Verùm Bagnarienses prohibitionem hanc, & pœnam sibi locum minimè vindicare posse, censebant in alienationibus factis inter Cives, quemadmodum *Portius*, & *Laderchius* locis citatis interpretati fuerant antiquas investituras, similibus prohibitionibus, & pactis munitas; Et reverà, cum antiqui Episcopi ob hujusmodi alienationes locum caducitatis factum fuisse olim declarassent, controversiam omnem composuerunt transactione initâ anno 1252., quam refert *Laderch. dicto cons.*40. *num.* 14.

Ut etiam Reverendissimus Episcopus Zanus, acerrimus ceteroquin jurium Ecclesiæ suæ vindex, cum ob alienationes pariter inter Bagnarienses factas acceptasset caducitatem, quam suæ Curiæ Vicarius alienantes incurrisse, per sententiam declaraverat, Causâ in gradu appellationis delatâ ad Romanam Curiam, Partes litem omnem transegerunt concordiâ, in qua Bagnarienses promiserunt, antiquas investituras, & pacta, illis adjecta, prout juris esset, observare, soluerunt que Episcopo scut. 300. *pro omni, & toto eo, quod ex causa devolutionis Bonorum, & Capisoldis, seù Laudemii prætendere posset*, & denique Episcopus sibi præservavit quæcumque sua jura, præsertim ea, ex instrumento anni 1639. ipsi competentia.

Quoniam verò hac transactione confirmabantur contractus dumtaxat alienationum, inter Cives ante illam gesti, Eminentissimus Card. de Verme, bon. mem. Reverendissimi Zani successor ob alienationes in eosdem deinceps factas requirere cœpit, & cogere intendebat Emptores Bonorum, ut, soluto Laudemio, novam investituram reciperent, juxtà pactum adjectum d. renovationi Emphyteusis factæ de anno 1639., quæ controversia cum per illius translationem ad Ecclesiam Ferrarienſem sopita, sed nondum extincta fuerit, Bagnarienses meam sententiam pro veritate exquisiverunt super hisce Dubiis, nimirùm an liceat ipsis, Episcopo inconsulto, alienare hæc Bona inter Incolas Bagnariæ?

Secundò, an teneantur solvere Laudemium, & suscipere novas investituras pro hujusmodi Bonis emphyteuticis, vel à Civibus, vel ab exteris coemptis?

Et tertiò, an obesse quidquam illis possit ad hunc effectum transactio anno 1689. celebrata?

Porrò quæstionem non novam examinandam mihi propositam fuisse, comperio, eadem namque jamdudum enucleata fuit à *Portio d. cons.*65., & *Laderchio d. cons.*40.; noviſſimè verò luculenter tractatam, suisque ponderibus examinatam, invenio ab eximiis nostri ævi viris, *Carolo Advocato de Ferrariis*, & *D. meo Advocato Sacripante*, qui jura Imolensis Episcopi, quæ non levia visa fuerant Portio, ut ipse testatur *d. cons.*65. *num.*26., pro viribus vindicavit, censens, Bagnarienses solâ immemorabili consuetudine diligentissimè probandâ juvari posse; Verumtamen, pro mei ingenii tenuitate re diligenter examinatâ, libentiùs in illam feror sententiam, quam secuti fuerunt Portius, Laderchius, & Advocatus Ferrarius, posse nempè inter Cives Bagnariæ absque Episcopi consensu fieri hujusmodi alienationes, illos non teneri novam investituram recipere, aut Laudemium præstare, & denique eisdem præjudicium nullum attulisse predictam transactionem.

Ità sentire posse mihi videor ob eam rationem, quod in remotione emphyteusis, quam anno 1639. Card. Millinus fecit Procuratoribus Universitatis, & hominum Bagnariæ, Bagnarienses contemplati, atque comprehensi fuerunt, tùm uti universi, tùm uti singuli, ideoque nec 3
nova investitura, sivè Domini approbatio, nec Laudemii solutio requiritur, ut valeat alienatio facta in illos, qui in emphyteusis concessione admissi, & comprehensi jam fuerant, *Ripa in leg. qui Romæ §. Duo Fratres num.*83. *ad fin. ff. de verbor. obligat.*, *Malvas. cons.*115. *nu.*29., *Alexànd. cons.*5. *num.*3. *lib.*5., *Riminald. jun. cons.*33. *num.*10., & *seqq.*, *Gabriel. cons.*83. *num.*6. *lib.*1., *Ann. cons.*90. *num.*21., *Paris. cons.*86. *num.*9. *lib.*4., *Burg. de Laudem. part.*2. *inspect.*1. *num.*20., & *seqq.*, *Corbul. de caus. privat. ob alienat. irrequisit. Domin. fact. limit.*6. *num.*1., & *limit.*7. *num.*3., *Costa de ration. rat. quæst.*112. *num.*17., & 18., & *de scient.*, & *ignor. centur.*1. *distinct.*11. *num.*21., *Molin. de contract. disput.*472. *num.*1., *Amat. resol.*84. *num.*35., *Mantic. de tacit. lib.*25. *tit.*25. *nu.*5., *Gratian. discept.*377. *num.*10., & 11., *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de Laudem. quæst.*8. *num.*28., *Borell. in summa decis. tit.*33. *num.*76., *Card. de Luc. de emphyt. disc.*39. *num.*5., *Castill. decis.*74. *num.*14., *Rota decis.*284. *num.*2. *part.*1. *divers.*

Immò verò, etiamsi Emphyteutæ sub caducitatis, aut aliâ quavis pœnâ promisissent non 4
alienare, irrequisito Domino, valeret tamen alienatio inter ipsos facta, nullamque illi incurrerent pœnam caducitatis, quia ob communem omnium in contractu emphyteusis comprehen- 5
sionem omnes ejusdem conditionis reputati, & æqualiter ab investiente approbati ab initio censentur, *Gozzadin. cons.*20. *num.*9., *Antonell. de tempor. legal. lib.*3. *cap.*7. *num.*34., *Gratian. cap.*36. *num.*4., *Corbul. de caus. privat. ob alienat. limit.*7. *num.*4., *Ceval. in specul. opin. commun. contr. comm. quæst.*435., *Card. de Luc. de emphyt. disc.*39. *num.*5., *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de Laudem. quæst.*8. *num.*28., ità quidem, 6
ut comprehensio isthæc tacitam secum ferre videtur investientis voluntatem, ut permissa sit alie-

alienatio inter investitos ex *clar. text. in leg. Pater §. Quindecim de legat. 3.*, ibi = *quindecim Li-*
7 *bertis prædiolum cum taberna legaverat, & adjecerat hæc verba = sibique etsi habere, & possidere volo eà lege, & conditione, ne quis eorum partem suam vendere velit, quod si adversus ea quid factum erit, tunc eas portiones, prædiumve cum taberna ad Rempublicam Tusculanorum pertinere, volo = quidam ex his Libertis vendiderunt partes suas Collibertis suis ex eodem corpore &c., quæsiit, an partes venditæ, ad Rempublicam Tusculanorum pertinerent? respondi, non pertinere =* & infra = *quia Emptores secundùm voluntatem Defunctæ, ex illis fuerunt, quibus permiserat Testatrix venundari =, & benè ibi Gloss.* in figuratione Casùs, & sub verbo *ex Libertis* ait, hanc voluntatem, cui *Textus* innititur, tacitè desumi ex illa Collibertorum comprehensione.

Bagnarienses autem in postremà concessione, seù renovatione contemplatos reperiri, tàm uti universos, quàm uti singulos, ac per consequens fuisse in illa comprehensos, elici posse videtur cum ex natura actus, tùm ex litera d. renovationis factæ à Card. Millino; Resultat quidem
8 ex naturâ renovationis; nam, si renovatio emphyteusis easdem debet præseferre conditiones, easdemque complecti personas, in antiquis inve-
9 stituris comprehensas, sivè expresè, & nominatim in illis designatæ, sivè tacitè vigore scilicet longevæ observantiæ, Partium consensu antè renovationem confirmatæ, admissæ illæ fuerint, *Surd. cons. 5. nu. 60.; Giovagnon. cons. 44. n. 23., Urceol. cons. forens. cap. 48. num. 25., & 26., Palm. nep. alleg. 7. num. 32., & 33. tom. 1., Fulgin. de jur. emphyt. tit. de renovat. quæst. 1. n. 75., & 76., Rota decis. 457. num. 4. coram Duran., & decis. 526. num. 4. coram Card. Bichio*, Cives certè omnes Bagnarienses comprehensi dici debent in d. renovatione, quoniam illi in antiquis investituris admissi fuerant, immò sic in illis
10 comprehensi videbantur, ut Episcoporum consensu approbatæ diu fuerint alienationes, quæ inter ipsos, Episcopis irrequisitis, celebrantur, ut ait *Port. cons. 75. num. 47., & 48.*

Clariùs verò litera renovationis eamdem comprehensionem confirmat, nam illa concessa fuit = *Massariis, & Procuratoribus pro se, & vice, ac nomine Universitatis, & hominum, & singularum Personarum possidentium in Castro, & Territorio Bagnariæ, & ipsorum heredum, & Descendentium* =, quibus verbis nemo non videt, investitam fuisse universitatem, & investitos etiam fuisse singulos homines, ac demum investitas fuisse singulas personas possidentes, earumque heredes; & Descendentes, adeout Ba-
11 gnarienses capere ex illa commodum valeant, uti universi, & jus etiam proprium habere possint uti singuli, ut latè probat *Laderch. cons. 40. n. 2., & ferè per tot.*

Et quidem, si plures personas de re aliqua in solidum, ac uti universaliter singulas, & sin-
12 gulariter universas investitas esse, dicimus, quoties plurium personarum expresè subsequitur dictio = *quilibet eorum* =, *Bartol. in leg. qui Romæ §. Duo fratres nu. 24. ff. de verbor. obligat., Bald. in cap. 1. §. Filia in fin. de succes. Feud., Aretin. in l. si mihi, & Titio col. 2. vers. tertio addo, & Alexand. ibidem num. 28. ff. de verbor. obligat., Silv. Aldobrandiu. cons. 68. n. 7., & seqq., Schrader. de feud. part. 7. cap. 1. num. 16., & seqq., Rosenthal. de feud. cap. 6. conclus. 75. nu. 2. lit. C., Fulgin. de jur. emphit. quæst. 34. nu. 12., Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 28., & 32., Antonell. de temp. legal. lib. 3. cap. 7. num. 38., Panimoll. decis. 4. annot. 3. num. 6., Rota coram Rembold. decis. 204. num. 3., & decis. 415. num. 12. part. 3. tom. 2. rec., & decis. 176. num. 1., & 7. part. 5. tom. 1. rec.*, & hoc casu regulâ illâ rejectâ, quà statuitur, solidali acquisitioni locum non es- 13
se, quum unusquisque pro portione sua recipit, ut apud *Rotam coram Remboldo decis. 204. nu. 4.* dictio illa distributiva *quilibet* tanti valet, ut 14
rem omnibus in solidum tribuat, omnesque investitos ita conjungit, ut venire possint ad portionem deficientis, vel per non jus decrescendi, *Bellon. de jur. accresc. cap. 6. quæst. 38. num. 63., & 66., Rot. coram Rembold. decis. 204. num. 3.*, vel potiùs per directum jus accrescendi, *Bellon. d. cap. 6. d. quæst. 38. num. 47.*, vel demum per jus succedendi ex investitura, *Rot. decis. 176. num. 9. part. 5. tom. 1. rec.*; quantò potiori jure 15
hæc locum sibi vindicabunt in hac hypotesi, in qua adhibita nednm fuit dictio *singuli*, quæ ejusdem naturæ est, ac dictio *quilibet*, & omnibus 16
actum in solidum tribuit, *Laderch. d. cons. 40. n. 8.* sed præterea Universitatem de tota re, de tota etiam re omnes homines, & de tota denique re singulas personas investitas fuisse, demonstrant 17
verba illa = *Universitatis = hominum =, singularum personarum = possidentium*, quorum verborum natura adversativa est, diversamque rem præseferunt, ac personas diversas, diversè etiam sumptas, complectuntur, *Laderch. cit. cons. 40. num. 8., & 9., & seqq.*, aliud namque est Universitas, & aliud singulæ personæ, nec eadem ratio est 18
hominum, si simpliciter sumantur, ac eorumdem hominum, prout illi possessores alicujus rei sunt, ut egregiè probat idem *Laderch. d. cons. 40. num 8., & 9., & seqq.*

Syndicus siquidem, & Procuratores stipulati minimè fuerunt pro ipsa Universitate dumtaxat, ut etiam renovationem minimè acceptarunt pro singulis tantùm hominibus, & possidentibus, sed Episcopus perspicuis verbis emphyteusim illis concessit, non solùm *vice*, & *nomine* aliorum, sed etiam *pro se*, his verbis = *renovationem concessit pro se, & vice Universitatis &c.* = Cum autem nec in hujusmodi renovatione, immò 19
verò neque in antiquis investituris divisio ulla Bonorum facta legatur, & *Castrum*, *Territorium*, ac *Curtem Bagnariæ* concessum fuisse appareat, veluti rem quamdam individuam, impositâ in antiquis contractibus solâ lege illud meliorandi, *Port. d. cons. 65. num. 1.*; Hinc asse- 20
quimur, jure suo quemlibet ex hominibus Universitatis, & suo quoque jure Procuratores ipsos, & Syndicum *pro se*, ut diximus, stipulantes admissos in solidum fuisse ad possessionem Castri,

perindè ac si illud integrè, & quà latè patebat, concessum Universitati fuisset, re namque
21 pluribus concessâ, uti individuâ, & in nullas portiones divisâ, simili omnes, & solidali jure vocati ad illam censentur, *Decian. cons.73. n.2., & 3., & num.9. lib.2., Altograd. cons.11. in fin. lib.2., Cost. de ration. rat. quæst.49. num.2., Mantic. de tacit. lib.12. tit.33. num.5., & 6., & lib.23. tit.38. num.35., Cald. de jur. emphyt. lib.3. cap.13. num.44., Card. de Luca de feud. disc.41. num.4., Mart. de succeff. legal. part.3. quæst.3. art.2. num.31., Censal. decis. Lucen. 9. num.27., Rota coram Buratt. decis.301. nu.1., & in rec. decis.435. num.5, part.1., & dec.343. num.7. part.4. tom.2., & decis.176. num.8. part. 5., & considerat Laderch. d. cons.40. num.5.*,
22 ubi integralem hujusmodi concessionem æquipollere affirmat expressæ clausulæ in solidum.

Immò verò, si hæc individua concessio rei emphyteuticæ, in partes à Domino nequaquam
23 scissæ, suaptè naturâ tribuit Emphyteutis facultatem, ut illam Jure suo inter se dividere possent, irrequisito Episcopo, tum ut illam com-
24 modiùs meliorantes, concedentis voluntatem plenius implerent, tùm ut proficuum cuicumque foret Jus illud, quo fuerat ad ampliorem rei possessionem vocatus, prout accidit inter fra-
25 tres Patri succedentes, rem emphyteuticam inter se dividere minimè prohibitos, *Peregrin.de Jur. fisc. tit.5. lib.6. num.53., Gratian. discept. forens.36. num.1., Antonell. de tempor. legal.*
26 *lib.3. cap.7. num.32.*, ità permissa inter eosdem censeri potest alienatio absque Episcopi consen-
27 su; Nam alienare inter se non prohibentur, qui prohibiti dividere non fuerunt, *Bartol.in d. leg. qui Romæ §.Duo fratres quæst.10. versic. ego dico, Gratian. d. cap. 36. num.3., Antonell. de tempor. legal. lib.3. cap.7. num.32. vers. quod non teneatur*, inquiens, spectari solùm debere, nùm quilibet admissus ab initio in solidum fuerit.

Et non recedendo ab argumentis desumptis ab individuatione concessionis, si, ut præsefert litera renovationis, in dubium venire
28 nequit, Bagnarienses ità fuisse in hac emphyteusi re simul, & verbis conjunctos, ut vel Jure accrescendi, vel Jure non decrescendi, vel etiàm Jure successionis, & Investituræ, vel demùm Jure repetitæ concessionis, ut latè disserit *Bellon. de Jur. accresc. cap. 6. quæst. 38. num.56., & 57.* portionem deficientis pertine-
29 re ad superstites, ac in illis consolidari, voluerint, dicendum est, inter eos, qui hujusmodi Jure conjunguntur, & individuâ Investiturâ colliguntur, permissam esse alienationem absque consensu Domini, *Gratian. discept.36. num.8., Antonell. de tempor. legal. lib.3. cap.7. num.30.*,
30 nullumque pro ea deberi Laudemium, *Gabriel. cons.84. num.6. lib.1., Gratian. discept.36.num. 5., & 6., Pamol. decis.4. annot.3. num.1., Antonell. de temp. legal. lib.3. cap.7. num. 30.*; Jus
31 namque accrescendi efficit, ut alienatarius vocatus censeatur ad portionem alienantis, &, utpotè in contractu comprehensus, novus Emphyteuta dici nequeat, *Gratian. ibid.num.6.*, Proindèque Jure, meritòque *Laderch. d. cons. 40. num.1.* ob hanc rationem, Episcopo irrequisito, valere, ait alienationes hujusmodi, quæ inter Cives Bagnariæ celebrantur, quia compertum sibi erat, vigere omninò inter illos Jus hoc accrescendi.

Præterea, si Jus accrescendi emphyteusi inesse semper dicitur, quoties illi locus fieri potest 32
ex mente Contrahentium, pro eo inducendo unicè spectanda, ut tradiderunt *Cancer. var.resol. lib.3. cap.22. num.68., & seqq., Bellon. de Jur. accresc. cap.6. quæst.38. num.25., & seqq.*, Eam verò satis esse, quod illud certè includat, 33
vel saltem illi non resistat, ad tradita per *Rot. coram Rembold.decis.304. num.7., & 8.*

Mens hæc Contrahentium in nostra hypothesi primò elici posse videtur ex qualitate personæ 34
investientis, quæ, si, nonnisi contractum bonæ fidei, perficere poterat, Juri accrescendi locum fecisse dicenda est, *Altogr. cons.11. num.4., & cons.91. num.6., & 7. lib.2., Bonden. collect. legal.34. num.25., & seqq. lib.1., Mantic. de tacit. lib.22. tit.34. num.10., Bellon.de Jur.,ac crescendi cap.6. quæst.23. num.26., & 27.*,Cum autem in proposito, Principis concessio bonæ 35
fidei contractus dicatur, *Menoch. cons. 1. num. 239., & cons.27. num.25., Decian. cons.35.num. 14.. & cons. 97. num.24. lib.2., Altograd. d. cons.11. num.3., & cons.91. num.5. lib.2., Bonden. d. collect. legal.34. num.28. lib.1., Gratian. discept.272. num.20.*; Ideòque illi insit Jus accrescendi, nàm Principem decet, *ut ad Consortem potiùs solatium, quàm ad Personam aliam pars deficientis perveniat*, Ut his verbis re- 36
spondit Imperator *in leg. jubemus Codic. si liberalit. Imperial. soc. sin. hered. decess., ibique Gloss. lib. 10.*, & tradunt *Cancer. var. resol. lib.3. cap.22. num,51., Altogr. cons.11.num. 3., & cons.91. num.4., & 5. lib.2., Mantic. de tacit. lib.22. d. tit. 34. num.11., & in Clar. in §. Feudum quæst.87. num.2., & 3., Amat.resolut. 84. num.26., Mart. de succeff. legal. part. 3. quæst.3. artic.2. num. 28., Gratian.272. nu. 19., clar. mem.Cardin. de Luc. de feud. disc.41. num.4.*, talis etiàm dicenda erit concessio facta ab Episcopo, quæ pari Jure censetur, *Alto-* 37
grad. d. cons.91. num.2., & seqq. lib.2., Bonden. d. collect.34. num.25., & seqq. lib.1., Ob summam namqùe dignitatem, quâ pollet Episco- 38
pus, idem supremo Principi æquiparatur, *cap. solitæ de majorit., & obed., ibiq. Felin., Barbos. de Episcop. part.1. tit.1. cap.2. num.11., & num.22., Pax Jordan. var. lucubrationum tom. 1. prælud. 1., & prælud.11. num.11., & seqq., Garz. de nobilit. Gloss.48. §.3. num.55., Cassan. in Cathalog. glor. mund. part.4. considerat.24. vers. imò dicitur, Zerol. in prax. Operum verb. Episcopus num.13., Sperell. decis.128.*, Certiùs verò hæc obtinent in nostra hypothesi, quia agitur de contractu celebrato in Terris Eccle- 39
siæ, in quibus cum servetur æquitas Juris Canonici, *Cyriac. contr. 101. num.16., Thomat. decis. March.45. num.2., & decis.49. num. 5., Rot. in rec. decis.391.num.3. part.2.*, Contractus idcir-

40 idcircò iſte emphyteuticus non jam ſtricti Juris, ſed bonæ fidei dici debet, *Bald. in cap.1.in fin. de mut. petit.*, *Covarr.in cap. Poſſeſſor par.2. §.6. num.5. de reg. Juris in 6.*, *Genuen. pract. legal. Eccleſ. quæſt.*589., *Bonden. colluct. legal. 8. num.36.*, *& collect.34. num.26. lib.1.*, *Seraphin. de privileg.31. num.97.*, *Sperell. deciſ.150. num.49.*

Non abſimilis etiàm fuit mens perſonæ inveſtitæ; Nullâ ſiquidèm factâ diviſione rei em-
41 phitheuticæ inveſtita fuit Univerſitas, quæ, utpotè corpus quoddam politicum, & univerſale, eam habens naturam, ut vèl in una ſui corporis parte manere poſſit, *Laderch. d. conſ. 1. num.14. §. non obſtat*, facile admittit Jus ac-
42 creſcendi, vèl non decreſcendi, ut probat, *Bellon. de Jur. accreſcendi cap.6. quæſt.38. num. 123.*, *& num. 214.*, *Albit. Brun. conſ. feudal. 44. num.4.*, *& 12.*, *Gratian. diſcept.forenſ.cap. 26. num.1.*, *Niger de Laudem. quæſt. 12. art.1. num.2.*, *& 24. tom.1.* Si enim, quæ Univer-
43 ſitati,conceduntur,non aliter deficere cenſentur, quàm,ſi integra deficiat Univerſitas, hæc verò ſi
44 tamdiù manere dicitur, quamdiù ſupereſt unus, in quo Jus, nomenque Univerſitatis reſideat, *leg. ſicut. §.final. ff. quod cujuſq. Univerſit.*, Jus
45 accreſcendi disjunctum eſſe nequit à conceſſione facta Univerſitati, cum illius tantùm virtute res conceſſa, integrè pervenire poteſt ad poſtremam illam ſui partem, in qua Jus Univerſitatis conſervari, & durare adhuc dicitur, ut, pluribus relatis, ratiocinatur *Bellon. de Jur.accreſc. cap.5. quæſt.38. nu.24.*

Accedit his ſtipulatio emphyteuſis extenſa
46 ad Civium *heredes,& deſcendentes* oſtendens, de re ſic actum fuiſſe intèr Contrahentes, ut conceſſio temporaria non eſſet, ſed ſucceſſiva, certoque generi ità aſſignata, ut perſonæ omnes, ſub illo genere comprehenſæ, ſibi invicem eſſent ſubſtitutæ, & Jure accreſcendi juvarentur ad portionem deficientis conſequendam, quamdiu ex d. genere, vel unus ſupereſſet, ut benè tradit *Bellon. de Jur. accreſc. d. cap. 6. quæſt. 38. num39.*, *& ſeqq.*, & in terminis emphyteuſis obſervant *Salycet.*, *& Jaſon. in leg.2. num.201. Cod. de Jur. Emphyt.*, *Altograd. d.conſ.11. num. 6.*, & 7. *lib. 2.*, *Gratian. diſcept. forenſ. 36. num.7.*, *Mantic. de tacit. lib.22. tit.34. num.19.*, *& ſeqq.*, *Antonell. de temp. legal. lib. 3. cap.7. num.3.*, *Panimoll. deciſ.4. adnot.3.num.3.*, *Corbul. de cauſ. privat.ob lin. finit.num.89.*, *Fulgin. de Emphyt. tit. de contract. quæſt.34. num. 14.. & de ſucceſſ.in bon. Emphyt. quæſt. 20. num.5.*, *idem Bellon. dict. cap.6. dict. quæſt.38. num.21.*, & 22.

Quamobrem Imolenſes Epiſcopi, qui primò
47 inveſtiverunt Univerſitatem, quæ ſemper manet, nec defeciſſe dicitur, donec unus ſupereſt, deindè verò vocarunt omnes homines, indè ſingulas perſonas, & poſtremò eorum heredes, & Deſcendentes,harùm omnium perſonarum comprehenſione non ſolùm clarè demonſtrarunt, ſe velle, ut Bona perpetuò intèr Bagnarienſes ma-
48 nerent, ſed prætereà ſe velle oſtendérunt, poſſe Cives, veluti in contractu comprehenſos, & Jure accreſcendi adjutos, quocunque modo inter ipſos alienare, ut his ferè verbis conſiderat *Laderch. d. conſ. 40. num.14. §. non obſtat*, conſiderans hanc ſtipulationem pro heredibus, & Succeſſoribus, quàm paritèr obſervat *Port. d. conſ.65.num. 35.*, inquiens idcircò, quamcunque Bonorum alienationem, quæ fieri inter Cives 49
Bagnarienſes contingat, cenſendam potiùs eſſe mutationem quamdam, aut præventivam reſtitutionem, quàm alienationem.

Præterea hæc omnia confirmari poſſe videntur, tùm ex individuâ naturâ rei conceſſæ in 50
in emphyteuſim, quippè agitur de Inveſtitura Caſtri, & fortalitii individui conceſſi unà cum Territorio; Si autèm Caſtrum ob individuitatem, prò parte ad Epiſcopum reverti non potuiſſet, *Decian. conſ.73. num.2.*, *& 3.*, *& num.9. lib.2.*, *Altograd. conſ.11. in fin. lib.2.*, *Fulgin. de jur. Emphyt. tit. de contract.quæſt.20.num.16.*, & obſervat *Laderch. d. conſ. 40. num.4.*, idem
jure noſtro dicere poſſumus de domibus,aliiſque 52
Bonis, in Territorio exiſtentibus, ac in Inveſtituris comprehenſis, non enim Bona in uno, eodemque contractu conceſſa, eiſdem modo, for- 53
ma, & conditionibus adhibitis, diverſo inter ſe Jure cenſeri debent, juxtà notiſſimas regulas, tùm etiàm ex perpetuitate temporis; quo Inve- 54
ſtitura, & conceſſio duratura erat, quæ efficit, ut Juri accreſcendi, ac alienandi libertati, quam illud tribuit locus, eſſe videatur, *Altograd. d. conſ.11.num.10.*, *& conſ.91. num.8. lib.2. Sacc. conſ.50.num.34. lib.1.*, *Æmilian. conſ.70. num.6.*, *& 7.*, *Burſat. conſ.181. num. 7.*, *Bonden. colluct.35. num.30. lib.1.*, *Coſt. de ration. rat.quæſt. 49. num.2.*, *& 8.*, *Amat. reſol.84. num.33. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. diſcept.272. nu. 13.*, *Monach. deciſ. florent.63. num.13.*, *Bellon. de Jur. accreſ. cap.6. quæſt.38. num.84.*

Cujus Inveſtituræ perpetuitati derogare nequit tempus ſexaginta novem annorum, illi adpoſitum; Nàm, præterquamquod d. temporis præfinitio operatur, ut portio deficiens conſo- 55
lidetur in ſuperſtite, cui, elapsâ ſtatutâ die,renovatio debeatur, *Jaſon. conſ.16. num.26. lib.4.*, *Decian. reſpon.73. num. 15. lib.3.*, *Ruin. conſ. 169. num.1. lib.1.*, *Gratian. diſcept.451.*, *num. 7.*, *ibiq.de Luc.3.*, *idem Luc.de linea legal. part.1. artic.22. num.27.*, *Bellon.de Jur. accreſcen.cap. 6. quæſt.38. num.119.*, *& ſeqq.* Perpetuitas in noſtrâ hypotheſi demonſtratur, quia, limitato tempore 69. annorum, adjecta fuit obligatio 56
conceſſionem renovandi tribuens Univerſitati contra Epiſcopum actionem, tum realem, & hypothecariam, tùm perſonalem ad renovandum, ſicque perpetuam reddens conceſſionem, *Rota deciſ.57. num.5.*, *& per tot. poſt Torr. de pact. futur.ſucceſſ.*, *& deciſ.81.num.6.*, *& ſeqq. part.19. rec.*, *& coram Rembold.deciſ.204.num. 15.*, eam confirmantibus ſubſecutis renovationibus inducentibus immemorabilem conſuetudinem tribuentem adverſus Epiſcopum coacti- 57
vam, quâ cogi poſſit ad emphyteuſim rurſus concedendam, *Rota in celebri nullius, ſeù No-*

*nofallien. Bonorum penès Albic. de incoſtant. Judic. deciſ.*49. *num.* 10., *& ſeqq.*, *& deciſ.* 56. *num.*9., *& ſeqq.*, *&* 13. *Maii* 1697. *§.*2. *uſque ad §.* 18. *coram Muto*, inquiens, id procedere,
58 ſivè alteri Eccleſia vendere, ſivè potius ammenſare, & retinere velit.

Et re quidem verà tantus eſt renovationum factarum cumulus, ut, quoad longè poteſt mens noſtra reſpicere ſpatia præteriti temporis, hujus emphyteuſis renovationes reſpiciat. Sic anno 1252. tranſactio quædam inter Epiſcopum, & Cives inita fuit ſuper Inveſtituris præcedentibus, ut refert *Laderch. d. conſ.*40. *num.*14. *ad med.*; Anno 1430.nova inveſtitùra conceſſa fuit, ut meminit *Port. d. conſ.*65. *num.*44., qui *Portius* in principio *d. ſui conſilii* pariter ſupponit, antiquiſſimas Inveſtituras; Et demùm, ut aliàs omittamus, in renovatione anni 1639. dicitur, illam concedi ob expirationem præcedentis, & promittitur, hanc quoque renovandam fore ſtatim, ac finita fuerit; His autem adeò frequen-
59 tibus Inveſtiturarum exemplis non ſolùm voluntate Concedentium inductum fuit in emphytheùſi Jus accreſcendi; *Rota coram Rembold. de-*
60 *ciſ.*204. *num.*10, ſed conſtat, tempus 69. annorum ad probationem potiùs dominii, & ſolutionem præſtationis conſtabilitum fuiſſe, quàm ad excludendam perpetuitatem emphyteuſis, *Cardin. de Luc. de Emphyt. diſc.*22. *num.*8., *Gobb. tract. var. tit. de permiſſ. feudi, & Emphyt. alienat. quæſt.*1. *num.*45., *&* 46., *Rota deciſ.* 321. *num.*13., *&* 14. *part.*9., *deciſ.*279. *num.*13. *part.* 12., *& deciſ.*391. *num.*1. *part.*16. *rec.*

Denique pro inducendo Jure accreſcendi for-
61 tiùs urget, quod agitur de contractu oneroſo, quo caſu ſivè dividua, ſivè individua res ſit, illud locum ſibi vindicat, *Gomez. var. reſol. lib.* 1. *cap.*10. *num.*3., *Cancer. var. reſol. lib.*3. *cap.* 22. *num.*46., *Panimoll. deciſ.*4. *annot.*3. *num.*19., *Antonell. dè temp. legal. lib.*3. *cap.*7. *num.* 37., *Altograd. conſ.*11. *num.*8. *lib.* 2., *Monac. deciſ. Florentin.*63. *num.*8., *Rota coram Cavaler. de-*
62 *ciſ.*219. *num.*5., titulus verò oneroſus in noſtra hypotheſi reſultat tùm ex Juris præſumptione, totque renovationibus, ſinè ullo Canonis augumento factis, ideòque excludentibus meram Eccleſiæ liberalitatem, ad tradita per *Rotam in dicta nullius, ſeù Senogallien Bonorum penès Albit. de inconſtan. in Judic. deciſ.*40. *§. Quo verò, & ſeqq.*, *& deciſ.* 56. *§. Superadditis*, *&* 13. *Maii* 1697. *§.*16., *&* 17. *coram Muto*; Tùm etiam
63 ex eo, quod agebatur de Bonis ſtabilibus datis Univerſitati pro eiſdem redigendis ad culturam, *Rot. in rec. deciſ.*435. *num.*15. *verſ. tantò magis part.*1., & latè probavit *Advocatus Ferrarius* in ſuo Reſponſo; Cum autem qualitas ti-
64 tuli oneroſi efficiat, ut Partes ſibi proſpexiſſe cenſeantur quocumque meliori modo in ſolidum, & ſic cum Jure accreſcendi emphyteùſim ſtipulando, eamque acceptando, *Amat. reſol.* 84. *num.*28., *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *num.*17., *&* 18., *Gratian. diſcept.*451. *num.*10., *ibique de Luc. num.*8., potiori Jure id operabitur,
65 quando Canon, ut in caſu noſtro in ſolidum impoſitus fuit quibuslibet, & à Civibus communiter præſtari debebat, prout illum ſingulos Bagnarienſes ſolviſſe, teſtatur *Laderch. conſ.*40. *nu.* 14., nàm, cum ex oneris qualitate emolumentum declaretur, ſolidalis obligatio præſtandi onus, ſolidalem quoque fuiſſe acquiſitionem, oſtendit 66
*Port. d. conſ.*65. *num.*38., *& num.* 41.; proindeque locum eſſe Juri accreſcendi, *Cephal. conſ.* 699. *num.*6. *verſ. tertiò*, *Laderch. d. conſ.* 40. *num.*3. *verſ.*1., *Bellon. de Jur. accreſ. cap.*6. *quæſt.* 38. *num.*146., *&* 147.

Jàm verò conſtabilitâ omnium Civium comprehenſione in hac emphyteuſi tùm utpotè Univerſitatem componunt, tùm utpotè ſunt ſingulæ perſonæ, ac etiam firmato Jure accreſcendi, quo iidem in hac Inveſtitura conjuncti inter ſe fuerunt, conſequens eſt, ipſos poſſe inter ſe alienare abſque Epiſcopi conſenſu, eoſdem 67
non teneri Laudemium præſtare, *Gratian. cap.* 36. *num.*8. *Antonell. de tempor. legal. lib.*3. *cap.* 7. *num.*30., & obſervant *Port.*, *& Laderch. in locis adduct.*, alienationis prohibitionem *ſinè* 68
expreſsâ Epiſcopi licentiâ intelligendam eſſe de illo alienationis contractu, quo Bona deferantur ad extraneos, non autem de alio, quo ad Cives ipſos eadem perveniant; Nam, ſi hujuſmodi alienationis prohibitioni naturâ ſuâ ineſſe 69
dicitur clauſula *prout de jure*; noſtro autem Jure cum in conſortes alienare non prohibeamur, 70
ſequitur, prohibitione hujuſmodi excludi extraneos, non etiàm Incolas, & Cives Bagnariæ, in 71
Emphyteuſi comprehenſos, ut in ſpecie tradunt *Salycet. in leg. ea lege num.*17. *Cod. de condit. ob cauſ.*, *Jaſon. in leg. qui Romæ §. Duo Fratres nu.* 77., *& ibi Ripa num.*87., *Bolognet. etiàm nu.* 284., *& ſeqq. ff. de verbor. obligat.*, *Cephal. conſ.* 104. *num.*12., *conſ.* 199. *num.*5., *& conſ.*257. *num.*10., *Adden. ad Clar. §. Emphyteuſis qu.*13. *in fin.*, *Ceval. commun. contr. comm. quæſt.*435., *Mantic. de tacit. lib.*22. *tit.*21. *num.*6., *Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de alienat. part.*1. *num.*194., *&* 197., *& num.*205., *& de var. caducit. quæſt.* 1. *num.* 2.3.4.5.6., *& de Laudem. quæſt.*8. *num.* 30., *&* 31., *Rot. coram Duran. deciſ.*145. *n.*17., & benè obſervat *Portius d. conſ.*64. *num.*42., *&* 47., ubi ait, quamcumque legem generaliter 72
conceptam reſtringi quoad ratio ſuadet, nec alitèr eſſe intelligendam, quàm juxta ſubjecti argumenti rationem.

Confirmatur id exemplo metrocomiæ, de qua conceſſionis ſpecie eſt *Text. in leg. in illis Cod. non lic. habit. lib.*11. *tit.* 55., In eâ enim alienatio ſic demum prohiberi cenſetur, ut illa 73
fieri nequeat in extraneum, non verò ut fieri non poſſet in Vicanum, ſeù habitatorem adſcriptum eidem metrocomiæ, ſeù eidem villæ, eò quod Vicani ſint veluti ſocii, quos ad ſocieta- 74
tem conjunxerit concedentis voluntas, & qui eidèm Domino Canonem penſitant, & ſunt ſub uno ſervitio, ideòque inter illos fieri valet metrocomiæ alienatio, ut ex claro *Textu in d. lege in illis Cod. non lic. habit.*, his verbis notat *Cujac. oper. prior. tom.* 3. *ad lib.*10. *Cod. fol. mihi* 23.

Nil-

Nilque turbat, alienationem fuisse prohibitam in Comitem Valvasorrium &c. dictione illâ *maximè*, quæ, utpotè orationem augens, prohibitionem alienandi ad Cives etiam extendisse censenda sit; Nàm, ut egregiè considerat *Port. d. cons.65. num.*44., & 45., hujusmodi dictiones intelligendæ juxtà naturam actus, in prohibitione comprehendere non possunt personas, quas Juris ratio debere ab illâ, secerni, validè comprobat, ideòque, si Juris ratio postulat, ut ratione potentiæ emphyteusis pervenire non debeat ad Comitem Valvasorem, nè fiat deterior conditio Concedentis, *Schrader. de feud. part.*8. *cap.*2. *num.*10. *Rosenthal.cap.9. membr.*1. *concl.*43. *num.*1., *Cardin.de Luca de feud. disc.*1. *num.*6., contraria Iuris ratio suadebit, quod eadem deferri possit ad alios Cives, ex quibus Domino periculum nullum imminebat.

Demùm non subsistit, in investitura comprehensas fuisse dumtaxat personas illas, quæ tempore renovationis Bona emphyteutica possidebant, quod præseferre videntur verba illa Instrumenti = *nomine Universitatis, hominum, & singularum personarum possidentium in d. Castro* = ex quo inferebatur, exclusos fuisse quoscunque, eo tempore non possidentes, ideòque istos juvari non posse pro sustinendis alienationibus, eisdem factis specificâ possidentium dumtaxat comprehensione in contractu, quoniàm hæc Iure nobis opponeretur, si tueremur, valere alienationes, irrequisito Episcopo, factas etiam in illos, qui nèc Castrum Bagnariæ incolunt, nèc ibi possident; Nos verò sustinemus, irritas non esse alienationes, quibus amplior rerum emphyteuticarum possessio adquiritur iis, qui jam in Castro possidentes, & ob hanc qualitatem in Investitura jàm comprehensi reperiuntur.

Hoc namque casu nemo non videt, verba illa *possidentium in Castro* starè demonstrativè, non autem taxativè, immò adhibita fuisse ampliativè, ut ostenderetur, concessionem Universitati sic factam fuisse, ut nequirent expelli particulares possidentes, utpotè qui titulo oneroso Bona jàm adquisiverant, sed iidem relinquendi essent in possessione rerum emphyteuticarum, tamquàm de eisdem specificè, ac in solidum Investiti, perindè ac ipsa Universitas fuerat investita, quæ interpretatio admittenda eò magis est, ne superflua censeantur alia verba = *Hominum, & singularum personarum, heredum, & Descendentium* = contrà certam Iuris nostri regulam, quâ statuitur, effectum aliquem operari debere quæcunque verba adposita Investituris, præsertim in ea parte, quæ dicitur dispositiva, & ex qua mens Contrahentium desumitur, *Rota post Merlin.de legit. decis.*179. *num.*3., & 4., *& in rec. decis.*357. *num.*2. *part.*2., *& decis.*273. *nu.* 10., & 12. *part.*15., alioquin cur in Investiturâ post comprehensam Universitatem dispositivè enumerati, ac comprehensi fuissent homines, singulæ personæ de Universitate, eorumque heredes, & Descendentes, si investitura prodesse debebat solis possidentibus? satis quippè fuisset illos solummodò nominare.

Resoluto ex his primo Dubio, an Bagnarienses alienare inter se valeant, resolutum videri potest etiàm secundum, nùm ab exteris ementes novam sumere Investituram teneantur, ipsos namque non teneri ob hanc illorum in contractu comprehensionem, quam hactenùs demonstravimus tuetur *Laderch. d. cons.*40. *num.*17. *S. Si autem in fin.*, proùt etiam Laudemium præstare nequaquàm illos debere, jam ostendimus superioribus locis, & quidem, si Investitura, & Laudemium inventæ ideò fuerunt, ut his Dominus laudaret, nempè approbaret Emptorem, in locum Emphyteutæ positum, *Cald.de Jur. Emphyt. extinct. cap.*16. *in princip., Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de Laudem. quæst.*1. *num.*4., *& sequen.*, ullâ novà approbatione non indiget Civis jàm ad emphyteusim vocatus, ut prosequitur, *Port. d.cons.65.num.*45., & 46.

Consultò omittimus verba facere de transactione, anno 1680. celebratâ, etenim illâ abesse nequidquàm Bagnariæ Incolis potest. Quià tùm ex mandato procuræ dato ad transigendum, tùm ex verbis transactionis apparet, fuisse illis sua Jura sarcta, adeò ut actus ille haberi debeat, ac si factus non fuisset, *Rota in Romana Cappellaniæ* 16. *Februarii* 1682. *S. Nec coram Ursino, & passim alibi.*

Avenionen. Scripturam.

Scripturæ ex privato Monasterii Archivio desumptæ, neque pro Monasterio, neque inter personas Monasterio non subditas fidem faciunt: Quæ desiderentur, ut aliquod Archivium rectè dici publicum queat? Quæ itidem, ut legalis scripturarum extractio ab Archivio fiat?

VOTUM XVI.

1 *Scripturis, in Archivio privato Monasterii repertis fides non adhibetur.*
2 *Archivium publicum non ad privatam Monasterii, sed publicam utilitatem institutum esse debet*, & num.19.
3 *Et jurisdictionem requirit*, & num.18.
4 *Publica sunt Archivia Principum, Magistratuum, Episcoporum & Civitatum*, & num. 36.
5 *Archivium Cassinense publicum est.*
6 *Abbas Cassinensis amplissimum Territorium habet cum jurisdictione quasi Episcopali.*
7 *Et cum Diœcesi separata, & inter Episcopales in libris Cancellariæ describitur.*
8 *Archivio publico Officialis publicus præest.*
9 *Scripturæ ex Archiviis publicis depromptæ, ut probent, requiritur, ut inter authenticas ibidem repositæ fuerint.*
10 *Archivium publicum scripturæ informi vim nullam tribuit*, & num.38.
11 *Testamenti exemplo reperto in Archivio, nisi ostendatur originale, fides non adhibetur.*
12 *Scriptura in Archivio reperta, si aliæ ibidem adsint authenticæ, & non authenticæ non ha-*

habetur pro authenticâ, & numer. 26.

13 *Scriptura, Notarii carens ſigno, & ſubſcriptione, non ſumit robur ex loco, in quo adſunt aliquæ non authenticæ, niſi concurrant adminicula.*

14 *Scripturæ, ut probent, quando in Archivio repoſitæ fuerint, conſtare debet.*

15 *Archivia, tametſi publica, minimè probant contra non ſubditos.*

16 *Niſi ea ſint celeberrima.*

17 *Vt eſt Caſſinenſe.*

20 *Monaſterii Archivium ut probet, requiritur, aliquem deputatum eſſe pro ſervandis Archivii clavibus, & ita ab antiquo tempore obſervari conſueviſſe.*

21 *Et quod Cuſtos deputatus, non ſit ſubditus Superiori ejus loci.*

22 *Cuſtos Archivii, ut ſcripturæ, ex eo extractæ, probent, ſuſpectus eſſe non debet.*

23 *Cuſtos Archivii Religioſus ejuſdem Monaſterii, pro ſuſpecto habetur.*

24 *Scripturæ ex Archivio Monaſterii extractæ, non probant*, & num. 39.

25 *Scripturæ ab Archivio Baſilicæ Vaticanæ extractæ, pro eâ non probant.*

27 *Archivii publici enunciatio ab ejus Cuſtode facta, non ſufficit, ſed aliundè id probandum eſt.*

28 *Et quidem ex aliis, quàm ex teſtibus intereſſe habentibus.*

29 *Scripturarum ſuppoſitionis, & doli ſuſpicionem removent earum multiplicitas, & qualitas religioſa virorum.*

30 *Scripturæ ex Monaſterii Archivio deſumptę, inter Religioſos eam auctoritatem habent, quam Archivium tribuere ſolet.*

31 *Archivii auctoritas numquam efficit, ut ſcripturæ non authenticæ pro authenticis habeantur.*

32 *Maximè in damnum tertii, & non ſubditi.*

33 *Vel in judicio criminali, aut alio expoſcente rigidas probationes.*

34 *Ad legalem ſcripturæ ab Archivio publico extractionem ſufficit, eam Archiviſtæ ſubſcriptione, & teſtimonio munitam eſſe.*

35 *Tametſi extractio facta eſſet ſinè compulſoriâ, & citatione Partis.*

37 *Secus dicendum in extractione ſcripturæ ab Archivio privato.*

40 *Scripturis ex privato Monaſterii Archivio deſumptis fidem ſemper adhibitam fuiſſe, ſi Notarii teſtentur, probant ſolùm contra ſubditos.*

41 *Scriptura, quando præſertim ſuſpecta eſt, vel agitur de judicio criminali, extrahi debet à privato Archivio Monaſterii cum compulſoriâ, & citatione Partis.*

SI verum eſt, quod nemo dubitat, Archivio privato Monaſterii alicujus, in quo jura prò ſolo Monaſterio cuſtodiuntur, robur nullum tribui ſcripturis, in eo repertis indeque extractis, *Adden. ad Burat. deciſ. 667. num.* 17., *Rot. poſt Tamburin. de jur. Abbat. deciſ.* 88. *num.* 1., *in rec. deciſ.* 340. *num.* 23. *part.* 15.; 1
Idcircò ut juſtâ ratione determinari queat, an ſcripturæ extractæ ex noto Archivio, & conſarcinatæ in Proceſſu, de quo agitur, veræ ac legitimæ probationis gradum ullum conſtituere valeant, in adeò quidem gravi Cauſa, & Judicio, quod æquiparatur criminali, ſuperlativas, atque omninò concludentes probationes requirenti; ſtatuendum primò erit, quale nam ſit Archivium iſtud, undè illæ editæ, an videlicet publicum ſit, vel privatum.

Explorati autem juris eſt, quod ut Archivium publicum reputari poſſit, ſicuti præſefert notio ipſa nominis publici Archivii, inſtitutum 2
eſſe debet non ad privatum alicujus dumtaxat Monaſterii, ſeu ſimilis loci commodum, ſed ut publicæ conferat utilitati, *Adden. ad Burat. dict. deciſ.* 667. *numer.* 17., *Rota coram Merlin. deciſ.* 264. *numer.* 32. *& ſeq.*; ideòque oportet, 3
quod ſit juriſdictionale, ut ſunt Archivia Principum, publicorum Magiſtratuum Secularium, 4
ac etiam illa Epiſcoporum, & Civitatum, *Card. de Luca de Judic. diſc.* 28. *nu.* 23. *§. Et quoniam*, inter quæ enumerat Caſſinenſe Archivium, 5
quod tum ob ſui celebritatem, tum ob Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quâ in ampliſſimo 6
ſuo Territorio, ſeu veriùs Diœceſi pollet Caſſinenſis Abbas, publicum ac juriſdictionale reputari meretur, ut in magiſtrali *deciſione coram Merlino la* 264., & probat *Adden. ad Buratt. deciſ.* 667. *ex num.* 13., *& 25. & ſeq.*, qui tamquam Advocatus ſcripſit *in dicta Cauſa cor. Merlino*, idemque conſiderat, Abbatem Caſſinenſem potiri Juriſdictione quaſi Epiſcopali cum 7
Diœceſi ſeparata, atque in Libris Cancellariæ deſcripta inter Epiſcopales.

Præter hanc juriſdictionalem qualitatem, ut Scripturę deſumptę ex hujuſmodi Archiviis plenè probent, alia requiruntur ex *Felino in cap. Ad audientiam* 13. *num.* 11.; quod nimirum Archi- 8
vio præſit Officialis publicus: quodque ſcriptura, quæ indè producitur, fuerit ibidem poſita inter 9
authenticas, ut de primo requiſito, præter *Felinum* tradunt *Rota coram Merlin. dict. deciſ.* 264. *numer.* 24. *& ſeq.*, *Adden. ad Burat. dict. deciſ.* 667. *num.* 14., & de ſecundo, quod ſcriptura in illo cuſtodita, ſit ibi repoſita tamquam authentica, & inter authenticas ſcripturas, tradit idem *Adden. ad Burat. dict. deciſ.* 667. *nu.* 18., alioquin enim, ſi ſcriptura eſſet informis, Archivium, utpotè ſupplere minimè valens illius 10
imperfectionem, robur nullum dare eidem poſſet, ut proſequitur *Adden. ad Buratt. loc. mox citat.*, *Mareſcot. variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 81. *num.* 20., dicens, quod = *quando ſcriptura privata non habet requiſita ad faciendam plenam probationem, ex eo ſolo, quod reperitur in Archivio, non efficitur publica, nec plenè probat, ſed remanet privata* = *num.* 21., id probans in teſtamento, cujus *exemplo reperto in Archivio, non debet fides adhiberi, ſi non oſtendatur originale* = *Rota coram Verallo deciſ.* 41. *num.* 2. *&* 3., ubi de exemplo 11
reper-

reperto in Archivio, *coram Coccin. decis.*2342. *num.*49., *& seq.*

Immò verò, ut ex loco, Archivio videlicet, fides concilietur scripturis in eo repertis, non solùm requiritur, quod scriptura in illo inventa, sit inter authenticas repositа: verùm præterea, si in eodem Archivio reperirentur aliæ scripturæ non authenticæ, tunc, nisi aliundè constet, talem scripturam esse authenticam, solus locus, in quo illa custoditur, talem efficere eamdem nequit, *Felin. in dict. cap. ad audientiam nu.* 11., dicens, quod = *si aliquis liber, vel scriptura reperitur in loco, ubi non omnes scripturæ ibi repositæ reperiantur authenticæ, sed aliquæ sunt authenticæ, & aliquæ non: tunc illa mixtura non probat, quod quælibet nuda scriptura, ibi reperta, dicatur authentica &c.* = *Maresc. variar. resolut. lib.*1. *dict. cap.*81. *nu.*22. *& seqq.*, id exemplificans in simili, quod videlicet = *scriptura Notarii carens signo, & subscriptione, non sumit robur ex Filza, in qua adsunt aliquæ scripturæ non authenticæ, nisi concurrant adminicula* = *Rotacor. Martino Andrea decis.* 88. *numer.* 8., cum aliis apud *Sabell. in Summ. tom.*4. *§. Scriptura* 8. *num.* 5.

Accedit his, quod ut Archivium fidem, auctoritatemque in Judicio conciliare possit scripturis, constare debet de repositionis tempore, cum illic potuerint reponi antè motam litem, vel etiam lite pendente, *Trentacinq. var. resolut. volum.*1. *lib.*2. *de fide Instrumentor. resol.*8. *num.* 2. *vers. requiritur ad hoc, Adden. ad Buratt. dict. decis.*667. *num.*19,, *Rot. coram Verallo decis.*41. *num.*1. *part.*1., *coram Coccin. decis.* 2342. *num.*48., *cor. Millin. decis.*34. *num.*4., *in rec. decis.*59. *num.*9. *part.* 11.

Et denique similia Archivia, tametsi publica; nihilominùs tamen minimè probant contrà non subditos, sed probant solùm inter personas, illius Territorio subjectas, *Noguerol. allegat.*36. *num.* 39., *Adden. ad Burat. dict. decis.*667. *nu.* 20., *Rota coram Verall. decis.*42. *part.*1., *coram Cavaler. decis.*351. *num.*2., *coram Coccino dict. decis.*2342. *num.*48., *Rota decis.*640. *num.*5. *part.* 19. *recent.*, *cum aliis apud Sabell. in Summ. tom.* 4. *§. Scriptura* 8. *nu.*5., dummodo tamen non sint celeberrima illa Archivia, in quibus reponuntur, atque asservantur scripturæ pertinentes ad alia loca, ut de Cassinensi Archivio firmavit *Rota coram Merlino dict. decis.*264. *num.*34., *& seqq*, *Adden. ad Burat. dict. decis.* 667. *num.* 22., *& seq.*

Tale autem reputari minimè posse videtur Archivium, de quo agitur, quia Jurisdictionale certè non est, quippè Superior loci, in quo illud asservatur, nullam habet Jurisdictionem, nullumque Territorium, in quo eam exercere valeat; ut etiam institutum minimè est ad publicam aliorum utilitatem, sed in eo asservantur scripturæ, & jura, ad dictum locum pertinentia, ideoque dicti loci privatum Archivium censeri debet, juxta superiùs firmata.

Præterea nesciò, an aliquis specialiter ad hunc effectum deputatus, dicti Archivii claves asservet, & ità per antiquum tempus observari consueverit, ut requirit *Rota coram Merlino dict. decis.* 264. *num.*26., *coram Ottobon. decis.* 245. *num.* 13. *& seq.*; quinimmò, tametsi de hoc constaret; attamen, cum dictum Archivium, ejusque custodia resideat penes Custodem subditum Superiori talis loci, auctoritatem nullam tribuere posset scripturis indè extractis, cum inter substantialia requisita ad effectum, ut jura extracta ex Archivio probent, hoc quoque sit necessarium, quod Custos non sit suspectus, qualis, quum agitur de privato Archivio, reputatur Custos, seù Officialis religiosus ipsius Monasterii, *Rot. decis.*640. *num.*3. *part.*19. *rec.*; ex dicta namque Custodis qualitate nasci posset suspicio fraudis, quod videlicet repositæ in eo essent scripturæ falsæ, ut postea eædem ex auctoritate Archivii sumerent fidem, ut post *Puteum decis.*186. *lib.* 3. *in correct.* loquitur *Rota coram Millin. decis.* 34.; ideoque favore Partis interessatæ, scripturæ extractæ ex simili Archivio, non probant nisi aliundè earumdem veritas comprobetur, *Card. de Luca de Paroch. disc.*12. *nu.*9., *& disc.*32. *nu.*3., ubi scripturam extractam ab Archivio Basilicæ Vaticanæ, ejus favore minimè probare, ait, *& de jurisdict. disc.*12. *num.*9., allegans *dict. decis. Millini, & decis.*59. *num.*18., *& seq. part.*11. *rec.*, *decis.*340. *num.*23. *part.*15., *dict. decis.*640. *num.* 4. *part.*19., *coram Coccino decis.*1867. *num.*72., *& seqq.*; Nec etiam omittendum, quod inter scripturas, quæ in tali Archivio asservantur, adest maxima colluvies scripturarum, quæ certè nec authenticæ sunt, neque, uti tales, in illo repositæ, minimèque constat de tempore earum repositionis; quibus omnibus, ut notatum est, fides adimitur scripturis indè editis, nisi eædem aliis coadjuventur adminiculis.

Et quamvis fortè ab illo, qui talis Archivii dicitur Custos, enuncietur, illud esse publicum; nihilominùs tamen sola hæc dicti Custodis, qualiscumque ille sit, assertio, aliundè non justificata, non sufficiet ad qualitatem publici Archivii probandam, fidemque ex Archivii auctoritate conciliandam scripturis, sed aliundè id probandum erit, *Rota coram Martin. Andr. dec.* 88. *num.*7., *& seq.*, *& post Tamburin. de jur. Abbat. decis.*88., & quidem ex aliis, quàm ex Testibus, seù Personis interesse habentibus, *Rot. cor. Coccino decis.*1867. *nu.*73.

Nec obesse potest, quod ex multiplicitate scripturarum, & qualitate religiosa virorum, ad quos pertinet tale Archivium, suppleri possit defectus, si quis adesset, ut per mox citatam *decisionem coram Otthobon. num.*15., quia hæc suffragari quidem poterunt vel prò removendâ suspicione doli, suppositionis exempli gratiâ, falsarum scripturarum; vel efficere etiam valebunt, quod inter personas, ad quas pertinet tale Archivium, illisque subditæ sunt, scripturæ indè extractæ, recipiant eam dumtaxat auctoritatem, quam Archivium eisdem tribuere valet; at non etiam supplere poterunt illarum intrin-

31 trinſecum, & ſubſtantialem defectum, quod nimirum ex non authenticis efficiantur authenticæ, ut, præter alibi notata, tradunt *Cardin. de Luca de Paroch. diſc. 32. num. 3.*, *& de Judic. diſc. 28. num. 23.*, *Rota in recent. deciſ. 59. num. 18.*, *& ſeq. part. 11.*, *Rota coram Coccin. deciſ. 1867. num. 74.*, ubi, quod auctoritas Archivii
32 numquam dat robur ſcripturis non authenticis, maximè in præjudicium tertii, & non ſubditi,
33 atque in Judicio, & Cauſa expoſcente rigoroſum probationum genus, quale requiritur in Cauſis criminalibus, illud conſtituant.

Agendum modò eſſet de forma, & legalitate extractionis ſcripturarum, de quibus agitur, facta ex dicto Archivio. In hoc articulo inſpicienda erit praxis Sacræ Congregationis, ab eâque nec ad latum unguem recedendum; Alioquin enim, ſi verè ageretur de Archivio publi-
34 co, & jura, atque ſcripturæ ex eo productæ, eſſent extractæ per Archiviſtam publicum, cum ejus ſubſcriptione, & teſtimonio, de jure com-
35 muni plenè probarent, tametſi extractæ ſinè compulſoriâ, & citatione Partis, *Sabell. in Summ. tom. 4. §. Scriptura 8. num. 5.*, *Rota coram Gregor. deciſ. 3. num. 1. & ſeq.*, *ibique Aden. coram Buratto deciſ. 337. num. 29.*, *& deciſ. 856. num. 8.*, *poſt Fondut. de Penſion. deciſ. 11. num. 10.*, *in recent. deciſ. 340. nu. final. part. 15.*,
36 quæ id tradit de ſcripturis extractis ab Archivio Epiſcopi, quia illud eſt publicum.

At alia juris ratio ſequenda videtur in ex
37 tractione ſcripturarum ex Archivio privato, ac particulari, quæ facienda ſemper videtur, prævià compulſoriâ, & citatione Partis, &
38 optimâ quidem ratione, quia, cum nec Archivium publicum tribuat robur ſcripturis informibus, eò quod probabiliter dubitari poſſit, illas fuiſſe ibidem reconditas ab intereſſe habentibus, ratio idcircò nulla habenda erit
39 de juribus, & ſcripturis productis ex Archivio privato, quæ, quando non conſtat de originalibus ad commodum Monaſterii, ſeù Capituli, & his ſimilium, contra tertios, & non ſubditos, probationem non faciunt, tam-
40 etſi afferrentur Teſtes Notarii, deponentes, ſimilibus ſcripturis ſemper in Judicio, & extrà adhibitam fuiſſe fidem, modòque adhiberi; quia tales Teſtium Notariorum depoſitiones, probare quidem poſſent contra ſubditos, at non etiam contra tertium, benè *Rota deciſ. 453. numer. 1.*, *& ſeqq. part. 18.*,
41 potiori autem jure legalis iſta forma extractionis ſervanda videbatur in Cauſa, de qua agitur, tum quia rigidas efflagitat probationes, tum etiam quia ex pluribus ſuſpectæ reddunturſcripturæ, in voluminoſo Proceſſu conſarcinatæ, & quarum originalia minimè afferuntur.

Januen. Succeſſionis.

Primogenituræ, quam Pater Septimiâ uxore ſuâ herede uſufructuariâ relictâ, inſtituit, his verbis = *In quanto poi alla proprietà laſcio mio erede univerſale Filippo mio primogenito, o quello de miei figliuoli, il quale ſarà primogenito dopo la morte della Signora Settimia* = ſuccedit Religioſus Strictioris Obſervantiæ Seraphici Ordinis, poſt obitum Philippi, ſuperſtite eâdem Septimia, ad Epiſcopatum evectus: Uti etiam alteri primogenituræ commoditatis palatii delatæ ad Agnatum, ex facto Supremi Principis jam anteâ ſuccedendi incapacem effectum, præſertim, ſi is fuerit ex lineâ minùs à Teſtatore dilectâ: Succedit pariter Feudo, non requirenti perſonale ſervitium, & ad fœminas tranſitorio. Legatum ſub hac conditione filio relictum = *in caſo, che eſſo ſi riſolveſſe attendere alla Chieſa* =, ipſe, poſt Religioſam profeſſionem, ad Epiſcopatum aſſumptus, petere poteſt.

VOTUM XVII.

1 *Religioſus ſtrictioris Obſervantiæ ad Epiſcopatum aſſumptus, recuperat omnia ſuccedendi jura ſive ab inteſtato, ſive ex teſtamento*, & num. 5.
2 *Ad primogenituram inſtitutam* = à favore di quello, il quale ſarà primogenito dopo la morte di R. = *vocatur frater major natu, eo tempore ſuperſtes.*
3 *Habens qualitates ab homine, & à jure requiſitas, aliis omnibus præferri debet.*
4 *Seraphicus Strictioris Obſervantiæ Ordo in communi, & in particulari rem aliquam poſſidere prohibetur.*
6 *Monachus effectus Epiſcopus, paternam ſibi hereditatem vindicare poteſt.*
7 *Eccleſia dominium adquirit rerum, quarum Religioſus Franciſcanus, ad Epiſcopatum aſſumptus, recuperat.*
8 *Adminiſtrationem tamen earum rerum ille retinet.*
9 *Religioſus eſſe non deſinit, qui ad Epiſcopatum aſſumitur, ac pleriſque regulis Ordinis, & voto paupertatis adhuc obſtringitur.*
10 *Religioſus effectus Epiſcopus proprietatem rerum Eccleſiæ ſuæ adquirit, uſum verò, & commoditatem ſibi retinet.*
11 *Per profeſſionem in Religione incapaci non extinguitur, ſed conſopitur jus ſuccedendi.*
12 *Religioſus Epiſcopus, æquè ac Prælati Seculares, liberè de rebus adquiſitis inter vivos diſponere poteſt.*
13 *Religioſus effectus Epiſcopus, capax fit adquirendi Bona dumtaxat, quæ poſteà obvenerunt*, & num. 59.
14 *Religioſum Epiſcopum, factâ etiam ab eo renunciatione, recuperare jus ſuccedendi, quod, ipſo in Religione incapaci commoran-*

te

te aliis intereâ quæsitum fuit, defendi potest.

15 *Hereditas Patris instituentis heredem* = Filippo mio primogenito, o quello de miei figliuoli, il quale sarà primogenito dopo la morte della Signora Settimia =, *ipsâ adhuc vivente, delata dici non potest.*

16 *Mater heres usufructuaria instituta, censetur rogata post mortem suam aliis hereditatem restituere.*

17 *Heredis primogeniti, post obitum Matris usufructuariæ, successuri, institutio conditionem habet*: si Matri supervixerit.

18 *Heres institutus in usufructu, alio post illius mortem in proprietate instituto, an interim dicatur heres universalis gravatus alteri restituere, ardua est quæstio.*

19 *Hanc tamen esse voluntatis quæstionem, ex conjecturis definiendam, omnes tradunt.*

20 *Heredem institutam in usufructu, pro herede universali habendam esse, suadet indefinita vocatio ejus, qui post illius mortem erit primogenitus.*

21 *Vocato eo, qui erit primogenitus post obitum Matris, succedere potest filius, tempore conditi testamenti, & mortis Patris nondum conceptus.*

22 *Testator pro parte testatus, & pro parte intestatus decessisse, non præsumitur.*

23 *Substitutio disjunctiva Petri, aut illius, qui tempore obitus usufructuarii futurus esset primogenitus, tacitam habet conditionem: si usufructuariæ superstes fuerit.*

24 *Conditio institutioni adjecta, impedit, ne proprietas heredi ab initio adquiratur.*

25 *Verba* = heredem instituo = *directa sunt.*

26 *Directa verba operantur, ut Testator censeatur ipse facere, non mandare, ut alius faciat.*

27 *Et ut is, qui accipit, ab ipso Testatore, non de manu alterius accipere dicatur.*

28 *Heres usufructuaria honorata per verba* = heredem instituo =, *ab initio etiam in proprietate instituta censetur.*

29 *Legatarius non propriâ authoritate, sed de manu heredis capere debet.*

30 *Usufructuarius per verba* = heredem instituo = *etiam in proprietate ab initio institutus censetur, sive coheres datus post illius mortem, sit extraneus, sive filius*, & num. 39.

31 *Verba* = in quanto poi alla proprietà dopo la morte di Settimia lascio mio erede &c. = *sunt obliqua.*

32 *Et innuunt, Septimiam institutam etiam fuisse in proprietate cum onere restituendi.*

33 *Discretivus modus vocandi heredem usufructuariam verbis directis, coheredem verò obliquis ostendit, illam ab initio etiam in proproprietate institutam fuisse.*

34 *Præsertim, si discretivus iste modus fuerit geminatus.*

35 *Verba* = restino poi eredi = *sunt obliqua.*

36 *Geminatio magis perspicuam facit Testatoris volantatem.*

37 *Dictio* = poi = *designat ordinem successivum, & modum succedendi per fideicommissum.*

38 *In codicillis primogenituræ substantia mutari nequit, si Primogenitus in testamento institutus est heres proprietarius.*

40 *Institutio in usufructu* = durante ejus vitâ naturali = *importat etiam institutionem in proprietate.*

41 *Ususfructus restrictio ad vitam naturalem usufructuarii superflua esset, si Testator de usufructu formali intellexisset.*

42 *Ususfructus suâptè naturâ morte finitur.*

43 *Institutum aliquem fuisse vitâ durante, & gravatum restituere post mortem, in idem recidunt.*

44 *Ex restituendi onere institutio etiam in proprietate infertur.*

45 *Voluntatis conjecturæ non singillatim, sed conjunctim expendendæ sunt.*

46 *Ad primogenituram vocato eo, qui tempore obitus Matris erit primogenitus, admittendus est Religiosus, effectus eo tempore primogenitus, postquam ad Episcopatum evectus est.*

47 *Capacitas personæ vocatæ sufficit, ut adsit tunc, cum dispositio effectum suum sortiri debet.*

48 *Primogenituræ successio stare potest in suspenso, vel alteri deferri revocabiliter, & per speciem administrationis*, & numer. 70., & 83.

49 *Heres, & Legatarius nemo simul esse potest.*

50 *Legata relicta* = in caso, che si risolvesse attendere alla Chiesa =, *sub conditione relicta dicuntur.*

51 *Et debentur Legatario Religioso Franciscano, ad Episcopatum evecto*, ibid.
In Episcopali munere impensiùs, quàm in alio quoquis gradu Ecclesiæ servitur.

52 *Capacitas existentis conditionis tempore sufficit in iis, quæ sub conditione relinquuntur.*

53 *Conditio tempus successivum, & indeterminatum respicit.*

54 *Conditio* = caso si risolvesse attendere alla Chiesa = *non respicit unum magis, quàm aliud tempus.*

55 *Et hæc conditio, utpotè temporis indeterminati, quandocumque impleri potest.*

56 *Conditionem implere donec in Legatarii arbitrio est, Legatum in suspenso esse dicitur.*

57 *Legatum* = caso si risolvesse attendere alla Chiesa = *non efficitur caducum per professionem Religiosam, sed debetur, eo posteà ad Episcopatum evecto.*

58 *Legatum, donec impleri non potest conditio, peti nequit.*

60 *Primogenitura commoditatis, & usus palatii, eo, qui ultimus possessor erat, incapaci effecto, ad Religiosum Episcopum, tamquam proximiorem, defertur.*

61 *Principis factum semper justum præsumitur.*

62 *Primogenitura ad proximiorem ultimo possessori defertur.*

63 *Vocatus post extinctam lineam prædilectam, dicitur vocatus sub conditione: si linea illa non existat.*

64 *Conditio non existentis lineæ, tractum habet successivum, nec sufficit, quod semel defuerit.*

65 *Vtque purificata dici queat, requiritur, neminem ampliùs de eadem lineâ adesse posse.*

66 *Conditio non existentis lineæ nondum existit, superstite adhuc Religioso ejus lineæ, licèt successionis incapaci.*

67 *Substitutus ut excludatur, attenditur solum factum, an aliquis supersit ex lineâ prædilectâ, non verò, an ille capax sit succedendi.*

68 *Aliquem incapacem esse succedendi, & tamen conditionis, alterius vocationi adjectæ, eventum impedire, inconveniens non est.*

69 *Conditionis, alterius vocationi adpositæ, eventum impedit naturalis existentia personæ, licèt ex legis dispositione, succedendi incapacis.*

71 *Dispositionis substantia in actibus morientium suspensionem omnem reijcit.*

72 *Sed respectu succedentium in suspenso esse potest.*

73 *Religiosus potest fieri capax succedendi æquè, ac filius nasciturus ex lineâ prædilectâ.*

74 *Primogenituræ debet succedere, qui primævæ capacitati succedendi restituitur.*

75 *Causa, quæ ab initio impediret actum, si ex post facto superveniat, impedit ejus effectum.*

76 *Capacitas succedendi, quæ ab initio excluſiſſet Consanguineos, si posteà superveniat, eos excludere debet à retentione.*

77 *Mors civilis inducta ex professione in Religione incapaci, æquiparatur morti naturali.*

78 *Et efficit, ut successio statim devoluatur ad sequentes in gradu.*

79 *Mortis civilis ex professione Religiosâ, cum morte naturali æquiparatio locum non habet, nisi in casibus à jure expressis.*

80 *Mors civilis, ex Religiosâ professione inductâ, non æquiparatur morti naturali quoad ademptionem jurium legitimæ successionis.*

81 *Sed expectanda est mors naturalis.*

82 *Religiosi morte naturali non secutâ, jus successionis proximioribus quæsitum, revocabile est, & pendens à futuro eventu.*

84 *Primogenituræ jura alteri delata recuperat Religiosus strictioris observantiæ, effectus Episcopus.*

85 *Præsertim, si alter, cui delata erant, sit ex lineâ minùs dilectâ.*

86 *Primogenitura, etiamsi irrevocabilitèr quæsita esset remotiori, eo mortuo, redire deberet ad Religiosum proximiorem, effectum Episcopum.*

87 *In primogenituræ successione præferri ceteris debet, qui est de lineâ prædilectâ.*

88 *Episcopus Regularis æquiparatur Monacho professo in Religione capaci.*

89 *Nec juxtà Italiæ mores à fideicommissis, & primogenituris repellitur.*

90 *Etiamsi illæ institutæ fuerint in agnationis favorem.*

91 *Episcopus Regularis, & Monachus professus in Religione capaci retinent jura sanguinis, & agnationis.*

92 *Episcopus Regularis, & Monachus professus in Religione capaci, non excluduntur à fideicommissis, & primogenituris, etiamsi adsit strictissima alienationis prohibitio.*

93 *Episcopus Regularis succedit in Feudo, non requirente personale servitium, & ad fœminas quoque transitorio.*

94 *Sed, si feudum alteri devolutum jam fuerit, expectare debet novum successionis casum.*

95 *Feudo succedendi capacitas superveniens suffragari nequit, post jus alteri ex investiturâ quæsitum.*

PEr assumptionem ad Episcopatum Adjacensem, sublatâ incapacitate succedendi, & quamcumque, sive legitimam, sive testamentariam hereditatem, Relictumve capiendi, quam Rmus Jacobus Spinola contraxerat ob arctissimum paupertatis votum emissum in Seraphico strictioris Observantiæ Ordine, idem, modò restitutus suis primævis Juribus, antequam ea persequi, atque in Judicium deducere incipiat, nonnulla examinanda proponit Dubia, quorum primo quæritur.

An recuperaverit Jus succedendi in hereditate paternâ, ex primogenitură à Julio Patre institutâ, ob mortem Philippi, qui tempore obitus Patris erat Primogenitus?

Secundò, an saltèm petere possit Legata quædam, ipsi à Patre relicta?

Tertiò, an succedere queat in primogenitură, seù usufructu palatii, ab Angelo relicto Primogenitis, suæ familiæ, in quo usufructu, mortuo Philippo, successit Franciscus Maria ipsius Patruus?

Quartò, an saltèm dictam successionem recuperare valeat, quatenus dictus Franciscus Maria moriatur sinè filiis, quibus caret, vel potiùs ei succedere debeat Gerardus ejus frater?

Quintò, an Rmus Episcopus succedere valeat in medietate Feudi Arquatæ, à Julio ejus Patre possessâ, quæ paritèr propter ipsius incapacitatem de tempore obitus Philippi delata fuit ad ipsius Patruum?

Plures magni nominis Jurisperiti super his omnibus consulti in contraria vota abierunt, ideòque ad me transmissa fuerunt eorum elaborata Responsa, ut, re diligentèr examinatâ, meum qualecumque Judicium proferrem, sententiamque pro veritate dicerem; Sedulo itaque studio, perpensis iis, quæ doctè, & copiosè ab eximiæ doctrinæ Viris deducta fuerunt, licèt propositæ quæstiones difficultate carere, & dubitatione vacare minimè videantur; nihilominùs potiora esse

esse crederem Jura Reverendissimi Episcopi.

Enim verò, quantum attinet ad primogenituram, à Julio Patre institutam, de qua in primo Dubio, ille eam constituit *a'favore di quello, il quale*
2 *sarà Primogenito, dopo la morte di Settimia*; quamobrem, cum Reverendissimus Episcopus ob mortem Philippi effectus fuerit Primogenitus, *Mierez. de major at. part.2. quæst.4. illat.3. n.12., Castill. lib. 1. cap. 93. §.1. num.47., Valenzuel. cons.96. nu.19., Rocc. select. disput. cap.3. n.8.,& 9., Rot. cor. Bich. decis. 602. num. 20. & seqq., in Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis 25. Februarii 1697. §. Cui coram Muto inter impress. post Card. de Luc. ad materiam fideicom. decis.111.*, habeatque omnes qualitates,
3 à Testatore requisitas, tùm ex voluntate hominis, tùm ex Juris communis dispositione aliis omibus præferri debet, *Actolin. resol.81. num.2., Rodulph. alleg.33. num.5., Mierez. de major at. part.2. quæst.4. illat.3. num.1., Torr. de primog. tom.1. cap.1. §.5. num.29. & per tot., Rot. decis. 602. num.3. cor. Dunoz. jun. decis.96. nu.14., & 15. coram Cerro, decis.254. num.2. coram Otthobon.*

Absque eò quod illi obesse possit incapacitas
4 Religionis, quam anteà professus fuerat, & qua nedum in particulari verùm etiam, & in communi rem aliquam possidere prohibetur, *ad text. in Clem. exivi de verb. signif. cap. nimis prava 17. de excess. Prælat., & ibi Fagnan. num.12., Bald. in auth. ingressi num.44. C. de Sacrosanct. Eccles., Molin. de just., & jur. tom.1. disput.6. vers. quid sit usus, Mart. de succes. legal. part.3. quæst.13. art.1. num.9., Card. de Luca de just, & jur. disput.2. sect.3. nu.55., Capon. discept.338. num.32., Cost. de re integr. dist.13. num.2., Honded. cons.62. num.18., Cresp. observ.35. nu.18., Scopp. ad Cod. Fabrian. lib.1. tit.3. explan.31. num.4.*; Tota siquidem here-
5 ditates acquirendi, Bonaque possidendi facultas, quæ ratione professionis illi adhuc Religioso denegabatur modò effecto Episcopo restituta reperitur, & jus omne succedendi, quod interim consopitum remanebat, revixisse dicitur, primævo libertatis, atque capacitatis statu recuperato, *text. est in Can. statutum 18. quæst.1.*, ibi = *sta-*
6 *tutum est, & rationabiliter secundùm Sanctos Patres à Synodo confirmatum, ut Monachus, quem Canonica electio à Jugo Monasticæ professionis absolvit, & Sacra Ordinatio de Monacho Episcopum facit; velut legitimus heres, paternam sibi hereditatem postea sibi vindicandi potestatem habeat* =, & tradunt *Barbos. ibid. num.12., & 15., Fagnan. in cap. in præsentia 8. num.70. de probat., Passerin. de stat. homin. quæst.185. num.198., Squillant. de privileg. Episcop. part.1. cap.38. n.38.*, & in specialibus terminis Episcopi addicti Religioni Minorum de Observantia, firmant, *Barbos. de jur. Eccles. univers. lib.1. cap.8. n.137. & de potest. Episc. alleg.114. num.29., Molin. de just., & jur. tom.2. disput.140. vers. fin., Lucarin. de Episc. Regul. cap.2. num.208.*, ibi = *Fran-*
7 *ciscanus factus Episcopus ratione suæ Ecclesiæ capax evadit, & illud jus, quod erat extinctum, reviviscit in suæ Ecclesiæ commodùm, quæ habet dominium rei acquisitæ, ipse verò administrationem*=, 8
Fagundez. in 7. præcepto Decalog. lib.7. cap.8. vers. tota dubitatio, Sylv. verb. Religio 4. quæst.10., Less. de just., & jur. lib.2. cap.40. num.143., Natt. cons.180. num.5., Portius cons.23. num.28., Rot. decis.115. n.22. part.4. tom.2. rec., & decis.643. num.17. coram Buratto.

Prout etiam minùs officit, quod Episcopus Regularis non definit esse Religiosus, ac plerisque re- 9
gulis Ordinis, præsertim autem voto paupertatis adstrictus remaneat, *Suarez. de Relig. lib.4. tit. 8. num.6., Sanchez. in Decalog. lib.6. cap.6. num.8. Card. de Luc. resp. moral. lib.5. dub.12. nu.13., Arpret. ad Clar. in §. Testamentum quæst.8. n.17., Fagnan. in cap., quæ in Ecclesiarum num.86., & seqq. de constit., Arauz. de Eccles. stat. tract.3. quæst.29. num.9.*, quamvis enim non desint alii, & quidem magni nominis Auctores, qui contrarium sentiant, teste *Lucarin. de Episc. Regul. cap. 2. art.3. num.201., Dian. Ordin. tom.3. tract.2. resol.66., Soto de justit., & jur. lib.6. quæst.4. art.2. in fin., Pasqualig. decis.257., Sarmient. de reddit. Eccles. part.1. num.10., Tamburrin. de jur Abb. tom.3. disput.3. quæst.5. num.5.*, Respondetur, votum paupertatis sufficienter salvari 10
per hoc, quod Episcopus non proprietatem, quam Ecclesiæ suæ acquirit, sed usum tantùm, & commoditatem sibi retineat, *Torr. de pact. futur. succes. lib.2. cap.25. num.67., Barbos. de jur. Eccles. univ. lib.1. cap.42. num.145., Purpurat. cons.303., Pacian. cons.132., Rebuff. cons.14., Riminald. jun. cons.342. nu.35. vol.3., Cost. de re integr. distin.13. num.4., Sanchez. in Decalog. lib.7. cap.32. nu.26.*, ibi = *Profes-*
sione in Religione incapaci non omninò, & irrevoca- 11
biliter extinguitur jus succedendi, sed consopitur, & suspenditur, & quamvis factus Episcopus, non omninò à voto paupertatis eximatur; At non tantum arctè eo ligatur, sed recuperat jus succedendi, priori professione consopitum=idem quoque firmat *Silvester. verb. Religio 4. quæst.10., Cald. de nominat. emphyt. quæst.12. num.62., Less. de just., & jur. lib.2. cap.41. dub.11. nu.88., Cutell. de donat. disc.2. part.3. num.136., Hostien. in cap.1. num.5. de testam., Barbos. tom.2. vot. decis.101. nu.7., & 14.*, ibi = *verior, receptior-*
que sententia est, quod Religiosus factus Episcopus 12
ex vi tituli Episcopatus recuperet jus succedendi, possitque in vita liberè disponere in omnem usum non prohibitum tàm amplè, quàm Prælatus secularis &c. =

Verùmtamen negotium facessere videtur distinctio illa, quà traditur, capacitatem respicere solùm Bona, quæ Reverendissimo Episcopo ob- 13
venerunt post adeptum Episcopatum, haud verò retrotrahi, vel extendi ad Bona delata tempore, quo ipse adhuc Religiosus existens in arctissima paupertate, Christo pauper famulabatur, &, quæ proinde, stante ejus incapacitate, aliis sequentibus in gradu quæsita fuerunt, ut tradiderunt *Barbos. de jur. Eccles. univers. lib. 1. cap.42. num.142., Felin. in cap. in præsentia 8. num.50. de probat., Ventrigl. prax. rer. notab.*

annot.36. §.1., Bottiglier. de succeſſ. theorem.73. num.9., Fajar. alleg. jur. quæſt. de Epiſc. regular. num.98., & 103., cum aliis plenè cumulatis *in elaborato reſponſ. d. Lucæ Andreæ Pizzumi §. Quia reſpondetur.*

Nam, licèt hæc diſtinctio, plurium Doctorum ſuffragiis munita eſſe videatur, nihilominùs eam non agnoſcunt *Paſchal. de patr. poteſt. part.1. cap.3. num.98., Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt.263., Alphonſ. de Leone de offic., & poteſt. confeſſ. reſol.11. n.118., Laurent. de Franch. contr. inter Epiſc., & Regul. quæſt.118., & ibi Paſqualig. de Marin. reſol. jur. lib.2. cap.46. num.17., Molpheſ. conſ.1. tom.1. ad conſuetud. Neapol., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. cap.25. num.48. lib.2., Carol. Marant. contr. jur. part.3. reſp.55. per tot.*, qui omnes nedum in præciſis, ſed
14 etiam fortioribus terminis (concurrente ſcilicet renunciatione à Religioſo factâ) indiſtinctè tenent, Regulares ad Epiſcopatum evectos, recuperare jus ſuccedendi etiam in Bonis, & juribus, quæ ipſis in Religione incapaci commorantibus intermedio tempore aliis quæſita fuerunt, pluribuſque efficaciſſimis argumentis, atque rationibus contrariam ſententiam non eſſe recipiendam, ſuſtinere poſſemus.

Verùm, cum in hoc primo Dubio facilior nobis pateat evadendi via, eam ſequemur, juſtâ enim ratione affirmare poſſumus, primogenituram, de qua agitur, Reverendiſsimo Epiſcopo delatam fuiſſe, poſtquam ipſe reſolutis Religionis vinculis, ad Epiſcopalem dignitatem pervenerat, Julius enim Septimiam Uxorem ſuam heredem uſufructuariam inſtituerat, de proprietate ità diſponendo = *In quanto poi alla proprietà laſcio mio erede univerſale Filippo mio Primogenito, ò quello de' miei figliuoli il quale ſarà primogenito do-*
15 *po la morte della Signora Settimia* =, Quapropter per obitum Philippi, vivente adhuc Matre, delata dici non potuit proximioribus in gradu hereditas Patris, quam vel ipſe nondum acquiſiverat, *l. quamdiù inſtitutus 68. ff. de acquir., vel amitten. hered., l. cum in Teſtam. ff. de hered. inſtit. Aretin. in l. filius à Patre nm.3. ff. de liber., & poſth., Peregr. conſ.55. num.4. lib.5., Rot. cor. Cer-*
16 *ro dec.805. num.1.*, ſed illa erat in Matris dominio, quæ cum moreretur, aliis reſtituere, rogata cenſebatur, *Bald. in l. id quod pauperibus 27. C. de Epiſc., & Cleric., Menoch. de præſumpt. lib.4. præſum.141. num.26., & 28., Fuſar. conſ. 195. num.7., & ſeqq., Andreol. contr.21. num.1., & contr.22. num.6., Salgad. in labyrin. Cred. par. 1. cap.2. §. unic. num.13., & ſeqq., Rot. dec.56. num.1. part.4. tom.2. recen.*, ac per conſequens
17 Inſtitutio Philippi, aut alterius Primogeniti poſt obitum Septimiæ ſucceſſuri, ſub ea conditione concepta dicebatur, videlicèt ſi Septimiæ ſupervixiſſet, *Fuſar. conſ 199. num.10.*

Quamquam verò me non lateat, arduam eſſe, & inter Doctores ſummoperè agitatam quæſtio-
18 nem illam, quâ diſceptatur, an heres inſtitutus in uſufructu omnium Bonorum, alio poſt illius mortem inſtituto in proprietate, detracta uſusfructus, temporiſque mentione, interim dicatur heres univerſalis gravatus alteri reſtituere, vel potiùs Legatarii loco habeatur, inſtitutus verò poſt mortem uſufructuarii, cenſeatur purè, & liberè uſque ab initio heres in proprietate, ut conſtat ex plenè pro utraque ſententiâ deductis apud *Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.30. num.8., & ſeqq.*, veriorem tenens ſecundam opinionem, nihilominùs DD. omnes conveniunt, quod quæ- 19
ſtio iſta ſit voluntatis, omnemque determinationem recipiat à conjecturis, illæque in conflictu prævaleant, quæ meliùs patefaciant voluntatem Teſtatoris, *Cardin. de Luc. de fideicomm. diſc.107. num.10., & de uſufructu diſc.56. num. 14., Bellon. de Jur. accreſc. cap.7. quæſt.16. numer.376., Simon de Præt. de interpret. ult. vol. lib.3. dub.1. fol.1. num.7. in fin.; Mantic. de conject. lib.9. tit.5. num.8., Torr. de Primog. par.2. quæſt. 18. ſub num.6., Manſ. conſult. lib.3. num.3., Sperell. dec.145. num.38., Rot. dec.663. num.1. par.2., & dec.22. num.37., & 38. par.6. recen.*

In noſtra verò hypotheſi plures pon deficiunt, & quidem graves conjecturæ evincentes, Septimiam, licèt verbis inſtitutam heredem univerſalem in ſolo uſufructu, re tamen pro herede etiam in proprietate habendam fuiſſe. Primo autem loco ſeſe offert illa præcipuè conſi- 20
derata in Reſponſis editis pro Reverendiſsimo Epiſcopo, reſultans ex ipsâ vocatione Primogeniti, quæ non ſolùm facta legitur poſt mortem Septimiæ, verùm præterea non reſpicit certam, aut determinatam perſonam, ſed indeterminatè dirigitur ad Philippum, = *o quello de' miei figli, il quale ſarà Primogenito dopo la morte della Signora Settimia* =, Hæc autem diſpoſitio neceſſariò ſecumfert inſtitutionem Septimiæ etiam in proprietate, tùm quia hujus vocationis vigore cum ſuccedere poſſet is etiam, 21
qui tempore conditi teſtamenti, & mortis Teſtatoris non eſſet adhuc conceptus, qualis fuiſſet filius Primogenitus, qui Philippo prædefuncto ſuperſtes fuiſſet, dicendum idcircò eſt, nullum interim certum Primogenitum inſtitutum fuiſſe, ne autem contra regulam, de qua in *l. Jus noſtrum ff. de regul. Jur.*, Teſtator pro parte te- 22
ſtatus, & pro parte inteſtatus deceſiſſe cenſeatur, ſequitur, eumdem ſejungere noluiſſe inſtitutionem in uſufructu ab inſtitutione in proprietate, plenè *Ruin. conſ. 36. num.5., & ſeqq. lib.3, Bellon. de Jur. accreſc. cap.7. quæſt.10. num.20., Torr. de Major., & Primog. Ital. quæſt. 18. num.11., Rot. coram Cavaler. deciſ.310. numer.2.*, Tum etiam quia disjunctiva ſubſtitutio 23
Philippi, aut illius, qui tempore obitus Septimiæ futurus eſſet Primogenitus, neceſſariò adjicit vocationi Philippi conditionem ſi ſuperviueret heredi uſufructuariæ, quæ efficit, ut illi 24
proprietas purè ab initio quæſita dici nequeat, *Fuſar. conſ.199. num.10., Rot. apud Urceol. conſult.82. num.50., & ſeqq.*

Huic conjecturæ accedunt aliæ deſumptæ tum ex figurâ verborum, quibus inſtitutio Septimiæ, & inſtitutio Primogeniti concepta eſt, tum etiam ex tempore, ad quod dicta ſubſtitutio refertur; Septimia ſiquidem vocatur ad heredita- 25
tem

tem verbis illis = *heredem instituo*, = quæ directa esse, docet *Bartol. in l. Centurio num.38. vers. nam cum ff. de vulg.,& pupill., Jason. ibidem nu. 62., Menoch. de præsum. lib.4. quæst.54. nu.2., Peregr. de fideic. art.34. num.49., Cyriac. contr. 44. num.16.,Intrigliol. de subst. cent.3. quæst.11. num.1., Barrii de success. lib.2. tit.1. num.4., Rosa consult.34. num.14., Rot. decis.649. nu.4. part.4. tom.3. rec., decis.242. num.8. part.17., decis.349. num.4. part.19.* ; Directa autem verba operantur, ut Testator per illa censeatur ipse facere, & non mandare, ut alius faciat, ideoque, is, qui accipit, immediatè, & ab ipso Testatore,propriàque auctoritate,& non de manu alterius accipere dicitur, d.*Jason.in leg.Centurio n.5. ff. de vulg., & pupill., Gemin. in cap. si Pater num.15., & 16. de testibus in 6., Odd. de substit. part.4. in princ., Barrii de success. lib.3. tit.1. num.2., Gobb. consult. decis.150.num.26., Rosa consult.34. num.14.*, ac per consequens ex hoc honorandi modo,Septimiam ab initio etiam in proprietate heredem institutam censeri, docuerunt *Capr. cons.66. num.21., Eugen. cons.10. num.28., & cons.25. num.35. lib.2., Simon. de de Præt. de interpr.ult.vol. lib.3. dubit.1. solut.1. num.8., & 9., Capic. latr. consult..112. nu.4., Mantic. de conject. lib.4. tit.5. art.12. num.1., Bellon. de jur. accresc. cap.7. quæst.12. num.51., & 54., Baitell. decis. ultim. vol. decis.91. nu.23., Rot. decis.150. num.8., & 9. part.18. recent.* ; Nam, si illa pro Legataria tantùm habenda fuisset,jam non proprià authoritate usumfructum capere, sed illum de manu heredis accipere debuisset, *Rovit. cons.46., & cons.47., Castill. lib.1. cap.6. num.26., Palm. alleg.388. num.23., Thesaur. decis.58. num.3.*, & hæc procedere, sivè coheres datus post mortem, sit extraneus, sivè filius, firmavit *Capra loco citato, Altograd. cons.91. num.65. lib.1.*, contra verò Primogeniti vocatio ad proprietatem Bonorum concepta legitur verbis illis = *in quanto poi alla proprietà dopo la morte di Settimia, lasciò mio erede &c.*, = quæ cum sint obliqua, *l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legat.2., & leg.final. C. de verb., & rer.signif., Peregr. de fideicomm. art.18. nu.14., Fontanell. decis.37. num.8., Rot. decis.31. nu.2. part.9. recent.*, apertè nobis innuunt, Septimiam universaliter institutam in usufructu omnium Bonorum, in proprietate etiam cum onere restituendi vocatam fuisse, *Menoch. cons.637. nu.2., Decian. cons.29. num.66. lib.3., Simon. de Præt. de interpr. ult. vol. lib.3. interp.1. dubit.1. sol.1. num.19., Barrii de success. lib.2. tit.1. sub n.10., Bellon. de jur. accresc. cap.7. quæst.16. num.441., Mantic. de conject. lib.3. cap.5. art.17. num.1., Mart. Medic. decis.5. nu.3.*, apud quos alii ; Iste enim discretivus modus loquendi, & vocandi heredem usufructuariam verbis directis, coheredem verò obliquis, aliò referri nequit, quàm ad primi institutionem etiam in proprietate, ut tradiderunt *Decian. cons.129. num.66. lib.3., Menoch. cons.637. num.2., Mantic. de conject. d. art.17., Mart. Medic. loco cit., Gobb. consult. decis.150. num.10.,Rot. Januen. d. decis.* 21. *num.7.*, & 10., id procedere firmantes, tametsi usufructus relictus fuisset Legati nomine.

Quæ discretiva fortiùs urget in nostro casu, quia geminata legitur ; Nam Testator in codicillis iterum adhibuit verba illa obliqua = *restino poi eredi* =, ideoque sive spectetur magis determinata Testatoris voluntas oriens ex hujusmodi geminatione, sivè etiam expendamus dictionem illam *poi*, quæ, utpotè importans ordinem successivum, designat modum succedendi per fideicommissum, sivè demum animadvertamus, hæc contineri in codicillis, in quibus præterea Testator immutaverat substantiam primogenituræ, quod fieri nequivisset, si Primogenitus in testamento fuisset institutus heres proprietarius ; His omnibus procul dubio evincitur,Septimiam, licèt in testamento institutam in usufructu, ex mente tamen Legis, atque ex hominis voluntate ad proprietatem etiam vocatam fuisse, ut benè hæc omnia perpendendo in suo elaborato Responso, firmat *D. meus Advocatus Bottinus*, ubi nedum occurrit objecto, quod agatur de substitutione filiorum, quibus Legitima debebatur, verùm etiam ex hoc elicit conjecturas, assumptum nostrum benè confirmantes, quæ cum luculenter, & more suo doctè ab eodem enucleata fuerint, omittimus illa iterum exscribere.

Additur his, Testatorem usumfructum relictum uxori, restrinxisse,*durante ejus vitâ naturali*, quam restrictionem importare, quod institutio in proprietate etiam facta censeatur, tradiderunt *Eugen. d. cons.25. num.37., Rub. in singular. tom.2. part.2. verb. ususfruct. §.2., Urceol. consult.38. n.20., Rot. decis.150. n.9. part.18.* ; Et duplici id probatur ratione, quarum prima desumitur ex eo quod restrictio illa superflua ceteroquin fuisset, si Testator egisset de usufructu formali,quem suâpte naturâ morte usufructuarii finiri, disponitur in *§.Finitur instit. de usufruct., Bartol.in leg.Gallus §.Etiamsi num.7. ff. de liber. & posth., Peregr. de fideicomm. art.53. num.63., Mantic. de conject. lib.8. tit.14. num.21., Rot. decis.205. num.25., & decis.260. n.16. part.14., decis.150. num.9. part.18.* ; Altera verò est, quod aliquem institutum fuisse vitâ durante, & gravatum restituere post mortem, in idem recidant, *Peregr. cons.62. num.5. lib.2.* ; Ex onere autem restituendi inferri institutionem etiam in proprietate,probatur argumento ducto *à text.in l. species ff.de aur.,& argent.legat., L.fin.ff.de usufruct.ear.rer.,quę usu consumuntur,Peregr.d.cons. 62.n.21., Eugen.cons.25.n.39.lib.1.,Andreol.contr. 121.n.3., Castill.de usufruct.cap.30.n.20.,Torr.de primog. Ital. part.2. quæst.18. num.2.*

Has verò posteriores conjecturas probatas apud citatos Auctores, licèt ab aliis reprobari, non negemus, nihilominùs, cum in nostra facti specie concurrat validissima illa conjectura, primo loco relata, illius efficaciâ coadjuvari videntur reliquæ conjecturæ, quæ, juxta regulam, in quacumque materia conjecturali firmiter receptam, non singillatim, sed conjunctim expendendæ sunt, ut ex eisdem simul unitis eliciatur vera Testatoris voluntas.

Ex

Ex his itaque omnibus satis probatum videri posset, Septimiam, quamvis verbis honoratam in solo usufructu, tamen ex mente juris in proprietate etiam institutam censeri; Verumtamen, si per malam hypothesim dicendum esset, Primogenitum ab initio in proprietate heredem directè institutum fuisse; nihilominus dici minimè posset, statim post obitum Philippi Primogeniti delatum fuisse proximioribus in gradu jus aliquod ad controversam hereditatem, seu primogenituram, nec intrarent termini distinctionis inter Bona delata ante, vel post sublatam incapacitatem provenientem ex professione in Religione pœnitus incapaci Bonorum tàm in particulari, quàm in communi, quia, cum Testator
46 ad primogenituram vocaverit illum, qui tempore obitus Septimiæ fuisset Primogenitus, & Reverendissimus Episcopus ob mortem Philippi, talis jam effectus fuisset tempore, quo evenit conditio ejus successionis, admitti proindè debuit ad exclusionem remotioris, utpotè habens qualitates omnes, pro eâ consequendâ à Testatore desideratas, ut probavimus sub initium.

Nec officit præterita incapacitas, vel quia
47 sufficiat capacitas superveniens tempore, quo dispositio effectum suum sortiri debebat, *Barbat. conf.*70. *lib.*3., *Decian. conf.*33. *num.*22. *lib.*1., *Surd. conf.*445. *num.*20., *Molin. de primog. lib.*3. *cap.*2. *num.*17., *Peregr. de fideicom. art.*29. *num.*7., *Gratian. discept.*402. *num.*19., *Mierez. de majorat. part.*2. *quæst.*2. *num.*105., *& seqq.*, *Castropal. oper. moral. part.*3. *tract.*16. *disput.*3. *punct.*17. *num.*11., *Palm. alleg.*143. *num.*16., *Magon. decis. Florent. quæst.*92. *num.* 37., *Fæb. decis.*63. *num.*4. *&* 11., *Mart. vot. Pisan.*102. *sub num.*14., *Rot. decis.* 49. *numer.* 22. *part.* 19., & in terminis Episcopi Franciscani *decis.*643. *nu.*17. *coram Buratt.*, vel etiam quia Reverendissimus Episcopus, remoto professionis obstaculo, posset aliquà ratione fieri capax successionis sive per transitum ad aliam Religionem, sive per assumptionem ad Episcopatum, ut casus præbuit, ex hoc autem sequitur, supervenientem capacitatem illi suffragari posse, cum agatur de
48 primogenitura, cujus naturæ non repugnabat, quod illius successio staret in suspenso, vel alteri deferretur revocabiliter, & per speciem administrationis, *Roman. conf.* 134., *Surd. conf.* 125., *Cyriac. tract.* 205. *num.*88., *Castill. contr. jur. lib.*3. *cap.*91., *Torr. de Primogen. tom.*1. *cap.*25. *n.* 223., *Card. de Luca de Fideicomm. disc.* 7., *& disc.*9., *& disc.*78. *num.*24., *Thesaur. quæst. forens. lib.*3. *quæst.*24. *sub numer.*8. *vers. non obstat*, *Palm. allegat.*22. *num.*11., *Rot. decis.*194. *num.* 4. *part.*14., *& coram Emerix decis.* 902. *num.* 8., *& 9.*

Absoluto primo Dubio, proficiscimur ad secundum, in quo agitur de Legatis, à Julio Patre relictis Reverendissimo Episcopo. De his agere superfluum videri posset, nam, si eidem debetur integra hereditas, & primogenitura, fru-
49 stra quæritur de Legatis, cum nemo heres simul, & Legatarius esse queat, *Berous conf.*36. *num.*12. *lib.*2., *Cardin. de Luca de Fideicommis. disc.*211. *n.*2., *de legat. disc.*62. *n.*3., certiùs, quia istiusmodi Legata eidem relicta fuerunt, quatenus non efficeretur Primogenitus, verumtamen, si fortè contingeret declarari, eum cecidisse à jure primogenituræ, & capacitatem eidem supervenientem ob sublata professionis obstacula, non suffragari quoad primogenituram medio tempore delatam, nihilominus respondendum videretur, deberi dicta Legata, cum enim illa relicta fuerint = *in caso, che esso si risolvesse attendere alla Chiesa è non fusse nell' età di* 25. *anni per qualche accidente divenuto Primogenito* = 50
conditionaliter relicta dicuntur, ut similia verba ponderando, tradunt *Rub. singul. Rotæ Roman. tom.*2. *part.*4. *clausul.*194., *Surd. cons.*268. *num.*8., *Barbos. de clauf. clauf.* 15., *Tondut. resolut.*157. *num.*2., *Rota coram Carillo decis.*183. *num.*16., *& decis.*18. *num.*3. *post Zacch. de obligat. Cameral.*; Ideoque procul dubio debentur, cum purificata fuerit dicta conditio; pinguiùs enim Parentis votum adimpleri non poterat, quàm per filii promotionem ad Dignitatem Episcopalem, omnium maximam, & in qua im- 51
pensiùs, quàm in ullo alio gradu, Ecclesiæ servitur, *cap.*1. *de privileg.*, *cap. penult. de præben.*, *Cassan. in Catalog. glor. mund part.*4. *consideral.*25., *Barbos. de offic.*, *& potest. Episcop. part.*1. *tit.*1. *cap.*2. *num.*4., *& 11.*

Neque hoc casu quærendam est de præterita incapacitate, cum regulare, sit, in omnibus Relictis conditionalibus respici capacitatem solo 52
tempore purificatæ conditionis, juxta auctoritates cumulatas *in §. Nec officit*, quibus addi possunt *Covaruv. in cap.* 1. *sub num.* 20. *vers. ex qua infertur de testament.*, *Oldrad. cons.*168. *num.*2., *Lucarin. de Episcop. Regular. cap.*2. *art.*3. *numer.* 213., *Bottiglier. de succes. theorem.* 73. *num.* 9., *Rot. decis.*10. *sub numer.* 4. *de concess. Præbend. in antiq.*, *decis.* 221. *sub num.*4. *part.*15. *recent.*

Conditio siquidem reguraliter talis est naturæ, ut tempus successivum, & indeterminatum 53
respiciat, *ad text. in leg. in substitutionibus ff. de vulgar.*, *& pupillar.*, *Alex. lib.*3. *conf.*101. *num.* 13., *Paris. conf.* 8. *num.* 43. *lib.*2., *Antonell. de tempor. legal. lib.*4. *cap.*34. *num.*20., maximè in casu nostro, in quo Testator Legata reliquit, = *caso* 54
si risolvesse attendere alla Chiesa, = quæ verba, utpotè indefinitè prolata, non respiciunt magis unum tempus, quàm aliud, *Bartol. in leg. si pluribus num.*6. *vers. quod ff. de legat.*2., *Rot. decis.*409. *num.*17. *part.*9., *decis.*30. *num.*2. *par.*14., *& decis.*103. *num.* 35. *part.*15. *recen.*, eàque propter importare dicuntur conditionem tem- 55
poris indeterminati, quæ quandocumque impleri potuit, *Doctores communitèr in l. conditio ff. de condit.*, *& demonstr.*, *Surd. cons.*72. *numer.*2., *Camarell. de legat. lib.*8. *quæst.*22. *num.* 3., & quandocumque impleta foret, Legatario suffragabatur, *Rot. decis.*43. *num.*3. *part.*14., *decis.*103. *n.*42. *part.*15. *recen.*, Et quidem, sicuti, si Reverendissimus Episcopus longo temporis spatio status electionem suspendisset, nemo in dubium 56
revocare posset, eum consequi potuisse Legata statim,

tim ac, parendò voluntati Testatoris, elegisset
56 statum Ecclesiasticum, quia, donec erat in ejus arbitrio implere conditionem, Legata in suspenso esse dicebantur, *Rota dec.*658. *num.*1., *&* 2. *part.*10., *& decis.* 103. *num.*61. *part.* 15., ità etiam fatendum erit, eodem effecto Religioso,
57 Legata fieri nequivisse caduca, sed omnino deberi cæpisse, superveniente implemento per illius assumptionem ad Episcopatum; Quippe incapacitas inducta a professione in Religione non substulerat spem, quod conditio aliquando purificari posset, ad tradita *per Fusar. quæs.*454. *num.* 59.; Ratio enim illa, quæ operabatur, ut, do-
58 nec impediebatur implementum conditionis, Legata peti non possent, pariter efficiebat, quod per remotionem impedimenti, adveniente purificatione conditionis, eadem deberentur, *Rot. decis.*291. *num.*7. *par.* 21., *& decis.*280. *numer.*8. *part.*12.

Deveniendo ad tertium Dubium, in quo quæritur, an Reverendissimus Episcopus succedere possit in primogenitură, ab Angelo olim ordinată super usufructu palatii, quam, mortuo Philippo, ad se delatam dicit Franciscus Maria, ipsius Patruus, difficilior videtur hujus Dubii resolutio favore Reverendissimi Episcopi, eò quia agi-
59 tur de primogenitură delată tempore, quo ipse restringebatur votis arctissimæ paupertatis, ideòque post quæsitum jus alteri, successivè ad dictam primogenituram vocato, non videtur, ad eam redintegrari posse, juxta distinctionem relatam in *§. Verumtamen negotium facessere*.

Nihilominùs duplici capite sustineri poterit, illum recuperasse jura succedendi etiam in dictă primogenitură, & primò quidem quia eadem consistit in simplici usu, seù fruitione habitationis prohibită quacumque dispositione etiam per viam simplicis locationis dicti palatii, ideòque, cum primogenitură conditor reliquerit Primogenitis simplicem commoditatem, & usum dicti palatii, quam D. Franciscus Maria adhuc consequi non potuit ob impedimentum præstitum à Senatu, qui illum uti contumacem, & exulem à Ditione sereniss imæ Reipublicæ, repulit à dictæ primogenituræ successione, indè
60 consequitur, quod dicti palatii ususfructus, sivè commoditas delata ad Franciscum Mariam tempore, quo ex facto supremi Principis incapax effectus fuerat illam consequendi, debeatur Reverendissimo Episcopo, qui, durante alterius incapacitate, effectus fuit capax, & est proximior ultimo possessori dictæ primogenituræ, qui fuit Philippus ejus frater, *Baldus in l. final. §. Hoc etiam num.*9. *C. de Episcop., & Cleric., Fagnan. in cap. in præsentia num.*76., *&* 77. *de probat., Rodoan. de spol. quæst.*8. *in princip.*, si enim ex fa-
61 cto Principis, quod semper præsumitur justum, *Fagnan. in cap. quæ in Eccles. num.*120., *& seqq., de Constit.*, Franciscus Maria Jùs nullum adi-
62 piscì potuit ad controversam primogenituram, plana est regula, quod illa deferri debeat ad proximiorem ultimo possessori, *Cardin. de Luca de fideicomm. disc.*22. *num.*4., *Rocca disp. Jur. select. cap.*3. *num.*37., *& seqq.*, *Rot. dec.*681. *numer.*2. *part.*2. *recen.*, *& coram Alexandro VIII. dec.*21.

Ex quo promanat alia ratio, ob quam Franciscus M. repellendus est ab illius consecutione; Nàm, cum ipse ad ea vocatus esset post extinctam 63
lineam prædilectam Julii, vocatus dicebatur sub conditione negativâ non existentiæ dictæ lineæ, quæ conditio, utpotè habens tractum successi- 64
vum, non sufficit, quod semel defecerit, *Rot. dec.* 108. *n.*10., *par.*9., sed, ut purificata dici queat, requiritur, rem redigi ad impossibile, adeo ut nemo 65
adesse possit de tali linea, qui alios excludat, *Rot. decis.*23. *num.*6., *&* 19., *& decis.*208. *num.* 10. *part.* 14. *rec.*, quamobrem dicta conditio extinctionis lineæ Julii purificata non dicebatur in casu nostro, in quo aderat Reverendissimus Episcopus, alter illius filius, etiamsi idem succe- 66
dere non posset, *Rota dec.*194. *num.*1., *& seqq., part.*14., siquidem ad effectum excludendi substitutum attenditur solum factum existentiæ ali- 67
cujus superstitis in linea prædilecta, non curată illius habilitate, succedendique capacitate, *Rota decis.*151. *num.*2. *part.*3. *rec.*, *& coram Carillo decis.*266. *num.*20., eò quod non qualitas personæ, sed defectus conditionis substitutum excludere dicatur, & in jure inconveniens non sit, 68
ut quis non valeat succedere, & tamen conditionem deficere faciat, seù impediat ejus purificationem, ut, relatis concordantibus juribus, & auctoritatibus, plenè firmat *Rocca disput. Jur. select. cap.*42. *num.*17., *& seqq.*, quæ quidem procedunt, etiamsi, incapacitas personæ lineæ predilectæ proveniat à Lege, prout in casu nostro Reverendissimus Episcopus incapax erat ratione 69
voti paupertatis, nàm adhuc illius naturalis existentia impediet purificationem conditionis adpositæ alterius vocationi, *Anchar. cons.*396., *Decian. cons.* 31. *num.*16., *&* 21. *lib.*5., *Giovagnon. cons.*89. *lib.*1., *Rot. decis.*151. *num.*2. *par.* 3. *rec.*, *& coram Carillo loco mox citato*, quas secutus fuit *Cardin. de Luca de fideic. disc.*65. *nu.* 7., *&* 8.

Eaque horum omnium reddi potest validissima ratio, quod videlicèt agatur de primogeni- 70
turâ, quæ in suspenso stare poterat, & à futuro pendere eventu, nàm, ut optimè declarat *Bald. in leg. eam quam C. de fideicomm.*, licèt substantia dispositionis in actibus morientium suspen- 71
sionem omnem reijciat, attamen potentia passiva, hoc est respectu succedentium optimo Iu- 72
re in pendenti esse potest, & probant auctoritates cumulatæ *in §. Nec officit.*, ideòque, sicuti primogenituræ successio, vel in suspenso manere potest, vel, nonnisi revocabiliter defertur, donec spes ulla subest, quod ex linea prædilecta prodire possit persona capax successionis, juxta textus expressos *in l.* 1. *§. Si quis proximior ff. undè agnati*, *& in leg.*2. *§. Si verò ff. ad Tertullian.*, *Cyriac. controv.*205. *numer.*77., *& seqq.*, *Rota dec.*100. *num.*5. *post Bonden. collect. legal. lib.*10., *quam sequitur Cardin. de Luca de fideicomm. disc.* 9. *numer.*17. *in fin.*, ità etiam licet

licèt Reverendiſſimus Epiſcopus incapax redderetur votis paupertatis, attamen, cum capax fie-
73 ri poſſet, eodem Iure cenſendus erat, ac filius naſciturus ex lineâ prædilectâ, cum naſci, & poſthumo comparari dicatur, qui, ſublatâ priori incapacitate, fit capax, *Bald.in leg.eam, quam ſub num.45. verſ. quæro utrum C. de fideic.*, *idem in leg. ſi quis poſthumo in princip. ff. de liberis, & poſthum.*, *Soccin.conſ.226.num.5.lib.2.*, *Lup. de illegitim. commentar.3.§.2.num.25.*, *Cyriac.controv.205. num.6.*, ſi enim incapacitas non ſit
74 perpetua, ſed ea removeri, & ex futuro eventu ſupervenire poſsit capacitas, nihil proponitur, cur is, qui primævæ capacitati naturali reſtitui poteſt, eâdem recuperatâ, ſuccedere non debeat, *Cyriac. d. controv. 205. num.81.*, *Cardin. de Luca d. diſc.65. num.7.*, *& 8.de fideicomm.*, *& Rota dict. deciſ.100. loco citat. poſt Bonden. collect. legal. lib.1.*; Rectè enim hoc caſu dicitur,
75 quod cauſa, quæ ab initio impediret actum, ſi ex poſt facto ſuperveniat, impediat ejus effectum, *Brunor. à ſole quæſ. leg.36. num.6.*, ſi itaque ca-
76 pacitas ab initio excluſiſſet conſanguineos, ità eadem ſuperveniens debet eos excludere à retentione.

Quamobrem ex his ſublatum videri poteſt
77 objectum, quod mors civilis inducta ex profeſſione in Religione incapaci, æquiparetur mor-
78 ti naturali ad effectum ut ſucceſsio ſtatim devolvatur ad ſequentes in gradu, quia, cum talis æqui-
79 paratio locum ſibi non vindicet, niſi in caſibus â Iure expreſsis, *Eugen.conſ.42.num.32.*, *& ſeq., lib.2.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.430. num.14.*, *Rot. deciſ.221.num.3.part.15. rec.*, tantum abeſt, ut in Iure diſpoſitum dici poſsit, mortem civilem, in-
80 ductam vigore profeſsionis in Religione, quoad abolitionem Iurium legitimæ ſucceſsionis æquiparari morti naturali, ut contrarium expreſsè conſtitutum fuerit in *Canon. ſtatutum cauſ.18. quæſt.1.*, ideòque illam non ſufficere, ſed ex-
81 pectandam eſſe mortem naturalem, docuerunt *Felin. in cap. in præſentia 8.ſub. num.56. ad Caſtillum lib.3. cap.12.*, *Fuſar.de ſubſtit. quæſ.430. num.17.*, *Sanchez. lib.7. in præcept. Decalog. cap.3. num.78.*, *& ſeqq.*, *Theſaur.quæſt.forenſ. lib.3.queſt.36*, quâ non ſecutâ, jus proximioribus
82 quæſitum, quaſi deambulatorium, & pendens à futuro eventu, revocabilitèr ad eoſdem delatum dicitur, ex *Suarez.de relig. tom.4. tract. 8. lib.3. cap.16. num.1.*, *Lelius Mancinus diſquiſit.genial.*, *& anniverſ. Jur. diſput. centur.2. cap.128. Barboſ. tom.6.in Jus Canon.in addit. ad d.Canon.ſtatutum*, *Molin.de Primogen.lib.1. cap.2. num.20.*

Cum itaque Jura primogenituræ ſuâpte natu-
83 râ in ſuſpenſo manere, vel revocabiliter deferri queant, & incapacitas Reverendiſsimi Epiſcopi non eſſet perpetua, ſed reſolubilis, omnis juſta
84 ratio poſtulare videtur, quod idem reſtitutus priſtinæ capacitati naturali, recuperare debeat Iura primogenituræ, revocabilitèr ad alium de-
85 latæ, maximè quia hic eſt remotior, & de lineâ minùs dilectâ, ideòque concurrere nequit cum proximiore, & de lineâ magis dilectâ.

Inutile propterea redditur examen quarti Dubii, quia primogenitura ordinata ſub commoditate, & uſufructu dicti palatii, vel nullo pacto adquiri potuit franciſco Mariæ tempore ejus purificationis incapaci, vel eadem, nonniſi revocabilitèr, illi quæſita, avocata jam fuit â Reverendiſſimo Epiſcopo effecto capaci. Verumtamen, ſi fortè colore ullo ſuſtineri poſſet, Franciſcum Mariam irrevocabilitèr ſucceſſiſſe in controverſâ primogeniturâ, nihilominùs, eodem decedente ſinè filiis, illa non deferre- 86
tur ad Gerardum ejus fratrem, ſed rediret ad Reverendiſſimum Epiſcopum, qui cum ſit de lineâ prædilectâ, præferri debet ceteris omnibus 87
lineæ minùs dilectæ, & per poſterius vocatæ, *Rocca diſp.Jur. ſelect. cap.8. num.27.*, *& ſeqq.*

Nilque turbat, quod Reverendiſſimus Epiſcopus ob vota emiſſa in Religione penitus incapaci, ex mente Teſtatoris excluſus dici debeat à primogeniturâ ordinatâ favore agnationis cum ſtrictiſſima cùjuſcumque alienationis pro-
hibitione, quia, cum Epiſcopus Regularis æqui- 88
paretur Monacho profeſſo in Religione capaci, *Fagnan. in cap. quæ in Eccleſiarum num.81. de Conſtit.*, *Creſp. de Valdaura tom.1. obſerv.37. num.6.*, Succedere proindè poteſt in fideicommiſſis, & primogenituris, à quibus, juxta Italiæ 89
mores, non repellitur, *Torr.de ſucceſſ.in majorat.*, *& Primog. Italiæ tom.1. cap.30. §.4. num.80.*, *& ſeqq.*, tametſi illæ ordinatæ fuerint favore agnationis, cujus ſimplex conſervatio eos non 90
excludit, *Torres loco mox citato num.86.*, *Rot.deciſ.392. part.14. rec.*, *Cardin. de Luca de fideicomm. diſc.63. ſub num.12. verſ. contrarium*, eò quod Jura ſanguinis, & agnationis retinere di- 91
cantur, *Bald.in Authen. ſi qua mulier num.10. C. de ſacroſ. Eccleſ.*, *Decian.conſ.82.num.4. lib.4.*, *& conſ.31. num.19. lib.5.*, *Rot. deciſ.392.part.14.*, rejectâ etiam quacumque conjecturâ excluſionis 92
deſumptâ ex prohibitione alienationis, tametſi effrænatâ, *Rota dec.23. §.Quoniam part.15. poſt Tambur.de Jur. Abbat.dec.62.*

Supereſt poſtremum Dubium, in quo agitur de ſucceſſione in Bonis feudalibus, quæ omni 93
Jure debita videtur Reverendiſſimo Epiſcopo ex ſuppoſito, quod agatur de feudo, non requirente perſonale ſervitium, & ad fœminâs quoque tranſitorio, *Fagnan. in cap. quæ in Eccleſiarum num.83.*, *& ſeqq. de Conſtit.*, *Torr. de majorat*, *& primog. Ital.quæſt.30. num.97.*, *& ſeqq.*, verum tamen eſt, quod, ſi Dignitas Epiſcopalis ſupervenit, feudo jam ad alios devoluto, 94
expectandum erit donec illud denuo aperiatur, ſuperveniens enim capacitas, re amplius non in- 95
tegrâ, ſuffragari nequit poſt Jus alteri ex Inveſtitura quæſitum, *Olea de ceſſ.Jur.tit.3.quæſt.4. num.26.*, *Giurb.de feud. §.1. Gloſſ.7. numer.23. Coſt. in tract.re integr. diſtin.17.num.2.*, *Barboſ. de Jur. Eccleſ.univ. cap.8. ſub numer.117. verſ. dummodò poſt conſecrationem fol. mihi 133. col.1.*

Tau-

Taurinen.

A conceſſione gratiæ, quâ decernatur certa pars fructuum Beneficii, quod frater obtinet, in cauſam alimentorum ſororis ſeptuagenariæ, ſatius eſt, ut ſummus Pontifex abſtineat, præſertim, ſi ipſa Regali aulæ inſerviens, ex eâ honeſta, & decora vitæ ſubſidia conſequatur, nec probet, virum ſuum, adhuc in humanis agentem, ſibi alendæ imparem eſſe, uti nec congruam dotem, quam accepit, abſque ullà ſui culpâ periiſſe, nec denique ex Bonis ipſius fratris patrimonialibus, aut aliundè nihil ſubſidii ſibi adfuturum.

VOTUM XVIII.

1 *Patris heredes in ſubſidium cogi poſſunt ad alendam filiam jam nuptam, ſi ea pauper ſit.*
2 *Ab iis, quæ licent, quandocumque abſtinendum eſt.*
3 *Bonum, quod in ſe eſt, ob extrinſecas circumſtantias, & malum exemplum, quandoque minùs honeſtum, & pernicioſum redditur.*
4 *Gratia Pontificis, ut valeat, juſtâ concurrente causâ, non requirit uſum ſupremæ, & abſolutæ poteſtatis,* & num.50
5 *Etiam ſi cauſa hæc meram æquitatem præſeferat.*
6 *Gratia, quæ modum, non ſubſtantiam rei ſpectat, facilius conceditur.*
7 *Sorori, & aliis ſanguine conjunctis pauperibus alimenta tribui, naturalis æquitas ſuggerit.*
8 *Alendi fratris, vel ſororis pauperis obligationem jura imponunt.* & num.67.
9 *Et hæc obligatio quoad ſororem benigniùs eſt interpretanda.*
10 *Fœmina ob ſexus imbecillitatem, fragilitatemque vix apta eſt comparandis vitæ ſubſidiis.*
11 *Alendi fratris, vel ſororis pauperis obligationem non adimit juſta eorum exheredatio.*
12 *Immo nec etiam præceptum Patris, alimentorum præſtationem prohibens.*
13 *Alendi filii prohibitio a Patre facta, naturali æquitati repugnat.*
14 *Alimenta ut ſoror, vel frater inops congrua habeat, frater propriis ex Bonis ſupplere debet.*
15 *Alimenta, qui præſtare tenetur, juxta conditionem ejus, qui alitur præbere debet.*
16 *Alimenta juxta qualitatem, & dignitatem perſonæ, cui præbentur, ſemper decernenda ſunt.*
17 *Dos, quam frater dare tenetur, præſtanda eſt cum ipſius dotis appendicibus, veſtibus nempè, jocalibus, & his ſimilibus.*
19 *Argumentum ab alimentis ad dotem, & e contrà, familiare eſt.*
20 *Dos a fratre præſtanda eſt cum ipſius dotis appendicibus, etiamſi Patris heres non ſit.*
21 *Alimenta ſorori etiam, vel fratri naturali pauperi præſtanda ſunt.*
22 *Ab alendæ ſororis pauperis obligatione Clericatus non eximit.*
23 *Clericatus non exuit charitatem, ſed auget.*
24 *Pauperem ſororem alere, & dotare tenetur Clericus ex Bonis patrimonialibus.*
25 *Et, ſi illis careat, ex reditibus Eccleſiaſticis eam alere debet.*
26 *Soror inops implorare poteſt officium Judicis, ut fratrem Clericum cogat ad alimenta ſibi præſtanda.*
27 *Res omnes Eccleſiæ patrimonium ſunt pauperum.*
28 *Res Eccleſiæ Beneficiariis concreditæ ſunt, ut & ipſi proviſores ſint pauperum.*
29 *Liberalitas perfecta, fide, causâ, loco, tempore commendatur.*
30 *Ex charitatis benè ordinatæ ratione magis benefaciendum eſt iis, qui nobis ſunt conjunctiores.*
31 *Subveniendum magis eſt his, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum poſcere,* & num.80.
32 *In redituum Eccleſiaſticorum diſtributione, Conſanguinei extraneis ſunt præferendi,* & num.101.
33 *Alimentorum cauſa pia eſt.*
34 *Ex reditibus Eccleſiæ conſanguinei, & familiares ditandi non ſunt,* & num.81.
35 *Res Eccleſiaſticæ Conſanguineis donandæ non ſunt.*
36 *Res Eccleſiaſticæ Conſanguineis, ut pauperibus largiendæ ſunt,* & num.78.,& 88.
37 *Alimenta naturali quodam jure debentur.*
38 *In alimentorum causâ ſequenda potiùs eſt Canonica æquitas, quàm rigor juris civilis.*
39 *Alimenta fratri, vel ſorori puuperi præſtanda ſunt, etiamſi ex propriâ induſtriâ victum ſibi parare queat.*
40 *Dummodo tot careat fortunæ Bonis, ex quibus vivere poſſit.*
41 *Matronæ ſeptuagenariæ ſubſtentatio ab alienæ munificentiæ, atque voluntatis arbitrio pendere non debet.*
42 *Qui alteri ſubvenit, ut ſtatum, dignitatemque ſuam retineat, pium opus exercere dicitur.*
43 *Pauper eſt, qui ſecundùm ſtatum, & dignitatem ſuam vivere nequit.*
44 *Alimentorum præſtatio ſorori pauperi decerni debet ex fructibus Beneficii, poſtquam ii fuerint a fratre Clerico percepti.*
46 *Concedere id, quod licèt, non ſemper expedit.*
47 *Summus Pontifex eſt omnia, & ſuper omnia.*
48 *Nec reſpicere tenetur, quid actum ſit, ſed quod agere debet.*
49 *Summus Pontifex exempla Prædeceſſorum expetere ſolet, quum petuntur gratiæ, vel inſolitæ, vel non facilè concedendæ.*
50 *Exempla gratiæ, vel inſolitæ, vel non facilè concedendæ, ſi deſint, ab eâ ſatius eſt abſtinere,* & num.102.
51 *Exempla præſentia nos cavere præmonent in futurum,* & num.62.

52 *Subsidiorum concessiones pro Nobilibus familiæ Justinianæ, ex Insulâ Chiensi ejectis, & aliis Consanguineis memorantur.*

53 *Exemplo Summum Pontificem moveri ad concessionem gratiæ alioquin insolitæ, æquum est.*

54 *Fructus Beneficii pleno jure ad Beneficiarium pertinent.*

55 *Ex Beneficii fructibus soror pauper alimenta petere nequit, nisi, deficientibus omnibus Bonis patrimonialibus, & nullis aliis extantibus, quibus validior inhæreat alendi obligatio*, & num.93.

56 *Gratia, quæ conceditur in exemplum, ab aliis proponi potest*, & num.102.

58 *Alimenta, quoties petuntur ex dispositione hominis, vel loco Legitimæ, jure actionis debentur.*

59 *Aliis in casibus debentur nobili Judicis officio.*

60 *Et hæc non debentur, nisi aliundè non suppetant, quæ ad victum necessaria sunt*, & num.72.

61 *Tutori ea, quæ Matri, aut sorori pupillæ ad victum necessaria sunt, rata haberi debent.*

63 *Obligatio alendi fratrem, vel sororem pauperem solâ æquitate nititur.*

64 *Nec vera, & propria obligatio est, quæ pariat actionem.*

65 *Sorori destitutæ actione pro consequendis alimentis, officium Judicis opitulatur*, & numer.73.

66 *Æquitate Canonicâ quispiam tenetur, quando jure actionis ad aliquid cogi nequit.*

69 *Soror alimenta petens, probare debet, illa aliundè habere non posse.*

70 *Soror, quæ Regali Aulæ inserviens, honestam, & decoram substentationem consequitur, alimenta à fratre petere non potest.*

71 *Legalis alendi obligatio cessat, quoties ex industriâ suâ quis alimenta sibi comparare potest.*

72 *Beneficiarius consanguineo inopi tantum conferre potest, quantum ille adhibens, simul industriam, & laborem, indiguerit.*

73 *Alimenta, quæ ex industriâ quæruntur, propter humanarum virium fragilitatem, vel alium casum, variari, & minui possunt.*

74 *In alimentorum præstatione decernendâ non futurum contingens, sed præsens rerum status est inspiciendus.*

75 *Alimenta ex propriâ industriâ quærere valens, id tantùm consequi potest, quod propriâ collâtâ industriâ illi deest.*

76 *Alimenta, quæ jure actionis debentur, peti possunt ab eo, qui ex propriâ industriâ vivere potest.*

77 *Ex Ecclesiasticis reditibus sorori pauperi, nonnisi necessaria vitæ subsidia præstanda sunt*, & num. 100.

79 *In Ecclesiæ reditibus consanguinei solâ gaudent prælatione præ aliis extraneis pauperibus.*

80 *Ex Ecclesiasticis reditibus dumtaxat subveniendum est suis, quibus pudor est ab aliis sumptum poscere, aut alicui postulare subsidium.*

82 *Alimenta ex mero judicis officio debita, præstanda sunt secundùm solam naturalem indigentium, non verò secundùm status dignitatem.*

83 *Secus verò, si agatur de alimentis, quæ jure actionis debentur.*

84 *Alimenta sorori pauperi parciùs ex Ecclesiæ reditibus, quàm ex Bonis patrimonialibus præstanda sunt.*

85 *Alimentorum caussam ex Ecclesiæ reditibus non natura præstat, sed gratia.*

86 *Redituum Ecclesiasticorum erogatio in splendidum, & honorificum Beneficiarii cultum reprehenditur.*

87 *Beneficiario conceditur, ut de Altario vivat, non luxurietur.*

89 *Soror congruam dotem habens, frustra petit alimentorum subsidium à fratre.*

90 *Alimenta, ut soror à fratre consequatur probare debet, dotem suam absque ullâ ipsius culpâ periisse*, & num.97.

91 *Soror, quæ ex levissimâ etiam culpâ dotem suam perdidit, nonnisi ad meram vitæ indigentiam alimenta petere potest.*

92 *Alimentorum subsidium soror, nonnisi deficientibus aliis personis, quæ eam alere teneantur, à fratre petere potest.*

94 *Alimenta quoties uxor à viro consequi potest, uxoris frater præstare non tenetur.*

95 *Alendæ uxoris etiam indotatæ obligatio viro incumbit.*

96 *Etiam, si uxor adhuc Patrem, vel Matrem habeat.*

98 *Alimenta ut soror à fratre consequatur, probare debet, virum suum ipsi alendæ imparem esse.*

99 *Gratia applicandi in causam alimentorum sororis certam partem fructuum Beneficii, quod frater obtinet, adeò insolita est, ut sine justâ, urgentique causâ difficilè concedenda sis.*

103 *Et, si concederetur inaudito fratre, expedienda est in forma commissariâ, vel cum Clausulâ*: veris exiſtentibus narratis.

104 *Appellatio ab executione gratiæ in formâ commissariâ, vel cum Clausulâ: veris existentibus narratis denegari non potest.*

105 *Gratia, quæ concedatur in formâ commissariâ, vel cum Clausulâ*: veris exiſtentibus narratis, *judicialem rei cognitionem requirit.*

106 *Lites plurimæ agitatæ sunt ob concessiones subsidiorum pro Nobilibus Justinianæ familiæ.*

PRÆNOBILIS Matrona Comitissa Christina Franciſca Maria Brogli filia Comitis Franciſci Mariæ Brogli Galli, ob supremos militiæ gradus, & honores, Bello præclari, ac amplissimas fortunæ opes domi etiam conspicui, in Civitate Taurinensi congruâ cum dote nupta fuit Comiti Philiberto Bens de Santena, viro generis splendore, Majorumque ima-

imaginibus sibi non impari ; sed, si, ut ipsa Sanctissimo Domino Nostro exposuit, longâ præfati Conjuges Bellorum calamitate, & temporum injuriâ, nedum necessariis vitæ præsidiis, sed spe quoque omni destituti, solatium, levamenque ullum aliquando consequendi, maximis premuntur ærumnis, quæ sanè gravius urgent, & sustineri difficiliùs possunt à prætatâ Comitissâ, cui jam jam septuagenariæ ob pau-
1 pertatem subsidiaria etiam prærípitur via jure agendi contra Patris heredes, eosque cogendi ad sibi subministranda necessaria alimenta, quæ facilè admodum, ac sinè ullo prorsus incommodo suppeditari eidem possent ab Abbate Josepho Hyacintho Brogli ejus germano fratre ; quoniam, præter splendidissimam domum, quam Parisiis retinet magnificè ornatam, argenteâque eximii valoris, supellectili undequaque refertam, ac, præter paternos reditus, conflantes nummos aureos, nuncupatos *Luigi d' oro*, quadringentos, longè amplior illi cumulus accedit redituum Ecclesiasticorum quantitatis quatuor millium similium nummum aureorum, ex quibus mille, & centum percipit ex Beneficiis existentibus in Regione Pedemontanâ.

Quamobrem nobilis ista Matrona, ut emergere valeat ex iis, quibus retinetur, angustiis, vel ut illis aliquâ ex parte levari queat ; quam ex fraternâ charitate consequi nequit, à Sanctissimi Domini Nostri pietate, & clementiâ, opem, auxiliumque implorat, supplicans, ut, remotis litis ambagibus, quibus sustinendis ipsa impar est, gratiam sibi elargiri dignetur, quâ per literas in formâ Brevis directas Vicario Capitulari Ecclesiæ Taurinensis, vel datas ad aliam personam, in Ecclesiasticâ Dignitate constitutam, *veris existentibus narratis*, congrua ipsi decernantur alimenta, percipienda ex reditibus Beneficiorum, cis Montes existentium, polliceturque, nullum extrinsecum impedimentum similis gratiæ executioni interceßurum.

Cum autem mihi injunctum fuerit, ut prò meâ sententiâ, judicioque dicere velim, an expediat illam concedere, demandato mihi muneri manum admovens, primùm agam de subsstantiâ, & qualitate ejuscemodi gratiæ, deindè verò quæram, an, licèt ea sit de eo genere, quæ ex mente Sacrorum Canonum concedi justè queat, nihilominùs satiùs sit ab ea abstinere tum quia, ut ex Apostolo 1. *ad Corinth. 6.* admonet Leo, relatus *in Canon. aliud quidem est cauſ.* 11. *quæſt.* 1. =, *oportet etiam à multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo : omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*= Persæpè enim contin-
2 git, plura, quæ alioquin per se spectata intrinsecè
3 bona sunt, & de jure licita, atque permissa, vel ob extrinsecas circumstantias minùs honesta ; vel ob malum, quod præbent exemplum, pernicioſa reddi : Tum etiam quia plura occurrere possunt, quæ desiderari, aut verificari debeant prò recta, ac valida gratiæ, quæ petitur, executione.

Et rem ordiendo à prima assumpti parte, nihil proponi posse videtur, quod impedimento sit hujus gratiæ concessioni ; Quippè ad illius validitatem non requiritur supremæ, & absolutæ Pontificiæ potestatis usus, sed, justâ concur- 4
rente causâ, ordinaria sufficit auctoritas, ad *Text. in leg. Legatum 5. ff. de admin. rer. ad Civitat. pertinent.*, & relatis concordantibus Doctorum locis, tradit *Rota in Romana, seù Januen. Legati coram Cardin. de Tremoille apud Balducc. in Collect. deciſ.*, *& rer. Judic. tit. 3. de legat.*, *& fideicommiſ. deciſ. 57. num. 13. & 14.*, quo loci si Sacra Rota id censuit, etiam quando agitur de purâ gratiâ, & temperato Juris rigore ex merâ 5
æquitate concedendâ, per epichejam videlicet, & ex facti circumstantiis supplendo, atque etiam ex æqui, bonique ratione commutando Testatoris voluntatem : quanto potiori Jure supremus Princeps æquitatem sequi poterit in præsenti casu ; in quo si quis gratiæ, si beneficii color ullus considerari potest, non ipsam rei subsstan- 6
tiam, sed modum dumtaxat respicit petita alimenta decernendi.

Sorori namque, sive fratri inopi sibi à fratre divite alimenta subministrari postulanti, nedum 7
sanguinis charitas, naturalis æquitas, & pietatis instinctus, ut ceteris remotioris gradus Collateralibus, succurrendum esse, præcipiunt, quemadmodum in tractatu de alimentis docuerunt *Pontan. cap. 10. nu. 1.*, *Coler. lib. 1. cap. 9. num. 1.*, *Surd. tit. 1. quæſt. 25. num. 1.*, *& per tot.*, *& tit. 7.*, *quæſt. 15. num. 15. & ſeq.*, *Caſtill. contr. jur. lib. 5. cap. 104. à num. 48. ad fin.*, *& lib. 8. cap. 66. nu. 56.*, *& 59.*, quibus addo *Azor. Inſtitut. moral. lib. 2. cap. 40. in princip.*, *Bonaccin. oper. moral. tom. 2. diſput. 6. quæſt. unic. punct. 8. num. 12.*, *Rot. in rec. deciſ. 92. numer. 1.*, *& ſeq. part. 5.*, *deciſ. 194. num. 42. part. 7* ; Verùm jura nostra inter hosce primi gradus Collaterales, 8
legale quoque onus, obligationemque sese invicem alendi constituunt, *Rota in una Romana, seù Neapolitana redotationis*, *seù Alimentorum coram Molines impreſ. poſt Gobb. tract. var. deciſ. 4. num. 13.*, *& ſeqq.*, *& deciſ. 7. num. 1.*, *& ſeqq.*, *in Romana Alimentorum*, *& Dotium 30. Martii 1705. §. Etenim quoad ſubminiſtrationem coram Muto* ; quæ sanè legalis obligatio beni- 9
gniorem exigit interpretationem favore sororis, quæ ob sexus imbecillitatem, fragilitatemque 10
apta non est ad vitæ subsidia sibi comparanda, *Coler. dict. cap. 9. num. 2.*, *Surd. dict. quæſt. 25. num. 4.*, sive illa ex uno, sive ex utroque latere fratri conjuncta sit, *Surd. dict. quæſt. 25. num. 19. & ſeq.*, *Leoncill. de Privileg. pauper part. 2. privil. 77.*, *Boer. deciſ. 130. nu. 9.*, *& ſeqq.*, *cum aliis apud Conſtantin. ad ſtatut. Urb. annot. 32. ex num. 11.*, *& ſeqq.*

Immò verò hæc æqui, bonique ratio favens Collateralibus primi gradus, adeò apud nostros valuit, ut fratrem, sive sororem egenam à fratre divite alendam esse censuerint, tametsi Pater illum, vel illam ab hereditate justè repule- 11
rit, si aliundè non habet, quo congruè se subsstentare queat, *Azor. Inſtitut. moral. part. 2. lib. 2.*

lib. 2. cap. 40. quæst. 4., Surd. dict. quæst. 25. num. 7., Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 3.,
12 *Gloss. 3. num. 63.*; Immò etiam, quando alimentorum præstatio ab illo filiis interdicta reperi-
13 retur; Talis namque prohibitio reprobanda esset tamquam inhumana, & naturalis æquitatis dictamini prorsùs contraria, *Bald. cons. 103. num. 3. lib. 5., Surd. dicta quæst. 25. num. 3.*, quæ
14 præterea naturalis æquitas efflagitat, ut alimenta suppleantur, eo etiam casu, quo soror, fraterve inops Legitimam consecuti fuissent ex Bonis paternis, vel alia Bona habeant, sed non quanta prò illis opus est, *Staiban. resolut. 74. nu. 15., Constantin. ad Statut. Urb. dict. annot. 32. num. 6., Thesaur. decis. 192. num. 7.*; Ipsa enim ho-
15 nestatis ratio exposcere videtur, quod is, qui ratione aliquâ alium alere tenetur, illi ea quidem subministret alimenta, quæ personæ conditioni consentanea sint, *Azor. Institut. moral. lib. 2. cap. 40. in princip. vers. sed quæstio est*, ex
16 regulâ, quâ traditur, illa semper decernenda, ac præstanda esse juxtà qualitatem, & dignitatem personæ, cui præbentur, *Decian. cons. 29. ferè per tot. lib. 3., Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 18. num. 1., & seqq., Caren. resolut. 49. nu. 2., Rota coram Mantic. decis. 331. num. 3., & seqq., & decis. 335. per tot.*

Id confirmando exemplo ducto à dote;
17 Quippè frater supplere, ac subministrare tenetur cetera omnia, quæ, præter illam, tamquam ejus appendices, jocalia nempè, vestes, & his similia dari consueverunt, ut soror congruè, & ex dignitate nubere queat, *Michelor. de fratribus part. 3. cap. 33. num. 5., Antonell. de Jurib., & onerib. Cleric. lib. 1. part. 3. cap. 37. num. 6., Thesaur. decis. 192. num. 7. & seqq.*, quo argu-
18 mento à dote ad alimenta, & viceversâ de alimentis ad dotem, in hac quæstione, atque in concreto casus, de quo agitur, passim nostri utuntur, ad *Text. in leg. Cum plures §. ffn. ff. de administr. Tutor., Abb. in cap. pervenit numer. 1. de Arbitr., Barbos. in leg. 1. part. 4. num. 128. ff. solut. matrimon., Azor. Institut. moral. lib. 2. cap. 40. vers. porrò fratrem part. 2., Bonaccin. oper. moral. tom. 2. dict. disputat. 6. quæst. unic. punct. 8. sub num. 12., Cost. de remed. subsid. remed. 66. num. 1., Benincasa de paupertat. quæst. 8. inspect. 3. numer. 19., Surd. de aliment. dicta quæst. 25. num. 9., Michelor. de fratribus part. 3.*
19 *cap. 33. num. 1., & num. 4.*, ubi, etiamsi frater nihil habeat de Bonis paternis, *Leoncill. de privileg. pauper. part. 2. privil. 337. num. 2., Constantin. ad Statut. Urb. dict. annotat. 32. num. 1., & num. 3.* inquiens, id locum habere, etiamsi fra-
20 ter Patris heres non sit, *Adden. ad decis. 460. nu. 73. part. 4. tom. 2. recent., Rota coram Coccin. decis. 77. num. 3.*; Non omittendo denique, onus istud proficiscens ex legali obligatione, sanguinisque conjunctione, adeò urgere, ut illâ ju-
21 vetur frater etiam, sive soror naturalis, cui ab opulento fratre alimenta præbenda esse, tradunt *Ripa in leg. 1. num. 83. ff. solut. Matrimon., Surd. dict. cap. 25. nu. 28., & seq., Antonell. de Jurib., & onerib. Cler. lib. 1. part. 3. cap. 37. sub num. 2., Giurb. ad Consuetud. Messanen. cap. 3., Gloss. 3. num. 61., & seqq., Rot. in rec. decis. 92. num. 2. part. 5.*

A quo sanè onere frater Clericus, Privilegio 22
Clericatus eximi nequit, *non enim Clericatus exuit charitatem, sed auget, non minuit amo-* 23
rem, & pietatem, sed acriùs incendit, ut benè ad rem nostram ait *Surd. dict. quæst. 25. nu. 13.*; propterea que, quemadmodum ambigi nequit, quin ille ex Bonis, & reditibus patrimonialibus 24
ad sororem pauperem alendam, dotandamque teneatur, *Marta de Jurisdict. part. 4. cas. 163. nu. 7., Antonell. dict. cap. 37. num. 3.*, & passim apud alios, sic etiam canonica æquitas suadet, quod, si illis careat, minimè abuti dicetur re- 25
ditibus Ecclesiasticis, si eisdem sororem egentem alat, ad *Text. in cap. Pervenit 3. de Arbitr., ubi Barbos. nu. 132., & in cap. 1., ibique Gloss. verb. subministrent de cohabitat. Clericor., & mulier., Ancharan. cons. 437., Azor. quæst. moral. lib. 2. cap. 40. litera B, & C, Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 3., Gloss. 3. num. 61., & seqq., Cardinal. de Luca de Dot. disc. 142. num. 57.*, ubi, relato *Adden. ad decis. 460. ex numer. 64. part. 4. recent. tom. 2.*, ait, quod apud eum *ad satietatem probatum habetur, hanc obligationem respicere etiam fratrem Clericum, solos reditus Ecclesiasticos habentem = Antonel. de Jurib., & oner. Clericor. lib. 1. part. 3. cap. 37. sub num. 3., Constantin. ad Statut. Urb. annot. 32. num. 4., & seq.*, qui omnes tradunt, quod, deficientibus Bonis patrimonialibus, veluti subsidiariè cuidam obligationi, istiusmodi oneri, reditus quoque Ecclesiastici obnoxii sunt, idcircoque soror 26
inops, adeundo fratris Judicem, ejus officium implorare poterit, ut illum ad alimenta sibi subministranda cogat, *Dec. in cap. Pastoralis §. Verùm de appellation., Barbosa ad 4. part. leg. 1. numer. 132. ff. solut. Matrimon. fol. mihi 198., Marta de Jurisd. part. 4. cas. 163. num. 14., & seq., Azor. Institut. moral. part. 2. lib. 2. cap. 40. sub litera L., vers. sextò quæritur, Benincasa de paupertat. quæst. 8. spect. 3. num. 20., & seq., Leoncill. de privileg. pauper. part. 2. privil. 377. numer. 3., Surd. de aliment. dict. quæst. 25. num. 3.*

Quinimmò fratri ex hisce reditibus locupleti, tale onus impensiùs hærere videtur: nam, si res omnes Ecclesiæ sunt patrimonium pauperum, 27
eidem commendatæ, ut illorum Matri, & altrici, si istiusmodi res ab Ecclesia Beneficiariis 28
concreditæ sunt, ut & ipsi pauperum sint provisores, *Alvar. Pelag. de plantu Eccles. lib. 2. cap. 28. §. Ultimo hìc quæro usque ad fin. fol. mihi 69. column. 1.*, & eruditè more suo nos edocet *Thomasin. de veter., & nov. Eccles. disciplin. part. 3. lib. 3. cap. 26., & cap. seq., & cap. 34., & in anonymo opusculo de Nepotismo* Auctoris summâ dignitate, maximisque virtutibus, & doctrinâ spectatissimi *§. 2., Add. ad dec. 460. num. 91., & seqq. part. 4. tit. 2. rec.*, si denique *perfecta liberalitas fide, causâ, loco, tempore* 29
com-

commendatur, ex præclarâ ſententiâ Divi *Ambroſii in lib.1. de offic. cap.30.*, relata *in Canon. non ſatis* 14., *juncto Can. conſideranda eſt* 17. *diſtinct.82.*; indè certè ſequitur, quod ex rectâ
30 benè ordinatæ charitatis ratione, magis benefaciendum ſit his, qui nobis conjunctiores ſunt, illos præferendo extraneis, ut admonet idem *Div. Ambroſ. d. cap.30. in Canon. eſt probanda* 16. *d.diſtinct.86.*, loquens his verbis = *eſt probanda illa etiam liberalitas, ut proximos ſeminis tui*
31 *non deſpicias, ſi egere cognoſcas: melius eſt enim, ut ipſe ſubvenias tuis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum poſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati* =, *& Canon. ceterum* 20. *eadem diſtinct. Gloſſ. in cap.1. verb. ſubminiſtrent*, ibi = *quibus potiùs, quàm extraneis tenentur* = *de cohabitat. Cleric., & mulier.*, atque eſt ex mente *Div. Thomæ ſecunda ſecundæ quæſt.31., art.3.*, ajentis = *oportet, quod ad magis propinquos ſimus magis benefici* =, *& quæſt.185. art.7. ad ſecundum, Mart. de juriſdict. d. caſ.163. num.9., & ſeqq., Adden. ad deciſ.460. n.107., & ſeqq. part.4. tom.2. rec., Molpheſ. ad conſuetud. Neapol. tom.1. part. 5. quæſt.11. num.21., Surd. de aliment. tit.11. quæſt.25. num.14., Conſtantin. ad ſtatut. Urb. annot.32. num.5., Zerb. in ſua Gemma Epiſcopali tit.2. quæſt.4. per tot.*, ubi ex *num.5.* præſcri-
32 bens rectum ordinem, in redituum Eccleſiaſticorum diſtributione ſervandum, pluribus Sacrorum Canonum, & Divi Thomæ locis probat, *Conſanguineos extraneis eſſe præferendos* = *Add. ad deciſ.460. num.107., & ſeqq., & num.118., & ſeqq. part.4. tom.2. rec.*

Id enim, præter ſummam illam naturalis pietatis rationem, commendatur etiam Chriſtianæ
33 charitatis dictamine, quæ alimentorum cauſam veluti piam reſpicit, quâ nempè pretio miſerationis peccata redimamus, ex Divo pariter *Ambroſio in d. Canon. eſt probanda*, Beneficiarium ad hanc in proximos ſeminis ſui liberalitatem
34 exhibendam ità inſtruente, videlicet = *non ut illi ditiores eo fieri velint, ſed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & precio miſerationis peccata redimas tua* =, quam æquam, piamque diſtributionem ſervandam præcipit Sacroſancta etiam Tridentina Synodus *Seſſ. 25. de reformat. cap.1.*, Eccleſiaſticis interdicens, *nè ex reditibus Eccleſiæ Conſanguineos, familiareſve ſuos augere ſtudeant: cum, & Apoſtolorum*
35 *Canones prohibeant, nè res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent; Sed ſi pauperes*
36 *ſint, iis, ut pauperibus diſtribuant*; & priùs ſancitum fuerat *in ſeptima Synod. cap.12.* relata *in Canon. quiſquis Epiſcopus*, ibi = *Non liceat autem ei fraudare quidquam ex illis, vel cognatis propriis donare, quæ Dei ſunt, quod ſi pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur* = *cauſ.12. quæſt.2.*

Et hæc pietatis ratio in alimentorum cauſa
37 agnita etiam à noſtris, ajentibus, illa naturali quodam jure inſtituta, ac debita eſſe, latè *Adden. ad d. deciſ.460. num.105., & ſeq., & nu.142. ad num.151., Leoncill. de privileg. pauper. part. 2. privil.23. num.1., & ſeq., Oſaſcb. deciſ. Pedemont.124. nu.15., Rot. cor. Manzaned. dec.319. num.6., & ſeqq.*, inquiens propterea in eorum causâ ſequendam potiùs eſſe æquitatem canoni- 38
cam, quæ naturali æquitati cohæret, quàm rigorem juris civilis: hæc, inquam, pietatis ratio, in caſu noſtro obliterata dici non poteſt eo ſub obtentu; quod D. Comitiſſa, tamquam addicta obſequiis Regiæ Celſitudinis Duciſſæ Sabaudiæ, adeò carere dici nequeat neceſſario vitę ſubſidio, ut eidem ſuccurrendum ſit extraordinario iſto, & prorsùs ſubſidiario remedio, quo fratris Beneficiarii reditus Eccleſiaſtici, ejuſcemodi onere graventur; Nam pro dignoſcendo, an fra- 39
ter, vel ſoror, pauper dici poſſit, habeatque nec nè, undè sè alat; ut ex legali obligatione à fratre divite alimenta conſequi valeat, ſpectandum non eſt, an quis ex propriâ induſtriâ victum ſibi parare queat; potentia enim hæc, cum propter fragilitatem humanarum virium, amitti, & ex temporum viciſſitudine variari poſſit, non eximit fratrem à debito alimentorum, proficiſcente à jure naturali; quamobrem inſpiciendum ſolùm eſt, an ille, cui debentur alimenta, 40
tot habeat fortunæ Bona, & reditus, ex quibus vivere poſſit, *Mareſcott. variar. reſolut. lib.2. cap.83. num.40.*, *Rota apud Marcheſan. de commiſ. part.1. fol. mihi* 1171. *num.1.*, *Rota coram Duran. deciſ.95. num.9.*, *in rec.224. num.5. part.2.*, *deciſ.92. num.13. part.5.*, *& deciſ. 194. num.68. part.7.*, quæ ratio magis urget in caſu noſtro, quia agitur de matronâ ferè ſe- 41
ptuagenaria, cujus ſanè ſubſtentatio pendere non debet ab alienæ munificentiæ, atque voluntatis arbitrio; Proptereaque eadem juvari videtur illâ aliâ juris regulâ, quâ traditur, quod, licèt quis habeat neceſſaria ad vitæ ſubſtentatio- 42
nem, nihilominùs, ſi his etiam careat, quibus idem indiget, ut ſtatum, dignitatemque ſuam ſuſtineat, cum pauper adhuc dici jure poſsit: 43
pium opus in illum exerceri dicetur, ſi congrua alimenta eidem ſubminiſtrentur, *Bald. in leg. ſi quis ad declarandam col.2. verſ. circa tertium Ccd. de Epiſcop., & Cleric., Tiraquell. de nobilit. cap.20. num.154.*, *Leoncill. de privileg. pauper. part.1. quæſt.3. num.56.*, *& part.2. privileg.23. num.27.*, *Surd. de aliment. tit.4. quæſt.18. n.9.*, *Rot. coram Mantic. deciſ.331.*, *& apud Marcheſan. de commiſ. part.1. §.1. pag. mihi* 1172. *n.1.*, *& 2.*

Concludi itaque ex his omnibus poſſe, videretur, quod eidem conſtitui queat congrua iſta alimentorum præſtatio, non quidem, ut 44
ipſa, propriâ auctoritate in eam cauſam, directè ſibi poſſit applicare partem ullam redituum Beneficii, ſed ut executio, illorumque perceptio fiat ex dd. fructibus, poſtquam iidem fuerint a Fratre Clerico percepti, ut admonet *Barboſ. ad leg.1. part.4. num.133. ff. ſolut. Matrim. fol. mihi* 198.

Verùm enim verò, licèt his omnibus, fuſiori etiam calamo deductis (nè nil, quòad mea fert tenuitas, inconſideratum, omiſſumque foret, quod ſupplicantis favorem quoquo modo reſpiceret) plenè demonſtratum dici poſſe, videatur,

gra-

gratiam, de qua agitur, non deviare à juris re-
45 gulis, eamdemque, ut alibi innuebam, juſtâ concurrente cauſâ, ex ſolâ ordinariâ poteſtate à
46 Summo Pontifice concedi poſſe; nihilominùs, quia non omne, quod licet, & jure fieri poteſt, concedere ſemper expedit, ex regulâ juris *in leg. non omne* 186. *ff. de regul. jur. Thabor. axiom. jur. lib.* 10. *cap.* 25. *axiom.* 1., & dictum etiam eſt ſub initium in §. *Cum autem mihi*, idcircò, quò juſtior, ſi non in gratiam pronior, Pontificia deliberatio, hac in re emergat, primùm diligenter perquirendum eſſe, cenſerem, an ulla ſimi-
47 lium gratiarum ſuppetant exempla, quia, etſi Summus Pontifex, ſit omnia, & ſuper omnia,
48 nec reſpicere teneatur, quid actum ſit, ſed tantùm, quod agere debeat, attamen, quum
49 petuntur gratiæ, quæ vel inſolitæ ſunt, vel non facilè concedendæ, ſuorum Prædeceſſorum exempla expetere ſolet, juxtà praxim, de qua apud *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 9. cap.* 2. *num.* 9., & *ſeq.*, quæ ſanè exempla
50 iſtiuſmodi gratiæ, & quidem ex juſta, & urgenti cauſa conceſſæ, ſi deſint, ſatiùs eſſe crederem ab eà abſtinere, ne novo hoc exemplo,
51 petulantia, & deſidia multorum alatur, *nam futura ſunt præcavenda &c.*, & *exempla præſentia nos cavere præmonent in futurum*, ex *Gloſſ. in cap.* 1. *verb. præcaveri de Serv. non ordinan.*

Nec loco exempli proponi poſſunt quædam
52 ſimilium præſtationum conceſſiones, ex reditibus multiplici ordinati à Marhione Vincentio Juſtiniano, vigore Pontificiarum gratiarum factæ nedum pluribus nobilibus de familia Juſtiniana, ex Inſula Chienſi ejectis, ſed aliis etiam præfati Marchionis conſanguineis, licèt de extraneis familiis; nam ex *Corrado loco mox citato*,
53 æquum ſanè eſt, quod Summus Pontifex ad impartiendam gratiam, alioquin concedi inſolitam, ſimilium gratiarum exemplo moveatur; Verumtamen in noſtro caſu nemo non videt, quantùm ab iſtiuſmodi gratiis aberret hæc, quæ hodiè petitur, in illis enim agebatur de diſtribuendis reditibus multiplici prophani, ad nullam certam perſonam jure dominii pertinentibus, ſed ſolummodò deſtinatis prò incertis perſonis, licèt de certo genere, & gratia Pontificia in eo ſolùm verſabatur, ut videlicet declararetur: an perſonæ ſupplicantes prò Gratiâ, eſſent nec né de comprehenſis in diſpoſitione, factâ à Marchione Vincentio? ideòque tamquam tales ex voluntate diſponentis haberent actionem pro dd. præſtationibus obtinendis: vel, ſi tales non eſſent, an eadem, per quamdam epichejàm, & veriſimilem Diſponentis voluntatem, extendi poſſet ad ſublevandam ipſarum calamitatem: notoria quippè erat earum extrema egeſtas, quia exilio, proſcriptione, aliiſque infortuniis, omnibus fortunæ Bonis ſpoliatæ reperiebantur.

At aliter res sè habet in noſtro caſu, in quo agitur de decernenda favore ſororis alimentariâ
54 præſtatione ex reditibus Eccleſiaſticis, pleno jure pertinentibus ad fratrem illorum Dominum, *Molin. de juſt., & jur. tract.* 2. *diſput.* 145. *num.* 3., & *diſp.* 147. *num.* 3., & *ſeq.*, *Sanchez. oper. moral. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 14., *Sopran. de ſpol. cap.* 3. *quæſt.* 6., *Valer. in differen. verb. munera nu.* 14., *Antonell. de jur.*, & *onerib. Clericor. lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 15. *num.* 1., & *ſeq.*, qui eam præferendo pauperibus extraneis, ex eiſdem ſororem, omni actione carentem, & 55
mox dicetur, juxtà præſentem rerum ſtatum neceſſario vitæ ſubſidio minimè orbatam, alere non tenetur, niſi in ſubſidium, videlicet deficientibus tùm omnibus Bonis patrimonialibus, tùm etiam nullis aliis extantibus, quibus magis proxima, & validior inhæreat obligatio illam alendi; Non omittendo, quod ſimilis gratia, 56
quæ hodie petitur, veluti exemplum ab aliis proponi poterit, quæ ratio, ut apud *Rotam d. deciſ.* 57. *ſub num.* 12. *apud. Balduc. in collect. deciſ.*, & *rer. judicat. tit.* 3., afferebatur pro retrahendo Summo Pontifice à conceſſione admiſſionis ad fruitionem redituum d. multiplici, licèt ex illa, haud ità facilè exemplum ſumi poſſet pro aliis negotiis, quod *præcavendum*.

Nullo itaque numero habito exemplo petito ex dd. gratiis, maximà cum circumſpectione, ac maturitate procedendum eſſe videtur in conceſſione illius, de qua agitur, quia, juxtà alteram aſſumpti partem, de qua §. *Quamobrem in fin.*, eadem, licèt per sè ſpectata, æquitatis, ac juſtitiæ regulis conformis dici queat; nihilominùs, ut paulò ante dicebam, *futura ſunt præcavenda*, 57
prætereaque plura prò recta illius executione probanda ſunt, quæ ſi deficiant, illa minùs juſta, minuſque æqua redderetur.

Iſtaque perſpicua ex eo fiunt, quod, de eâ agitur alimentorum ſpecie, quæ non jure actionis, ſed ſolo Judicis officio debentur, quippè, quoties illa non petuntur ex diſpoſitione homi- 58
nis, Relicto nempè, vel Legato, aut contractu, vel denique loco Legitimæ, in quibus dumtaxat caſibus, jure actionis eadem obtineri poſſunt, deberi ſemper dicuntur nobili Judicis offi- 59
cio, in locum deficientis actionis ſubrogato, latiſſimè apud *Surd. de aliment. tit.* 3. *quæſt.* 1. *ex num.* 1. *uſque ad* 38., *Leoncill. de privileg. pauper. part.* 2. *privileg.* 23. *num.* 10., & *ſeqq.*, *Rota in d. Romana, ſeù Neapolitana redotationis, ſeu alimentorum coram Molines inter impreſſ. apud Gobb. tract. var. deciſ.* 7. *num.* 1., & *ſeqq.*, proindeque, nonniſi in ſubſidium, præſtantur, ſcili- 60
cet quando fratri, vel ſorori, in ſumma ægeſtate conſtitutis, aliundè non ſuppetunt, quæ ad victum neceſſaria ſunt, *ad Textum expreſſum in leg. Tutor* 13. §. *In ſolvendis*, ibi = *Aliud, ſi Matri fortè, aut Sorori Pupilli Tutor ea, quæ* 61
ad victum neceſſaria ſunt, præſtiterit cum ſemetipſum ſuſtinere non poſſit, nam ratum id habendum eſt = *ff. de adminiſtrat. Tutor.*, & conſonat alter *Textus in leg.*, *qui filium ubi Gloſſ. in verb. hoc ff. ubi Pupill. educar. debeat, Bartol. in §. Diſcretis num.* 4., *Auth. quib. mod. natural. effic. ſui*, *Surd. de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 15. *num.* 15., & *ſeq.*, *Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 69., *Michelor. de fratr. part.* 3. *cap* 32. *num.* 26., *Larrea deciſ. Granaten. part.* 1. *diſput.* 47. *num.* 26.

Abſque eo, quod momenti ullius eſſe valeat, con-

consideratio illa, quod nempè, cum versemur
62 in Collateralibus primi gradus, inter quos, ut notatum est in §. *Sorori namque*, viget legalis obligatio, sè sè invicem alendi, soror propterea egens, à fratre divite alimenta petens, eâ Jure quidem actionis, non subsidiariè, ac mero Judicis officio consequi dicatur; quia, ut benè declarat *Surd. de Aliment. tit. 3. quæst. 1. num. 17. &*
63 *plurib. seqq.*, legalis illa obligatio, quæ inter Collaterales primi gradus inducta dicitur, prò mutuâ alimentorum præstatione, proficiscitur ex solâ æquitate oriente ex sanguinis conjunctione, quæ parere quidem potest quamdam quasi
64 obligationem, super quâ fundari possit officium Judicis, sed non inducit veram, & propriam obligationem, quæ tribuat actionem, & tradunt, *Leoncill. de privileg. pauper. part. 1. privileg. 23. aliment. 4. num. 12.*, *Marta de Jurisdict. part. 4.*
65 *cent. 2. cas. 163. num. 14. & seq.*, dicens, sorori destitutæ actione, potiori Jure officium Judicis esse debitum, quia juvatur æquitate canonicâ,
66 quâ, ut benè ait *Gloss.*, explicando verba illa *Jure Fori, non Jure Poli*, quibus utitur *Divus Augustin. in Canon. quicumque 43. caus. 17. quæst. 4.*, quispiam tenetur, quando Jure actionis ad aliquid cogi nequit, idcircòque alimenta isthæc, veluti non jure actionis, sed solo Judicis officio
67 debita, non subministrantur, nisi in subsidium, & tunc demùm ea petere quis potest, si aliundè non habeat, undè sè alat, ut, præter auctoritates allegatas in §. *præcedenti*, tradit *Sperell. dec. 138. num. 41.*, *Rot. in rec. decis. 72. num. 2. part. 4.*, *& in Ferrarien. alimentorum*, *& Dotis super Immissione 30. Januarii 1713. §. Exordiendo coram Card. Scotto.*

Si igitur istiusmodi alimenta subsidiaria prorsus sunt, & prò illis consequendis D. Comitissa
68 officium dumtaxat Judicis implorare valet, con-
69 cludentèr quoque probare debet indigentiam suam, quodque illa aliundè suppetere sibi nequeant, *Marescot. variar. resol. lib. 2. cap. 83. n. 7.*, *Leoncill. de privileg. 23. aliment. 4. num. 12. & seqq.*, *Rot. in rec. decis. 532. num. 1. & seqq. part. 2.*, *& decis. 442. num. 6. & seq. part. 14.*, *coram Ubago decis. 21. num. 6.*, *& decis. 41. num. 1.*;
70 Quæ sanè probatio desideratur, in casu nostro, quia eadem supplicans inserviendo Regiæ Celsitudini Ducissæ Sabaudiæ, certè consequitur ea, quæ ad honestam, & decoram vitæ substentationem necessaria sunt, ut probant *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 2.*, *Leoncill. de Privileg. Pauper. part. 2. privileg. 23. aliment. 4. n. 12.*,
71 docentes, quòd legalis obligatio mandans, aliquem alendum esse, intelligenda est, quando alimentarius, nec etiam ex industriâ suâ, alimenta sibi comparare potest, talem namque in-
72 dustriam opponendam ab illo esse, tradit *Giurb. decis. 6. num. 11.*, optimè *Molin. de Justit.*, *& Jur. tom. 1. tract. 2. disput. 146. num. 5.*, inquiens Beneficiarium habentem Consanguineos inopes *posse illis conferre solùm, quousque non egeant, hoc est quantum (adhibentibus simul illis prò conditione sui status industriam, & laborem, ut sibi etiam acquirant) indiguerint ad competentem moderatam substentationem*, idque probat auctoritate *Div. Thom.*, *& Canon. est probanda*, juncto *Canon. considerandæ est*, quos retuli §. *Quinimò fratri*; Et quamvis, vel propter humanarum virium fragilitatem, vel alium casum, alimenta, quæ ex simplici industriâ quæruntur, nedùm variari, 73
ac minui, sed quandoque amitti possint; nihilominùs, ut admonet *Leoncil. loc. mox citat. num. 9. & 10.*, in decernendâ alimentorum præ- 74
stratione, non futurum contingens, sed præsens rerum status est inspiciendus; ità quidem, ut illi, qui propriâ industriâ (modo hæc honesta sit, 75
ejusque statui minimè indecora) vitam substentare potest, alimenta nulla debeantur, vel id tantùm consequi valeat, quod, propriâ collatâ industriâ, eidem deest; Nec turbant auctoritates allegatæ in §. *Et hæc pietatis ratio*, quia eædem intelligendæ sunt in casu, quo alimenta Jure 76
actionis, & non mero Judicis officio subsidiariè petuntur.

Et sanè D. Comitissa degens in amplissimâ, ac Regali aulâ, in qua ea quoque, quæ ad honorificam vitæ substentationem requiruntur, subministrari solent; quonam colore petere valebit, ut per viam gratiæ sibi decernantur alimenta, nedum subsidiaria, ac mero Judicis officio præstanda, sed, quod magis est, percipienda ex reditibus Ecclesiasticis, à fratre possessis? quando ex illis, nonnisi necessaria vitæ præsidia 77
consequi potest, ut disponitur in *cap. 1.*, ibi = *quæ sunt necessaria subministrent* = de *Cohabitat. Cleric.*, & ut sancitur in *cap. 1. Sess. 25. de reformat.*, nonnisi, ut pauperi ipsi de eisdem succurri 78
potest, ibi = *Sed si pauperes sint, iis, ut pauperibus, distribuant* = & denique, ut dictum est in §. *Quinimmò fratri*, tamquam consanguinea, sola gaudet prælatione, quà pauperibus extraneis 79
anteferatur; Profecto, si ipsi in aula habenti, quo sè congruè substentet, extorquendo Pontificiam gratiam, in causam alimentorum assignaretur menstrua, sive annua aliqua præstatio: nonnè illuderetur menti Sacrorum Canonum præcipientium, quod Beneficiarius de reditibus Ecclesiasticis subveniat dumtaxat suis, *quibus* 80
pudor est ab aliis sumptum poscere, *aut alicui postulare subsidium necessitati?* ex alibi relatâ sententiâ *Divi Ambrosii?* Immò verò, quod gravius est, nonnè istiusmodi gratiæ colore, atque auctoritate, declaratum quodammodo dici posse videretur, à Beneficiariis subveniri posse consanguineis suis, non ut illorum necessitati subsidium ferendo, vitam sibi perpetuam fructu boni operis acquirant, sed ut illos augendo ex 81
talibus reditibus, vel ditiores eos faciant, vel commodiorem vitæ substentationem eisdem comparent, quod nimium certè aberrat à disciplinâ, omnibus Sacrorum Canonum locis traditâ, vehementèrque commendatâ, quâ Ecclesiastico præcipitur, *præter victum, & vestitum, & manifestas necessitates, nihil cuipiam tribuas: nè filiorum panem canes comedant* = *Canon. si cupis 5. caus. 16. quæst. 1.*

Quæ cum ità sint, frustrà obtendetur, quod, licèt D. Commitissa, in Aula manens, minimè careat

FACULTAD DE DERECHO * BIBLIOTECA * GRANADA

careat iis, quæ vitæ neceſſitas poſtulat: nihilominùs prænobilis ejùs conditio expoſcat, quod nomine alimentorum habeat illa etiam, quæ requiruntur ad honorificam ejuſdem ſubſtentationem, & quidem ejus dignitati conſentaneam,
82 quoniam, ut probatum eſt §. *Itaque perſpicua*, cum agatur de alimentis, mero Judicis officio præſtandis, poſthabitâ quavis largitate, & honorificentiâ, ſubminiſtrari eadem tantùm debent ad ſimplicem naturalem exigentiam, neceſſariis vitæ præſidiis reparandam, ut ſcripſerunt *Bald. in leg. ſi Maritus num.*43. *ff. ſolut. Matrim.*, *Roland. conſ.* 34. *num.*41. *lib.* 1., *& de lucro Dotis quæſt.* 94. *num.* 3., *Giurb. deciſ.* 6., *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 298. *num.* 2., *coram Duvoz. jun. deciſ.*909. *num.*2. *& ſeqq. num.*4., dicens, ſufficere, quod *ſubminiſtrentur alimenta prò ſuſtinendo ſtatu præſenti*, & benè iſtiuſmodi alimenta, pe-
83 tita Judicis officio, diſtinguendo ab illis, quæ debentur jure actionis, quæque favore alimentarii largiorem, benigniorемque expoſcunt interpretem, tradit *Rota in una Romana Alimentorum 6. Junii* 1701. *coram Anſaldo inter impreſſ. apud Balduc.*, *in Collect. deciſ.*, *& rer. judicat. tit.*4. *deciſ.* 9. *num.* 2., *&* 5., *& in alia Romana Alimentorum* 22. *ejuſdem menſis*, *& anni §. Sed nec in facto & ſeqq. coram Molines*, *& in alibi citata Romana Alimentorum*, *& Dotium* 30. *Martii* 1705. §. *Poſitâ obligatione coram Muto*.

Quapropter, ſi, ut probant mox citatæ auctoritates, ſubminiſtratio iſthæc alimentorum officio Judicis debitorum parcè facienda eſſet, etiamſi ageretur de illis præſtandis ex reditibus
84 patrimonialibus, quantò parciùs illa deberentur in caſu, quo juſto aliquo colore ſubſidiariè ex
85 reditibus etiam Eccleſiaſticis decerni poſſent, illorum *cauſam enim natura præſtat non gratia*, ex Divo *Ambroſio* in alibi relato *Canone eſt proban-*
86 *da*; Et ſanè, ſi redituum Eccleſiaſticorum erogatio, in ſplendidum, & honorificum cultum Beneficiarii, acri ſententiâ damnatur à Divo Ber-
87 nardo in *Epiſtola* 2. *ad Fulconem*, ajente = *conceditur ergo tibi, ut, ſi benè deſervis, de Altario vivas, non autem, ut de Altario luxurieris, ut de Altario ſuperbias &c.*, cujus melliflui Doctoris verba latiùs referunt *Alvar Pelag. de Plantu Eccleſiæ lib.*2. *cap.*28. *fol.*69. *à terg. col.*1. *poſt med.*, *& Adden. ad deciſ.*460. *num.*101. *& ſeqq. part.*4. *tom.* 2. *recent.*, quiſnam propitiis auribus audire poterit conſanguineum petentem à Beneficiario, ut, præter neceſſaria, ſibi ſubminiſtrentur etiam ea, quæ ad commodiorem, vel magis honorifi-
88 cam vitæ ſubſtentationem requiruntur, quando canonica æquitas eoſdem, ſi pauperes ſint, præferendo ſolummodò pauperibus extraneis, ut pauperibus, illis ſubveniendum eſſe, admonet.

Urget etiam contra eamdem D. Comitiſſam, quod, cum ex paternâ ſubſtantiâ conſecuta fuerit congruam dotem, cum quâ paris nobilitatis, ac dignitatis viro sè sè conjunxit, duplex indè conſurgit ratio, ob quam à dicta ſubſidiaria alimentorum conſecutione repelli poteſt.

Prima eſt, quod ipſa agnoſcens, quod, ſi ſua
89 dos ſalva eſſet, fruſtrà officio Judicis illa petet à fratre, obtendit, dotem jam dudùm amiſſam fuiſſe, quod tamen ei prodeſſe nequit, niſi prætereà doceat, nullâ ſuâ culpâ eamdem per- 90
emptam fuiſſe, nam, ſi ipſa culpà non vacet, fruſtrà adversùs fratrem implorat Judicis officium, & ſubſidiarium iſtud remedium, *Rot. d. deciſ.* 4. *num.* 25. *& ſeqq.*, ubi traditur etiam, quod, ſi mulier leviſſimâ tantummodò culpà teneatur, hæc adeò illi noceat, ut, nonniſi ad me- 91
ram vitæ indigentiam alimenta eidem debeantur, & admittitur in *deciſ.* 7. *num.* 22. *& ſeqq. apud Gobb. tract. var.*, *& latè apud Giurb. deciſ.* 6. *num.* 3. *& ſeqq.*, *& num.*10. *& ſeqq.*

Altera eſt, quod, ſi iſtiuſmodi Judicis officium, ex æquitate tantùm indigentibus impenden- 92
dum, ceſſat, quoties adeſt alia perſona, quæ fratri, ſivè ſorori inopi alimenta præſtare teneatur, ut benè ad rem noſtram loquens de alimentis, ex 93
reditibus Eccleſiaſticis Conſanguineo pauperi ſubminiſtrandis, docet *Molin. de Juſtit.*, *& Jur. tom.*1. *tract.* 2. *diſput.* 146. *num.* 8., & de illis, quæ ex Bonis patrimonialibus petuntur, tradiderunt *Caſtill. de aliment. tom.* 8. *cap.* 67. *num.*6. *in fin.* §. *Verùm*, *Larrea deciſ. Granaten. part.*1. *diſput.*47. *num.*26., nulla certè, D. Comitiſſa, ſubſi- 94
diaria alimenta petere poterit à fratre, ſi in humanis adhuc ſit ejus vir, à quo illa Jure actionis conſequi poſſet, tamquam ad eam alendam obligato, *leg. Si cum Dotem* 23. §. *Si autem ff. ſolut. Matrim.* §. *penult. verſ.*, *quid enim agat Auth. quib. mod. noti efficiantur legitimi*, *Sanchez. de Matrim. lib.*9. *diſputat.*4. *quæſt.*2. *num.*19., *Boſſ. de Dot. cap.* 1. §. 6. *num.*105., *Rot. dec.* 673. *n.*6. *part.*3. *rec*, *coram Alexandro VIII. deciſ.* 213. *num.* 1., quippè obligatio hæc adeò incumbit 95
viro, ut uxorem etiam indotatam alere teneatur, *Barboſ. in* 2. *part. Rubric. num.*43. *ff. ſolut. Matrim.*, *Surd. de aliment. tit.*1. *quæſt.* 32. *n.*11., *Sanchez. de Matrim. lib.* 4. *diſput.* 26. *num.* 21., *& lib.* 9. *diſput.* 5. *num.* 8., *Boſſ. de Dote d.* §. 6. *num.* 99., *&* num. 102., *&* 105., *Card. de Luc. eod. tract. diſc.*3. *num.*8., *Rota coram Card. Cerro deciſ.* 43. *num.* 12., *& coram Alexandro VIII. deciſ.* 213. *num.* 7., ubi priùs *num.*5. firmat, ob obligationem hanc alendi uxorem primariò, & principaliter viro inhærentem Patrem, & fra- 96
tres, licèt divites, ab iſtiuſmodi onere eximi; Undè, ſi quâ adhuc ſpes alimenta à fratre conſequendi D. Comitiſſæ ſupereſſet, eâ dumtaxat juvari poſſe videretur, ſi duo hæc jam probaſ- 97
ſet, quod videlicèt dotem nullâ ſuâ culpâ amiſerit, quodque Maritus in eas rei familiaris an- 98
guſtias conjectus reperiatur, ut ipſi alendæ impar prorsùs ſit.

Hæc igitur cum ità ſe habeant, & gratia, quæ hodie petitur, vel ſinè exemplo ſit, vel certè 99
adeò inſolita, ut ſinè juſtâ, urgentique cauſâ haud ità facilè concedi debeat, præſertim verò, quia Dom. Comitiſſa, in Aula Regiæ celſitudinis Duciſſæ Sabaudiæ congrua conſequitur alimenta, ideòque dici nequit detineri, ac premi egeſtate illâ, quæ reditibus Eccleſia- 100
ſticis levanda ſit à fratre, qui ex Canonicâ tantummodo æquitate ſubſidiariè cogi poteſt ad

ſubve-

101 subveniendum sorori, ut pauperi, eam uti talem præferendo pauperibus extraneis, crederem, consulendum reverenter esse Sanctissimo,
102 ut abstineret ab istiusmodi gratiæ concessione, quæ, pernicioso exemplo, sæpè proponi poterit; Certiùs, quia eadem fortè parum profutura erit D. Comitissæ, quæ illam consequi exoptat, ut, submotis litium ambagibus, celeriter alimentariam aliquam præstationem consequatur, cujus tamen voti haud ità facilè compos fiet, quia,
103 si gratia hæc concederetur, inaudito fratre, expedienda utique foret in formâ commissariâ, vel cum clausulâ : *veris existentibus narratis*,
104 quo casu, cum juri tertii derogatum dici nequeat, denegari non poterit appellatio ab illius
105 executione, requirente judicialem rei cognitionem tàm super verificatione narratorum, quàm etiam super congruâ taxatione, adversus cujus excessivitatem, si qua adesset, reclamari posset; quamobrem vitare ipsa nequibit lites illas, quæ
106 plurimæ agitatæ fuerunt occasione illarum gratiarum, quarum vigore aliqui de familiâ Justinianâ, vel de Consanguineis Marchionis Vincentii admissi fuerunt ad participationem redituum Multiplici, ab illo ordinati, adversus quas gratias licèt vel motu proprio, vel in formâ gratiosa, aut ad futuram &c. obtentas, concessa etiam fuit oris aperitio, ut, omissis aliis, perspici potest ex alibi allegata *decisione 57. apud Balducc. in collect. decis.*, & *rer. Judicat. titul. 3.*

Aretina.

Canonica portio non debetur Episcopo ex opulenta hereditate, ad Oratorium Sancti Philippi Nerii ex testamento delatâ, quoties ejus Oratorii Sacerdotes à Testatore rogati fuerint perpetuas ad Deum preces fundere in suæ, & Consanguineorum, omniumque animarum purgantium suffragationem, *nel modo però, che a loro più piacerà*, ipsique universam hereditatem erogare velint in ædificationem Ecclesiæ, & Domus religiosæ, quibus indigent.

VOTUM XIX.

1 *Canonica Episcopi portio quota sit?*
2 *Canonica Episcopi portio varia est secundùm variam locorum consuetudinem.*
3 *Et pro eâ decernendâ ad locorum consuetudines est recurrendum*, & num. 16.
4 *Unaquæque provincia in suo sensu abundat.*
5 *Canonica Episcopi portio tota per consuetudinem tolli potest.*
6 *Pro Canonicæ portionis Episcopi quantitate decernendâ, si de consuetudine dubitari contingat, vel ea varia sit in vicinis Ecclesiis, illa consuetudo spectanda est, quæ minorem inducit summam.*
7 *Nec consuetudo domicilii Testatoris, sed loci Ecclesiarum attendenda est.*
8 *Deficiente verò consuetudine, erit quarta portio*, & num. 14.
9 *Canones posteriores servandi sunt.*
10 *Jura, quando diversa sunt, quod minimum, semper est sequendum.*
11 *Canonicam Episcopi portionem inductam esse non à jure, sed à consuetudine, verum non est.*
12 *Canonica Episcopi portio consuetudine augeri potest usque ad tertiam, vel dimidiam.*
13 *Et minui etiam infra quartam.*
15 *Pro canonicæ portionis Episcopi quantitate statuendâ, præscriptionis forma attenditur.*
17 *Canonica portio inducta fuit ob paupertatem Episcoporum.*
18 *Cessante paupertatis causâ, cessare debet effectus.*
19 *Canonicam portionem Episcopis hodie non deberi, aliqui sentiunt.*
20 *Quartam partem decimarum, & redituum ex oblationibus fidelium, ne Episcopi divites accipiant, sanxit Concilium Parisiense.*
21 *Canonicam portionem etiam num Episcopis deberi, verius est.*
22 *Canonicæ portionis inducendæ multiplex causâ fuit*, & num. 33.
23 *Episcopus curam gerit omnium Ecclesiarum suæ Diœcesis.*
24 *Canonicam portionem Episcopus percipit, ut inde habeat emolumentum, undè, & onus.*
25 *Legitima portio debetur Patri, & Patrono in Bonis filii, & liberti.*
26 *Episcopus Ecclesiarum Pater est, & Patronus.*
27 *Canonica portio non debetur Episcopo, quando Ecclesiæ inopes sunt.*
28 *Concilium provinciale, vel nationale habetur tamquam lex municipalis illius regionis.*
29 *Procurationis causâ Episcopus nihil accipere potest pro visitatione testamentorum etiam ad pios usus, præter id, quod ex Relictis piis jure debetur.*
30 *Præter canonicam portionem nihil amplius debetur Episcopo ex piis Relictis.*
31 *Pro Canonicæ portionis detractione Episcopus fundatam habet intentionem*, & num. 40.
32 *Canonica portio Episcopo debetur ex omnibus iis, quæ Ecclesiis, aliisque piis locis fidelium devotione adquiruntur.*
34 *Non debetur tamen ex iis, quæ in Ecclesiæ ædificationem, aut ornatum, aut pro animâ Testatoris, atque ad perpetuum Dei cultum relinquuntur*, & num. 45.
35 *Ex hereditate pio loco relictâ, canonica portio Episcopo debetur.*
36 *Episcopi causa pro canonicâ portione favorabilior est, quàm Ecclesiæ heredis institutæ.*
37 *Ecclesia heres instituta fovet causam merè lucrativam.*
38 *Canonicam portionem ex opulentâ hereditate*

non impedit onus unius Missæ quotidianæ, heredi adjectum.

39 *Saltem respectu ejus, quod supereſt.*

41 *Canonica Episcopi portio non detrahitur ex iis, quæ Testator relinquit propriis operibus in genere, si Executores opera eligant, hujusmodi detractioni minimè obnoxia.*

42 *Dummodò id bonâ fide faciant.*

43 *Distributio, quam Executor facit, ab ipso Testatore facta censetur.*

44 *Pia opera eligendi facultas liberè tributa censetur per institutionem heredis cum onere* di pregare, e far pregare &c. nel modo però, che a loro più piacerà.

46 *Canonica portio non detrahitur ex piis Relictis in ædificationem Ecclesiæ, etiamsi aliquid supereſſet.*

47 *Canonica portio Episcopo debetur ex piis Relictis, quæ in fraudem Episcopi erogantur in opera, huic detractioni non obnoxia.*

48 *Dolus, & fraus nemini prodesse debent, neque tertio nocere.*

49 *Testator Presbyteros, Instituto S. Pilipii Nerii addictos nuncupans* = Degni e Religiosi Padri dell' Oratorio = *formale Oratorium erigi voluisse censetur.*

50 *Qui secundùm Testatoris voluntatem aliquid facit, in fraudem Episcopi, aut canonicæ portionis illi debitæ facere non dicitur.*

CUm nuper ex hac vita migraverit nobilis, & egregius vir Abbas Cosmus de Seristoris, condito testamento, in quo pinguis, & opulenti patrimonii sui heredem universalem instituit Ven. Oratorium S. Philippi Nerii Terræ Castilionis Florentini, nullo alio adjecto onere, quàm Missæ unius quotidiè celebrandæ, & eleemosynę elargiendæ Patribus Cappuccinis, Reverendiſſimus Episcopus Aretinus, uti Ordinarius præfati loci, contendit, ex hujusmodi pio Relicto detrahendam esse canonicam portionem, sibi de Jure debitam, eamque esse tertiam partem hereditatis.

At contrà, Sacerdotes Oratorii sustinent, hujusmodi detractioni locum non esse, eò, quod, cum hactenus d. Oratorium non fuerit, nisi simplex Congregatio quatuordecim Presbyterorum simul non conviventium nec habitum gestantium, aut quidquam facientium conforme Regulæ, & Instituto S. Philippi, ipsi modo statuerint illud formaliter erigere ex reditibus d. hereditatis, eos videlicet erogando in ædificationem Ecclesiæ, & Domus prò commoda Patrum habitatione, ut in posterum simul convivere possint, eaque omnia peragere, quæ ex præscripto Instituti S. Philippi, ejus Alumnis conveniunt, reliquos verò destinando in alia pia opera, quæ hujusmodi detractioni obnoxia minimè sint; Et præterea, quatenùs etiam præfata portio favore Episcopi detrahenda esset, non tertiam, sed quartam solùm hereditatis partem deberi, dicunt.

Quamobrem rogatus ego, ut quid hac in re sentiam, prò veritate dicere velim; injuncto muneri libenter manum admovens, priùs, quanta sit dicta portio, constabilire satagam, & deindè utrum ea debeatur nec ne accuratius prò viribus explanare curabo.

Rem autem ordiendo à primo, etsi omnes Canones concordes sint in canonica portione Episcopo assignanda; attamen in quotâ convenire minimè videntur; Nam alii eam in tertiâ parte constituunt, ut habetur in *Canon.* 7. *de his, cauſ.* 10. *quæſt.* 1., ibi = *De his tamen, quæ Altari accesserint tertia pars fideliter Episcopis deferatur* = *Canon. devenimus* 10. *cap. pariter* 10. *quæſt.* 1., ibi = *Ab Episcopis autem tertia, ex omnibus accipiatur, sicut antiquâ traditione novimus, esse statutum* = *& Canon. Constitut.* 62. *cauſ.* 16. *quæſt.* 1.; Alii verò medietatem, ut *Canon. antiquos* 8. *cap.* 10. *quæſt.* 1., ibi = *antiquos Canones relegentes, priora statuta credimus renovanda, ut de his, quæ Altari oblatione fidelium conferuntur, medietatem sibi Episcopus vindicet* = Alii demum quartam partem decernunt, ut *Canon. Vobis* 23., *Canon. Vulteranæ* 25. *Can. conceſſo* 26., *& seqq. cauſ.* 12. *quæſt.* 2. *cap. de quarta de præscript.*, *& cap. conquerente de offic. ordin.*

Rectè itaque *Gloss. in cap. Officii de testament. litera C*, dicit, hanc canonicam portionem variam esse, & diversam secundùm variam locorum consuetudinem, ad quam propterea meritò recurrendum esse prò justâ illius quantitate decernendâ, expressè sancivit Summus Pontifex Clem. III. *in cap. certificari* 9. *de sepult.*, ibi = *Cum autem super hoc articulo diversa Antecessorum nostrorum manaverint Instituta, Leone justitiam illam, quandoque tertiam partem, quandoque mediam, & Urbano quartam fore censentibus: nos tale præbemus in hac varietate Responsum, ut sicut B. Hieronymus inquit, unaquæque Provincia in suo sensu abundet: secundùm rationabilem consuetudinem regionis illa justitia circà medietatem, vel tertiam, aut quartam partem pro locorum diversitatibus attendatur* = idemque statuit etiam Summus Pontifex Innocentius III. *in cap. requisisti* 11. *de testament.*, ibi =, *& quidem regulariter verum est, quod Episcopus debet de his secundùm diversas consuetudines tertiam, vel quartam portionem habere* =, *& ibi Gloſſa litera B.*, & consonat altera *Gloſſa in cap. de his ultim. de testament. litera A*, & tradunt communiter Doctores, præsertim *Hostiens. in dict. cap. certificari*, ubi, quod etiam tota per consuetudinem tolli possit, quod notabile, & singulare asserit *Alb. in dict. cap. de quarta in* 2. *notab. de præscript.*, *Ludovic. Bell. conſ.* 99. *nu.* 6., *& seq.*, *Tusch. practic concluſ. litera Q*, *concluſ.* 22. *num.* 10., *Barbos. de jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 19. *nu.* 6., *Lap. de Castellion. de Canonic. portion. §. Quia de canonica num.* 4., *& seqq.*, *& num.* 65., *Petr. de Ubald. de Canonic. Episcop.*, *& Paroch. cap.* 2. *num.* 1., *& seqq.*, *bon. mem. Canonic. Raynald. observat. criminal. tom.* 4. *supplet.* 3. *ad cap.* 32. *num.* 39.

Quod si de consuetudine dubitari contingat, aut

aut variæ sint consuetudines in vicinis Ecclesiis, tunc illa consuetudo attendi debet, quæ minorem inducit summam, quia in illa omnes consuetudines concordant, ità *Gloss. in dict. cap. certificari de sepultur. litera O, Lap. de Castellione de Canon. portion. dict. cap. §. Quia de canonica num. 65.*, ubi etiam inquit, ad istum effectum 7 minimè inspiciendam esse consuetudinem loci Domicilii Testatoris, sed consuetudinem loci Ecclesiarum, quando autem nulla est con- 8 suetudo, vel ea non probatur, portio canonica erit quarta, tantam enim illam esse de jure communi, receptum est, ob eam rationem, quia nimirum Jura, quæ illam in hac quantitate decernunt, nempè *Canon. Vulteranæ caus. 12. quæst. 2. cap. de quarta de præscript., cap. conquerente de offic. ordinar.*, & reliqua superiùs allegata sunt aliis posteriora, & ideò servanda, *leg. Diem proferre §. Si plures ff. de recept.*; præ- 9 10 sertim, quia in diversitate Jurium, quod minimum est, semper sequendum, *leg. minimis ff. de legat. 3.*, & ità firmat *Bald. cons. 270. in princip. vers. est autem canonica portio lib. 4.* relatus *à Cardin. Tuscho practicar. conclus. litera Q, conclus. 22. num. 10.*, *Ludovic. Bell. dict. cons. 99. num. 5.*, *& seqq.*, *Canonic. Raynald. observat. criminal. tom. 4. supplet. 3. ad cap. 32. numer. 39.*, *& traditur à Thomasino de re Benefic. part. 3. lib. 2. cap. 18. num. 3.*, *& 13.*, *Petra ad constitut. apostolic. tom. 2. pag. 22. nu. 13. & seqq.*, *& pag. 332. num. 90.*, ubi quod ista portio regulariter est quarta, *Lap. de Castellion. de canonic. portion. §. Quia de canonica num. 3.*, ibi = *De jure tamen communi est quarta* =, *& numer. 64.*, ibi = *Dicas, quod quarta est canonica portio de jure communi* = *Petr. de Ubald. de canon. Episcop.*, *& Paroch. dict. cap. 2. num. 1.*, ibi = *Dicas, quod omnes Canones concordant in canonicâ dandâ Episcopo, sed in quotâ discordant, de jure tamen communi est quarta, ut in juribus ultimo loco allegatis, quæ jura posteriora sunt, & ideò servanda, & quia, quod minimum, est tenendum* =, *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 19. num. 8.*

Et licèt *Gloss. in cap. conquerente de offic. Or-* 11 *din.* dicat, hujusmodi quartam non esse à jure communi inductam, sed potiùs ex consuetudine: Attamen ista opinio est communiter reprobata, ut testatur *Rota coram Seraphino decis. 1449. num. 4.*, cujus meminit *Adden. ad Ludovis. decis. 519. num. 4. litera A*; Et sanè *Innocentius*, *& Hostiensis in eodem cap. conquerente* contrarium tenent, quod nimirum dicta quar- 12 ta sit de jure communi, quamvis ex consuetudine possit augeri usque ad tertiam, vel medietatem, proindeque optimè *Lap.*, *& Petr. de Ubald.* in locis proximè citatis asserunt, jura loquentia de tertiâ, & medietate, communiter allegari, & procedere ex consuetudine, juxtà quam dicta portio augeri, & minui potest, ut dictum est, & præceteris tradit *Lap. de Castellone de Canon. portion. dict. §. Quia de canonica n. 64.*, ibi 13 = *circà prædicta dubitatur, an teneat consuetudo, quod minùs quartâ detur, vel ultrà medietatem*

detur pro canonica: non videtur, quia canonica per consuetudinem approbata, per Canonem restringitur ad tertiam, vel medietatem, dicas, quod valet consuetudo in quacumque quota, dummodò sit præscripta, cap. olim &c. quantum autem ad quotas expressas in cap. certificari, non requiritur, quod consuetudo sit præscripta, facit &c. & ità tenet Hostiens. &c. immò in casu requiritur, quod consuetudo sit præscripta = Cum ceteroquin, attento jure communi, nonnisi quarta 14 pars Episcopo debeatur; Rem igitur concludo cum eodem *Lapo*, qui loco mox allegato *sub num. 65.* loquitur his verbis = *notandum ergò, quod quota sit hæc canonica, consideremus jus commune, aut consuetudinem, aut præscriptionem; si jus commune, tunc canonica est quarta, ut cap. certificari; si consideremus præscriptionem, tunc* 15 *præscriptionis forma attenditur, cap. veniens de præscript.; si verò consideremus consuetudines,* 16 *tunc consideratur similiter consuetudinis forma, ut dict. cap. certificari* =.

Progrediendo nunc ad examen principalis Dubii, utrum nempè dicta canonica portio Episcopo debeatur in casu nostro, primo rei obtutu absolutè dicendum videbatur, illam non deberi; Spectatâ namque origine, & causâ dictæ cano- 17 nicæ portionis, patet, illam antiquitus inductam fuisse ob paupertatem Episcoporum, ut notat *Gloss. in canon. de his 10. quæst. 1.*, *Ludovic. Bell. dict. cons. 99. num. 1.*, *Petr. de Ubald. de canonic., Episcop.*, *& Paroch. cap. 1. num. 1.*, *Canonic. Raynald. observat. crimin. tom. 4. supplet. 3. ad cap. 32. num. 38.*, quæ sanè causa cum hodiè 18 cesset, cessare debet etiam effectus ab illa promanans; quamobrem *Glossa in dict. canon. de his* expresè tenet, hodiè illam nullo pacto debe- 19 ri, ibi = *hodiè autem cum sint divites, nihil habebunt præter Cathedraticum, ut infra canon. 1. quæst. 3.*, & paulò post, quam dixit, Episcopum habere solùm quartam decimarum, subdit = *De aliis reditibus nihil habet de consuetudine generali, & præscripta Episcopus, licèt prædicta capitula, & alia videantur dicere contrarium* =, & innuit citatus *Petr. de Ubald. de canon. Episcop. dict. cap. 1. num. 1.*, optimèque confert Consti- 20 tutio Concilii Parisiensis relata à *Thomasin. de re Benefic. part. 3. lib. 2. cap. 18. num. 3.*, quæ ità loquitur = *Et quamquam authoritas canonica doceat, ut quarta pars Decimarum, & redituum ex oblationibus fidelium in usus Episcoporum cadat, ubicumque tamen Episcopus sua habet, suis contentus sit: ubi autem nihil rerum Ecclesiæ suæ habet, accipiat de memorata quarta parte sibi, suisque, non quod avaritiâ, quod absit, suaserit, sed potiùs, quod necessitas compulerit; Ceterum si accipiendi nulla necessitas urserit, nihil de memorata quarta parte accipiat, sed usibus Ecclesiarum, & pauperibus Christi impertiendam secundùm suam dispositionem relinquat* =.

Verumtamen contraria opinio verior, ma- 21 gisque recepta videtur; Licèt enim fortè Episcoporum paupertas priscis illis temporibus causa fuerit extrinseca, atque motiva dictæ portionis

inducendæ, tres tamen potiſſimùm intrinſecæ cauſæ communiter à Doctoribus afferuntur, ob quas hujuſmodi portio favore Epiſcopi inducta
22 fuit, prima nempè in recognitionem ſuperioritatis, ut contingit in aliis Juribus, Epiſcopo competentibus, de quibus *in cap. conquerente de offic. Ordin.*, ſecunda ob communicationem, quæ
23 inter Epiſcopum, & Eccleſias illi ſubjectas reperitur, *cap. requiſiſti verſ. ſecus de teſtament*; Tertia ob Epiſcopale onus, & curam, quam Epiſcopus habet omnium Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, & cœleſte pabulum, quod illis impartitur, ut ex *cap. 1. de ſepultur.*; Epiſcopus enim
24 tantis oneribus gravatus, hanc percipit portionem, ut indè habeat emolumentum, undè, & onus, *cap. 1. de ſepultur.*; Eſſet quippè contrà rationem, ſi Epiſcopus, cui commiſſa eſt cura, & ſollicitudo ſuæ Diœceſis, nihil indè emolumenti conſequeretur; rectè igitur, ſicuti Patri,
25 & Patrono, debetur legitima portio in Bonis filii, & liberti, ità etiam debita videtur Epiſco-
26 po, qui Pater ſpiritualis eſt, & Patronus Eccleſiarum, ut benè hæc omnia notant *Hoſtienſ. in ſumm. de ſepultur.*, *Doctores in cap. Officii*, & *cap. de his de teſtament.*, *Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 86. num. 1. & ſeq.*, & *de jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 19. num. 5.*, *Lap. de Caſtellion. de canon. portion. §. Quia de canonica num. 1. & ſeq.*, *Petr. de Ubald. de canonic. Epiſcop.*, & *Paroch. cap. 1. num. 2. 3. & ſeqq.*, *Petra ad conſtitut. Apoſtol. tom. 2. pag. 332. nu. 90.*; ex quibus cauſis, & rationibus Epiſcopos etiam hodie, tametſi divites, hujuſmodi portionem detrahere poſſe, poſt *Lemaiſtre de juribus Epiſcop. lib. 2. cap. 2.*, probat *Gonzal. in cap. de his verſ. tamen contrarium de teſtament.*, *Ludovic. Bellon. dict. conſ. 99. nu. 3.*, ibi = *Et quamvis divites facti fuerint Epiſcopi, manſit tamen ſemper ipſe &c.*, *Canonic. Raynald. in dict. ſuppletion. 3. ad cap. 32. ſub num. 38. & 45.*, *& ſeqq.*

Nec ſequenda videtur opinio *Gloſſ. in dict. canon. de his 10. quæſt. 1.*, tum quia ſingularis eſt, tum etiam, quia locum ſibi vindicare po-
27 teſt in caſu, quo Eccleſiæ inopes ſint, nec habeant unde poſſint expenſis neceſſariis ſubvenire, in quibus terminis certum eſt, canonicam portionem Epiſcopo non deberi, ut explicando *Textum in Canon. 1. 10. quæſt. 3.* à præfatâ Gloſsâ allegatum tradit, *Gonzal. loco mox citato ex cap. de his de teſtament.*, ut etiam non turbat *Petr. de Ubald. in dict. cap. 1. num. 1.*; Solummodò enim refert opinionem aliquorum ità ſentientium, at ipſe quoad hoc nihil firmat, & potiùs contrarium ſentire videtur, dum immediatè procedit ad examen dictæ portionis, quod ſuperfluum eſſet, ſi illam hodiè ampliùs non deberi, cenſeret, idemque ſupponere videntur omnes Doctores, de eâ agentes; Conſtitutio demum Concilii Pariſienſis non officit, quia, cum dictum
28 Concilium non fuerit generale, ſed provinciale, ſeù potiùs nationale, ut videre eſt apud *Baron. annal. tom. 9.* ad annum Chriſti 829., habetur tamquam lex municipalis illius Regionis, omnemque ſubmovet difficultatem diſpoſitio Sacri Conſilii Tridentini *cap. 3. ſeſſ. 24. de reformat.*, quo loci agendo de viſitatione Epiſcoporum, prohibet illos quidquam accipere procura- 29
tionis cauſâ pro viſitatione etiam teſtamentorum ad pios uſus = *præter id, quod ex Relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine* = quibus
tanè verbis utique permiſſa dicitur Epiſcopis de- 30
tractio canonicæ portionis, cum, præter illam, nihil aliud habeatur, quod de juris cenſura Epiſcopis debitum ſit ex piis Legatis, ideoque verba Concilii ad dictam portionem omninò referri debent, ut optimè obſervat *Raynald. dict. ſuppletion. 3. ad cap. 32. ſub num. 38. verſ., & hæc quarta, & num. 49.*

Hæc itaque portio, hodiè dum competens Epiſcopis, tametſi divites facti fuerint, rectè in caſu, de quo agitur, vindicari poſſe videbatur à Reverendiſſimo Epiſcopo Aretino, ipſe enim tam- 31
quam Ordinarius pro illius detractione fundatam habere dicitur intentionem in jure communi, *Barboſ. de jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 19. num. 7.*, *Rota coram Gregorio XV. deciſ. 519. num. 1.*, *ibique Adden. num. 4.*, *inter diverſ. deciſ. 31. numer. 5. part. 1.*, *in recent. deciſ. 402. num. 1. part. 2.*, il-
li expreſsè tribuente canonicam portionem ex 32
omnibus iis, quæ Eccleſiis, aliiſque piis locis ſuæ Diœceſis fidelium devotione acquiruntur, juxta Textus apertos *in Canon. 1. & 2. quæſt. 3.*, *cap. de quarta de præſcript.*, *cap. conquerente de offic. Ordin.*, *cap. officii*, & *cap. requiſiſti de teſtament.*, & receptiſſimam opinionem, de qua *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 109. num. 56.*, *Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 86. num. 1.*, *& ſeqq.*, *Cyrill. Epiſcop. Neocaſtrenſ. quæſtion. jur. cap. 68. num. 11.*, *Petra ad Conſtitut. Apoſtol. tom. 2. pag. 332. num. 90.*, *Panimoll. deciſ. 5. annotat. 4. num. 11.*, apud quos concordan., ob rationes ſuperiùs ponderatas, 33
nimirum Juriſdictionis, & oneris Epiſcopalis, atque communionis, quam habet Epiſcopus in Eccleſiis ſuis, quas paſſim, & communiter recenſent nedum Doctores, in ſuperioribus locis allegati, verùm etiam quotquot de hac materiâ tractantes allegari poſſunt, qui quidem Doctores ab hujuſmodi detractione ſolùm excipiunt 34
ea, quæ aut in Eccleſiæ ædificationem, & ornatum, aut pro anima Teſtatoris, & anniverſariis, atque ad perpetuum Dei cultum relinquuntur, ex clara diſpoſitione *cap. ultim. de teſtament.*, quam ſequuntur, & exornant omnes præcitati Doctores, & præſertim *Tuſch. pract. concluſ. litera Q, concluſ. 21. num. 63. & 69.*, *Cyrill. dict. cap. 68. numer. 11.*, *aliique plures apud Barboſ. de poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 86. num. 23.*, *& de jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 19. numer. 22.*, *Rota coram Seraphin. deciſ. 726. num. 4.*

Inde autem ſequi videbatur, quod, cum in noſtrâ hypotheſi pius Teſtator reliquerit Oratorio Sancti Philippi Nerii pinguem hereditatem ſcutorum 70000. circiter, illamque in nullum ex præfatis uſibus privilegiatis erogari mandaverit, 35
ſed Oratorium prædictum liberè, & abſolutè here-

heredem instituerit, inde, inquam, sequi videbatur, quod canonicæ portionis detractio ex hujusmodi pio Relicto Episcopo denegari non possit, ad tradita per *Petr. de Ubald. de canonic. Episcop. cap.3. num.14.*, *& cap.4. quæsit. princip. 7. num.21.*, ubi de Oratorio, præsertim, quia
36 ipsius causa, utpotè proveniens ex jure Episcopali propter onera, quæ sustinet, favorabilior est, quàm causa Ecclesiæ heredis institutæ, quæ fo-
37 vet causam mere lucrativam ratione Institutionis, ut observat idem *Petr. de Ubald. dict. cap. 3. num.16.*, nullâ habitâ ratione oneris Missæ
38 unius, quotidiè celebrandæ, & eleemosynæ impertiendæ Patribus Capuccinis, quippè onus istud respectu adeò pinguis, & opulentæ here-
39 ditatis admodum leve est, ideoque attendi non meretur, & saltem de eo, quod supereſt detractis dictis oneribus, canonica Episcopo debebitur, juxtà firmata à *Petr. de Ubald. de canon. Episcop. cap.7. num.60.*, *& seqq.*

Verùm enim verò, tametsi hæc, quæ pro Reverendissimo Episcopo afferri possent, gravia sint, graviora tamen mihi videntur ea, quæ urgent favore Patrum, undè in contrariam sententiam libentiùs irem; Quamvis enim dubium
40 non sit, Episcopum habere intentionem fundatam in jure pro detractione canonicæ portionis ex omnibus Legatis, sive alio modo relictis Ecclesiis, aliisque piis locis suæ Diœcesis, certum
41 tamen est, etiam, quod, si Testator relinquat pro operibus piis in genere, & Executores eligant opera, hujusmodi detractioni minimè obnoxia,
42 dummodo id bonâ fide faciant, & non in fraudem Episcopi, dictæ detractioni locus non est, ut in puncto firmant *Covaruv. in dict. cap. ultim. de testament. num.7.*, *Bald. cons.506. alias final. num.2. vers. sed pone lib. 2.*, *Barbos. de potest. Episcop. part.3. allegat. 86. num. 23.*, *& de jur. Eccles. lib.3. cap.19. num. 24.*, *Panimoll. decis. 5. annotat.4. numer. 49.*, *Rota coram Seraphin. decis. 726. num. 5.*, eam adducentes rationem,
43 quia distributio, quam facit Executor, facta censetur ab ipso Testatore, per *Text. in leg. unum ex familia §.1. ubi Doctores ff. de legat.1.*

Iste autem est casus noster, nam Testator, heredem instituendo Ven. Oratorium Sancti Philippi Nerii, enixè rogavit illius Patres = *a ricordarsi, e non scordarsi mai di pregare, e far pregare l'Onnipotente Dio, e la Santissima Vergine Madre di concedermi la gloria del Paradiso, siccome a far l'istesso per l'anima dei miei Defonti, e di tutto il Purgatorio nel modo, e maniera però, che a loro più piacerà non intendendo gravarli in una maniera più, che in altra* = undè patet, illos,
44 tametsi sinè ullâ speciali destinatione gravatos ad pia opera peragenda, donatos fuisse plenariâ, & liberâ facultate eligendi pia opera, quæ mallent, dum absque ullâ eorum determinatione absolutè, & simpliciter rogantur = *di pregare, e far pregare &c. nel modo, e maniera però, che a loro più piacerà, non intendendo gravarli in una maniera più, che in altra* =.

Cùm itaque Patres Oratorii, quorum arbitrio commissa fuit electio piorum operum, utendo facultate, ipsis à Testatore tributâ, statuerint reditibus dictis hereditatis erigere formale Oratorium cum Ecclesia, & Domo, in qua ipsi si- 45
mul congregati, vitamque simul agentes, dici possint veri sectatores Divi Philippi, ejusque Instituti, quod sanè opus præcipuum est inter ea, quæ detractioni canonicæ portionis minimè subjacent, ut perspicuè disponitur *in dict. cap. ultim. de testament.*, verbis illis = *de his, quæ in ornamentis, vel prò cereis, seu fabrica, luminaribus, anniversario 7. 20. 30. die, sive aliis ad perpetuum cultum Divinum legatum Ecclesiis, vel reliquis piis locis canonica portio (dummodò in fraudem non fiat, ut eâ Episcopus, sive Parochialis Ecclesia debeat defraudari) deduci non debet* =, consequens est, ut hujusmodi portionem Episcopus vindicare non possit, ut in specie tradunt omnes Doctores suprà relati; Idque procederet, etiamsi, præter expensas fabricæ, aliquid 46
supereſſet, quia nihilominùs de eo, quod supereſt, portio Episcopalis non solvitur, *Roman. cons. 233. numer.3. vers. quo autem ad secundum*, ubi Apostilla citat plures, *Tusch. pract. conclus. lit. Q. conclus.21. num.64.*

Certiùs verò, quia dict. electio à Patribus facta dici nequit animo fraudandi Episcopum portio- 47
ne suâ, quo casu illa omninò deberetur, per *Text. in cap. officii*, *& cap. final. de testament.*, *Bald. cons.500. num.2. lib.2.*, *Lap. de Castellion. de canonic. portion. §. Quia de canonica num.25.*, *Petr. de Ubald. de canon. Episcop.*, *& Paroch. cap.7. num.4.*, *& 7.*, *& cap.9. num.15.*, & alii *apud Barbos. de jur. Eccles. lib.3. cap.19. n.25.*; Dolus enim, & fraus non debent alicui patro- 48
cinari, neque ut commodum consequatur, neque ut tertio præjudicium irrogetur, *Barbos. de offic.*, *& potest. Episcop. part.3. allegat.86. num. 32.*, sed summâ bonâ fide expleta dicenda est, cum reverâ illi, ut suum institutum exercere possint, indigeant ædificatione Ecclesiæ, & Domus, eademque electio, sivè declaratio conformis esse videatur menti Testatoris, qui, dum Presbyteros, d. instituto addictos, in testamento nuncupavit Religiosos, & Patres, ibi = *degni Re- 49
ligiosi Padri dell' Oratorio* = formale Oratorium erigi voluisse censetur, in quo dicti Presbyteri religiosam vitam ducerent, cum alioquin in præsenti nullum in ipsis Religionis vestigium, aut in habitu, aut in actibus, aut in communi vivendi ratione considerari possit, undè tales à Testatore appellari deberent; Quamobrem, cum præfati Sacerdotes talem electionem faciendo, con- 50
sentaneè ad Testatoris voluntatem id egerint, quod ipsis de jure licebat, nullam injuriam Episcopo intulisse dici possunt, minùsque in fraudem illius ità declarasse præsumuntur, suo namque jure usi, id egerunt, *cap. cum Ecclesia Vulterana de elect.*, *Petr. de Ubald. de Canonic. Episc. cap.4. quæst. princ. num.14.*

Cala-

Calaritana Canonicatus.

Beneficii reservatio ratione Curialitatis cessat, si mors ultra duas dietas contigerit; Cessat itidem reservatio desumpta ex Prothonotariatu, deficientibus literis patentibus, seu Prothonotariatus privilegio. Reservatio ipso jure, ipsoque facto, & absque eo quod sententia declaratoria præcesserit, in Curia, juxta Decretum Eminentissimi Urbis Vicarii, inducitur, si statuto tempore quis non se conferat ad residentiæ locum.

VOTUM XX.

1 *Reservatio ut anteriorem annullet provisionem, clara, atque indubitata esse debet.*

2 *Reservationem ex Curialitate induci, indubitatum est.*
Hæcque fuit prima reservatio inducta per Clementem III. *seu, ut alii vocant,* IV., ibid.

3 *Per eamque reservata fuerunt Beneficia omnium Curialium, atque aliorum, qui sequuntur Curiam, si decedant apud S. Sedem.*

4 *Reservatio ejusmodi est localis; estque sola, & unica reservatio, quæ sit clausa in corpore juris.*

5 *Aliæ, quæ post eamdem reservationem prodierunt, Apostolicæ Constitutiones clausæ in corpore juris, novas reservationes non induxere, sed solùm explicarunt mentem Pontificis,* & num.8.

6 *Vacantia apud S. Sedem intelligitur de Beneficiis quorumcumque ad Curiam venientium, sivè ab ea recedentium, aut etiam Curialium, si eos in Locis Curiæ vicinis mori contingat.*

7 *Loca autem Curiæ vicina dicuntur, quæ ultra duas dietas legales, a Curia non sint remota.*

9 *Officiales Papæ, & Curiæ Romanæ antea comprehendebantur sub generali Curialium expressione.*

10 *Illorum Beneficia, etiamsi ultra duas dietas decedant, semper in Curia vacare dicuntur.*

11 *Reservatio omnis cessat, quoad simplices Curiales decedentes ultra duas dietas, posito etiam animo redeundi ad Curiam.*

12 *Ex Prothonotariatu reservatio inducitur, licèt quis non fuerit de participantium numero, & creatio, ab inferiore emanaverit.*

13 *Immò, etiamsi non principaliter Prothonotarius creatus fuerit, sed tantùm accessoriè talis extiterit ratione officii.*
Quales sunt Equites Pii, Equites Lilii, ac similes, ibid.

14 *Prothonotariatus qualitatis probatio deficere dicitur, si literæ patentes, vel Prothonotariatus deficiat privilegium,* & num.18., *Limita,* ut num.20.

15 *Ex Prothonotariatu ut reservatio inducatur, non sufficit literarum expeditionis probatio; sed etiam acceptationis factæ per eum, in cujus favorem literæ cantant, probatio requiritur, saltem præsumptiva.*
Resultans, vel ex impensa necessaria expeditioni illarum, ibid, & num.19.

16 *Vel ex usu pilei, & insignium, a Prothonotariis deferri solitorum.*

17 *Vel quia Prothonotarium se quis nominaverit in proportionatis actibus, ab ipso gestis.*
Declara, deficientibus literis, non sufficere præsumptionem acceptationis, ex usu pilei, ac insignium desumptam, num.21., *ratio* ibid.

20 *Prothonotariatus collatio facta ab inferiore a Papa, per Testes, ac etiam sinè literis probari potest.*

22 *Prothonotariatus qualitas, ut excludatur, satis est possibilitas, quod pileo, ac insignibus quis uteretur ad se Prothonotarium ostendendum, licèt re ipsà non esset talis.*

23 *Substantià principalis alicujus probationis deficiente, nihil de adminiculis, nullo fundamento innixis, curandum est.*

24 *Vacationum, seu reservationum pluribus speciebus narratis cum clausula generali,* quovis modo, *unam ex eis verificari sufficit.*

25 *Intellige, si modò ejusmodi narrativa copulativè, & conjunctivè facta non fuerit, tunc enim utramque expressam vacationem, seu reservationem justificari, oportet.*

26 *Reservationes singulares Beneficiorum exprimere non est necesse.*

27 *Vacatio ipso jure, & ipso facto in Curia, juxta Decretum Eminentissimi Urbis Vicarii inducitur, si statuto tempore quis non se conferat ad residentiæ locum.*
Nec ulla requiritur Sententia declaratoria, num.32., & 33.

28 *Pœna ubi ipso jure, vel ipso facto imposita est, an Sententia facti declaratoria debeat præcedere, apud Doctores controversum est.*

29 *Alii enim affirmativam, alii negativam tuentur,* & num.30.

31 *Receptum tamen communiter est, declaratoriam non requiri, ubi agitur de facto notorio, ac manifesto.*

33 *Dictio* = dumtaxat = *taxativa est, omnesque alios excludit casus non expressos.*

34 *Provisio a S. Sede fieri potest, etiam non expectatâ Sententiâ declaratoriâ contraventionis, nec citato possessore.*

35 *Sententia declaratoria contraventionis non cadit super pœnâ, sed super facto.*

36 *Sententiâ declaratoriâ contraventionis nondum latâ, si decedat possessor Beneficii, istud non per privationem, sed per obitum vacare dicitur.*
Limita, ubi privatio non sit ab homine, sed a Lege, num.37., *& ratio* ibid.

37 *Lex vacationem inducit eo momento, quo in eam commissum est.*

38 *Beneficia medio illo tempore inter contraventio-*

tionem, ejusdemque declaratoriam non possunt vacare, & non vacare.

Tempus enim, quo Beneficium vacat, momentaneum, atque individuum est, ibid.

39 *Beneficii vacatio ipso jure, verificatur, quando contraventio committitur, non quando sequitur amotio.*

40 *Prima Beneficii per contraventionem vacatio sequentem aliam per obitum impedit.*

41 *Beneficii vacatio priùs ex uno capite, & postea ex alio dari non potest.*

42 *Beneficium, post contractum etiam Matrimonium, à Beneficiato retentum; eo decedente, non per obitum, sed antea per Matrimonium vacasse dicitur.*

43 *Beneficii privatione ipso jure inductâ, possessor nequit, etiam ante declaratoriam, validè illud resignare, aut permutare.*

44 *Nec amplius suos facit fructus, illosque perceptos tenetur restituere.*

45 *Beneficium obtinens ex reservatione contenta in Decreto Eminentissimi Urbis Vicarii, quænam pro ea verificanda justificare debeat?*

SEjus obtinet Canonicatum in Ecclesiam Metropolitana Calaritana. Per longissimum tempus viginti, & ultra annorum absens ab Ecclesia prædicta, commoratus fuit in Alma Urbe, in qua etiam peregisse ponitur plura negotia, sibi de partibus transmissa; Et quamvis ab Edictis, quotannis in die Cinerum in Urbe ab Eminentissimo Vicario publicari solitis, moneretur sub pœnis inibi contentis de accedendo ad residentiam sui Canonicâtus, attamen ille in sua contumacia perseverans, numquam ab Urbe discessit, sed illis inobediens, in Urbe suam permanentiam semper continuavit, donec, quodam contracto morbo, ad se ab illo curandum, ad Civitatem Florentiæ prò aere mutando, nec non ad Balnea Lucensia se contulit, ubi, quamvis commoraretur, nihilominùs semper fixos, & apertos retinuit lares in Urbe, ad quam revertendi animum habuisse præferunt Epistolæ, ab illo ex prædictis locis exaratæ.

Illi autem in prædictis Balneis adhuc permanenti mors in mense Ordinarii sui pervenit; undè inquirendi occasio exoritur, ad quemnam Canonicatus collatio spectet, nimirùm ad Ordinarium propter vacantiam, in illius mense secutam, vel potiùs ad Sedem Apostolicam, sivè ratione Curialitatis per Sejum executæ, sivè ob dignitatem Prothonotariatus, quâ insignitus ille dicitur, sivè demùm ob vacantiam in Curia, ipso facto, ipsoque jure incursam, juxtà Edictum Eminentissimi Urbis Vicarii contra residere obligatos, & ab Urbe non descendentes ad locum suæ residentiæ, super quo cum meum prò veritate sensum pandere requisitus fuerim, unumquemque ex mox dd. titulis, provisionem Apostolicam præferentibus, accurato examini subijcere operæ pretium videtur.

Sanè autem in primis illud prænotandum est, reservationem, per quam Ordinario ablata dici debeat facultas conferendi, & per quam annul- 1
letur provisio anterior ab illo facta, debere esse claram, & indubitatam, aliàs provisio, illius vigore obtenta, executionem, non meretur, juxtà communiter tradita per *Gonzal. in regul.* 8. *Gloss.* 11. *num.* 100., *& sequen.*, *D. Pitonius discept.* 12. *num.* 3. *tom.* 1., *Rot. coram Verallo decis.* 10. *part.* 2., *& cor. Ubald. decis.* 300. *num.* 2., *& 3.*, *cor. Duran. decis.* 14. *n.* 5., *& decis.* 274. *num.* 5. *part.* 19.

Examinando autem singula capita reservationum superiùs allatarum, quatenus pertinet ad primum ratione Curialitatis per Sejum exercitæ, profectò est indubitatum, ex Curialitate 2
reservationem induci, immò hæc fuit prima reservatio, antè omnes inducta per *Clementem tertium*, seù, ut alii illum vocant, *quartum* in *cap. licèt* 2. *de præben. in* 6., in qua reservavit Beneficia omnium Curialium, aliorumque, qui Curiam sequuntur, ac apud S. Sedem moriuntur, istaque reservatio est localis, ra- 3
tione nimirum loci Curiæ, in quo eadem Beneficia vacare dicuntur, & hæc est sola, & unica reservatio, quæ sit clausa in corpore juris, ut 4
ponderant *Sarnen. ad regul. Cancell. de Triennal.*, *quæst.* 31. *num.* 7., *&* 8., *Garz. de Benef. quæst.* 5. *cap.* 1. *num.* 88., *& seq.*, *& n.* 130., *Andr. de Valla de Benefic. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 10., *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 32., *Ventr. in prax. rer. notabil. tom.* 2. *annot.* 2. *§.* 1. *num.* 13., *Germon. de indult. Cardin. §. Per quæ sublatis num.* 34.; aliæ etenim, quæ posteriùs prodierunt, Apostolicæ Constitutiones, clausæ in corpore juris, novas non induxere reserva- 5
tiones, sed tantùmmodò explicaverunt mentem, & intentionem Summi Pontificis, quoad reservationem prædictam inductam in *d. cap. licèt* 2.; undè *Bonifacius VIII.* advertens, quod 6
dicta Decretalis non exprimebat, quando, & quorum Beneficia dicantur vacare apud Sedem, nec ad quæ loca hæc vacatio extendatur, idcircò ad dictæ Decretalis elucidationem aliam edidit Constitutionem, quæ est *cap. præsenti* 34. *eodem tit. in* 6., in quo declaravit, vacantiam apud S. Sedem intelligi de omnibus Beneficiis, quæ Legati, aut Nuncii Sedis ejusdem, vel quivis alii ad Romanam Curiam venientes, vel etiam recedentes ab ipsa, obtinent, si eos in locis vicinis ipsi Curiæ mori contingat: Vel de Beneficiis obtentis à Curialibus, si peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, seu aliâ quavis causà ad locum Curiæ vicinum secedentes in hujusmodi loco vicino decedant, declarans, 7
loca, Curiæ vicina, in præmissis intelligi, quæ ultra duas dietas legales à Curia non sint remota: Et idcircò istam Decretalem *Bonifacii* esse editam in declarationem alterius *Clementis*, optimè advertunt *Cokier. ad regul.* 8., *quæst.* 6. *vers. ad cujus Textus declarationem*, *Gonzal. ad reg.* 8. *gloss.* 13. *in princip. nu.* 19., *& gloss.* 51. *num.* 84., *Rot. decis.* 28. *num.* 7. *part.* 6. *rec.*

Et quamvis posteriùs in majorem hujus reservationis localis declarationem aliæ prodierint 8
Pontificiæ Sanctiones, illa nempè *Joannis*

nis XXII.; quæ incipit *ex debito*, inter *extrav. communes de elect.*, in qua de Officialibus Papæ, & Curiæ Romanæ, anteà comprehensis sub ge-
9 nerali Curialium expressione, nominatim statuitur, ut illorum Beneficia, ubicumque decedant, etiam ultrà duas dietas, dicantur semper vacare in Curia, quæ, quia temporalis erat, ac per mortem ejusdem *Joannis* expiraverat, id-
10 circò, prò lege inposterùm servanda, fuit innovata à *Benedicto VII.* in nota *extrav. ad regimen. de præben int. comm.*

Nihilominus ad rem nostram satis est rem examinare tantummodò ad tenorem *d. cap. præsenti*; juxtà quod, præsuppositâ etiam curialita-
11 te dicti Seii, cum ille decesserit ultrà duas dietas legales, idcircò reservatio huic titulo inniti nullatenùs potest, cum quoad simplices Curiales, posito etiam animo redeundi ad Curiam, si mors ultrà prædictas duas dietas contigerit, quæcumque cesset reservatio, ad tradita per *Rebuff. in addit. ad regul. 1. Cancell.*, *Gemin. cons. 92.*, *Paul. Barchinonen. in prax. Cancell. tit. de Benefic. reservatis*, *generalitèr Lotther. de re Benefic. lib. 2. quæst. 32. num. 59.*, *Card. de Luc. de Benefic. disc. 20. num. 5.*

Succedit secunda inspectio de reservatione, exoriens ex prothonotariatu prædicti Seii, quam,
12 nulla profectò cadere potest hæsitatio, locum obtinere, probatâ qualitate prædictâ, etsi non fuerit de numero participantium, & creatio emanaverit etiam ab inferiore, juxtà dispositionem prædictæ notæ *extravag. ad regimen. de præben.*, innovatæ *in regul. 1. Cancell.*, & communiter edocent *Simonet. de reservat. quæst. 100. num. 3.*, *Mandos. in regul. Cancell. quæst. 7. num. 3. circa mod. vers. opinionem affirmativam*, *Vivian. de Jurepatr. part. 3. lib. 14. cap. 4. numer. 58. vers. Item*, *Lotther. de re Benefic. lib. 2. quæst. 28. nu. 44.*, *Fabr. de Prothonot. cap. 12. num. 2.*, *de Luca de Benefic. disc. 106. num. 1.*, *Rot. cor. Puteo decis. 313. in princ. lib. 1.*, *& coram Seraphin. decis. 1251. num. 27.*, *& seqq.*, *& coram Dunoz. decis. 632. num. 2.*, *& dec. 172. num. 15.*, *& seqq. part. 4. tom. 2.*, *& decis. 262. num. 1. part. 15.*, *& dec. 14. num. 1. part. 16.*, *& dec. 680. num. 2. part. 19. rec.*, & alibi centies; Immo, etiam si non fuerint creati Prothonotarii principalitèr, sed tales tantum-
13 modò extiterint accessoriè, ratione nimirùm officii, seù hujuscemodi dignitas sit annexa, quales sunt Æquites Pii, Æquites Lilii, ac similes, ad firmata per *Fabr. Prothonot. d. cap. 12. num. 4.*, *& seqq.*, *& Rota in Palentina Scholas. Tertiæ Canonicatus*, *& Præbendæ de Valleadolid. die 9.*, *& 13. Aprilis 1584. cor. Robusterio penès Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 204.*, *& in d. decis. 172. num. 25.*, *& 26. part. 4. tom. 2. rec.*

Verùm difficultas, & quidem maxima residet in probatione hujusce qualitatis, deficit enim
14 fundamentum hujusce probationis, nimirùm literæ patentes, seù privilegium prothonotariatus, ut propterea, si tanta est dubitatio in casu, quo indubitanter constet de expeditione literarum prothonotariatus, an adhùc locum obti-
15 neat reservatio, nec ne, quià nempè illæ expediri potuerint ab alio, ut propterea ulteriùs concurrere debeat probatio acceptationis factæ per eum, cujus favore cantant literæ, saltem præsumptiva, resultans, vel ex impensâ necessariâ expeditioni literarum, *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 28. num. 42.*, *& seq.*, *& num. 96.*, *adden. ad Buratt. decis. 706. num. 12.*, *Rot. cor. Crescent. decis. 1. de præsumpt.*, *& decis. 47. num. 6. cor. Zarat.*, *& decis. 033. lib. 3. part. 3. divers.*, *& decis. 407. num. 6. in fin. part. 1. rec.*, *& decis. 14. num. 4.*, *& 5. part. 16.*, Vel ex usu pilei, & insignium, à Prothonotariis deferri solitorum, non docto 16
de competentia eorumdem ex alio capite, ut sunt casus *Ferret. cons. 371. num. 1. 2. 4.*, *& 5.*, *& in d. decis. 407. in fin. part. 1.*, *& in decis. 299. numer. 2. cor. Bich.*, *& in decis. 47.*, *& seqq. coram Zarat.*, vel quià quis se Prothonotarium in actibus proportionatis à se gestis nominaverit, 17
ut videre est in *decis. 706. num. 19. par. 3.*, *& decis. 26. num. 7. part. 15.*, *& decis. 14. num. 6. part. 16.*, *& decis. 162. num. 10. part. 17. rec.*, & plures casus distinguens, generaliter explicant *Lott. de re benef. d. lib. 2. d. quæst. 28. num. 70.*, *& seqq.*, *& decis. 305. coram Ubald.*

Quid erit sanè dicendum in nostro casu, in quo deficit subjectum gratiæ acceptandæ, sinè 18
quâ nullæ considerari valent qualitates, corruente etenim fundamento præexistentis concessionis, veluti saltèm est sumptus literarum, 19
prout erat casus *decis. 407. num. 4. part. 1. recen.*, vel ubi prætenderetur, quod prothonotariatus fuisset collatus ab inferiore à Papa, si saltèm probaretur hujuscemodi collatio per testes, prout in tali casu collationis factæ ab inferiori à Papa, per Testes, etiam sinè literis probari posse, firmat 20
Rot. decis. 5. num. 3. in fin. de offic. delegat. in nov. 14. num. 3. coram Duran., *& decis. 41. num. 1. coram Ludovis.*, *& decis. 185. num. 5. coram Manzaned.*, admitti nullatenùs possunt præsumptiones acceptationis gratiæ antecedentis desumptæ, vel ex 21
usu pilei, vel ex quo, ut nonnulli Testes deponunt, in Civitatibus Lucæ, & Florentiæ Sejus uteretur in pileo cordulis violàceis, quibus uti solent, & valent Prothonotarii, quià talis usus est res admodum æquivoca, cum hisce cordulis uti valuerit ex merâ suâ voluntate, etiamsi non foret Prothonotarius, ut ipsum videntes 22
induceret ad credendum, illum esse Prothonotarium, quamvis talis reverà non foret, adeòut hæc sola possibilitas plusquam exuberet ad effectum, ne dicatur adesse illa certitudo hujusce qualitatis, quæ est necessaria ad inducendam reservationem, ex regula, quod, deficiente subsdan- 23
tià alicujus principalis, & fundamentalis probationis, nil curandum sit de adminiculis, & præsumptionibus, de per se stantibus, ac in arena, & nulli fundamento innixis, *Rot. decis. 152. nu. 18.*, *& decis. 633. num. 12. coram Bich.*, *& in Firmana Jurisdictionis 15. Aprilis 1701. §. 20. coram Reverendissimo Molines*, *& in Romana Pecuniaria 2. Martii 1708. §. Quæ cum ità sint cor. eod.*

Ceterùm, quamvis ad præsens deficiant probationes sufficientes prothonotariatus, quià tamen potest dari casus, quod illæ superveniant, id-

idcircò in supplicatione porrigenda nullatenùs omitti debet mentio etiam hujus reservationis, cumulativè cum alia vacationis in Curia, propter vacationem, à Jure factam ex causa inobe-
24 dientiæ Edicto Eminentissimi Vicarii de accedendo ad residentiam, de qua mox loquemur, cum nil implicet, plures alternativè narrari posse vacationum species cum clausula generali, *quovis modo*, quo casù sat est, unam ex eis verificari, *Garz.de Benefic.part.*11. *cap.*1. *num.*32., *Murg. de Benef. quæst.*13. *num.* 1047., *Rot. decis.*456. *num.*3. *coram Cerro*, advertendo, quod talis narrativa non fiat copulativè, & conjunctivè, quià tunc copulativè utramque expressam
25 vacationem, seù reservationem justificari, opus esset, *Garz. de Benef.part.*11.*cap.*1.*num.*49., *Rot. decis.*325. *num.*9. *part.* 16. *rec.*, quamvis nec etiam fortassè necesse sit hjusmodi speciale singularum reservationum enumerationem fa-
26 cere, sed satis sit illas exprimere per clausulas generales, juxtà regulam *56.Cancell.*, ut explicat *Rot.decis.*162.*num.*11., & 12. *part.*17.*rec.*

Denique transeundo ad tertiam, & ultimam speciem ex reservationibus sub initio propositis,
27 illa fundatur in vacatione ipso facto, & ipso Jure in Curiâ incursâ, juxtà Edictum Eminentissimi Vicarii, quotannis publicari solitum, & profectò tutiùs, & stabiliùs in illâ pedem figi posse, respondendum mihi videtur, verba etenim Edicti clara, & aperta sunt, hujusmodi vacationem inducentia adversus illum, qui post sex menses à die publicati Edicti, quod ab eadem Urbe Romæ, & Romana Curia discedere, & ad sua Beneficia residentialia rectis itineribus se conferre deberet, illi non paruerit, ibi = *lapsis verò sex mensibus, & præmissis non adimpletis, ipso facto, & absque aliâ sententiâ eisdem Beneficiis, & dignitatibus sit ipso Jure privatus, itaùt illa Sedes Apostolica tantùm conferre valeat, eademque ab ea respectivè possint impetrari, & provisiones, per ipsam factæ, debitæ executioni demandari debeant, quacumque appellatione postpositâ, verificato dumtaxat coram Vicario Executore Literarum simplici facto contraventionis*, = & adnotat, *Rota decis.*506.*num.*9., & 18. *part.*14. *rec.*, & *decis.*117.*num.*31.*part.*15.

Et quamvis magna inter Doctores sit conten-
28 tio, an, ubi pœna est imposita ipso Jure, vel ipso facto, præcedere priùs debeat sententia declaratoria facti, ex quo pœna ipso Jure exoriatur, ut, per *Text.in cap.cum secundum §.Confiscationis de hæret. in 6.*, affirmativam tuendo
29 tradunt *Gloss. in cap. quam sit verb. & ipso de elect. in 6.*, *& in Clement.ult.verb. constiterit de censibus*, *& ibi Ancharan.num.*4., & 5.*Archid. in cap.fælicis num.*54. *vers.dicas igitur de pæn. in 6.*, *Joan. Andr.ibid.num.*4., *& Ancharan., numer.*10. *vers.Responde notabiliter*, *& cons.*189. *num.*3., *Bartol.in l.ejus, qui num.*3.*ff.de jur.fin. Cour.in C.cum esses num.6.de testam.*, *& in reg. peccatum part.*2. *§.*8. *Soccin. Sen. cons.*130., *numer.*29.*vers.si verò dicimus vol.*3., *Gabriel. cons.* 51.*num.*36.*lib.*1., *alter Gabriel comm.conclus.lib.* 7.*de crimin. conclus.*12.*num.*1., *Grat.discept.*61.

*num.*1., *& discept.*440.*num.*3., *& seqq.*, *& discept.*809.*num.*13., *Cabal.resol.crimin.*133., *Menoch.de arbitr.cons.*220.*num.*7., *Gonzal.in reg.*8. *Gloss.*15.*num.*155., *& Glos.*56.*num.*126., *&* 127., *Gvazzin.ad defens. reor.defenf.*33. *cap.*1. *per tot.*, *Christin. ad l.municip.tit.*1.*art.*9.*num.*10., *Dian. part.*1. *tract.*10.*resol.*23., *& seqq.*, *Lotther.de re benefic.lib.*3.*quæst.*18. *num.*31., *Fermosin.in cap. sicut* 8.*quæst.*5. *num.*37.*de hæret.*, *& in alleg. fiscal.*18. *num.*53. *part.*7., *Rosa de execut. liter. Apostolic. part.*1. *cap.*6.*num.*232., *Magon. decis. Floren.*11. *n.*50., *& seq.*, *& dec.*16.*n.*10., *& seq.*, *Rot.dec.*308.*n.*8., *&* 9.*par.*18.*rec.*, *& in Segun-tina Canonicatus Doctoralis* 18. *Martii* 1618. *§. Hinc provisio coram Verospio*, quæ est illius confirmatoria, negativam verò è contra, nimirum 30
non esse necessariam declaratoriam, sustinent, sub ratione, quod privatio, sit à Lege ipso Jure absque ullo ministerio hominis, *DD.in cap.cum accessissent de constit.*, *Bald.in l.*, *quæ sub conditione* 8.*§ fin.num.*4. *vers.*, *vel die secundo ff.de condit. instit.*, *Jason.in l.*3.*§.Quod autem nu.*7. *vers. huic difficultati ff.quod quisque Iuris*, *Felin. in cap.Rodulph. num.*38. *in* 4.*limit.de rescript.*, *Geminian. in d.cap.Fælicis in princ.num.*8., *vers. unde dicit de pæn.in 6.*, *Ladrisch.cons.*8. *num.*13. *vers. secundo respondeo*, *Dec. cons.*145. *num.*6.*vers.quia prò responsione*, *Garz. de Benef. part.* 5. *cap.*5. *num.*746., *Corrad.in prax.Benef.lib.*3. *cap.*6.*numer.*34., *Rot.decis.*13.*num.*3. *de Privileg. coram Crescentio*.

Omnis tamen in nostro casu cessat umbra hæsitationis, ex limitatione, quam communiter edocent, etiàm qui prò regula firmant necessi- 31
tatem declaratoriæ, quæ est, ut illa nullatenùs requiratur, ubi agitur de facto notorio, & omnibus manifesto, quale sùpponitur illud, de quo ad præsens agitur, ad *Text.in cap.pervenit* 13.*de appell.*, *& ibi DD.in cap.cum non ab homine de Judic.*, *& ibi Abb.num.*29.*vers.*, & sic non obstat, idem *Abb.in cap.præsenti de cens.*, *Gemin.in cap.cum secundum §. Confiscationis in* 2. *notabil. de hæret.in 6.*, *Butr. in cap. pervenit verb. nota, quod in imponenda de appell.*, *Felin.in cap.Rodulp. num.*37. *vers. limita num.*1., *& num* 39. *vers.*, *salvâ veritate de rescript.*, *Innoc. in cap. in Lateranensi num.*1. *vers. si fortè esset notoria horum participatio de præben.*, *Fagn.in cap. quod à Prædecessore num.*68. *de schismatic.*, *Paris. cons.*1. *num.*39.*vol.*1., *Ruin.cons.*181.*num.*10.*vers.quando autèm est notorium vol.*1., *Lotther.de re benef. lib.*3.*quæst.*18.*num.*32., *Gabr.com. conclus.lib.*7. *de crimin. conclus.*12. *num.*2., *Monacell. in formular.legal. practic. tit.*3.*formul.*23. *num.*4.

Secundò clariùs cessat difficultas ex Edicto, illam expressè submovente, dùm in eo non solùm habetur, quod ipso facto, ac ipso Jure talis inobediens sit privatus, sed ulteriùs, quod id 32
procedat *absque aliâ sententiâ*, quo sanè casu nulli dubium esse potest, nullam requiri sententiam declaratoriam, ad tradita per *Jason. cons.*21. *vers.*3.*respondetur vol.*3., *Magon. dec. floren.*88. *num.*18.

Tertiò evidentissimè, quia in eodem Edicto

præscribitur apertè, quod Sedes Apostolica hæc Beneficia taliter vacantia conferre valeat, & 33 provisiones per ipsam factæ, debitæ executioni demandari debeant = *Verificato dumtaxat coram Vicario executore literarum, simplici facto contraventionis*; Ex hisce etenim manifestum redditur, nullatenùs prærequiri sententiam declaratoriam, cum verificatio facti contraventionis fieri debeat coram Executore literarum, & sic post obtentam provisionem, attentâ maximè illâ dictione taxativà = *dumtaxat* = excludente omnes alios casus, non expressos, *l. Gallus §. Et quid, si tantùm ff. de liber., & posthum., Ruin. conf. 53. num. 4. vol. 1., Dec. conf. 183. num. 1. vers., sed tamen, Rot. cor. Dunoz. Sen. decis. 40. nu. 4., & coram Manzaned. decis. 184. num. 1., & dec. 315. num. 4. part. 11. rec.*

Et quartò denique, quià ad effectum provisionis obtinendæ id quoque est conforme dispo- 34 sitioni Juris, juxtà quam, etiam in casibus, in quibus requiritur sententia declaratoria, provisio fieri potest à S. Sede, non expectatâ sententiâ, neque citato possessore, quia talis sententia non cadit super pœna, quia hæc à Lege est irrogata, 35 sed super facto, *Fagn. in cap. ad abolendum n. 41. de hæret., Rebuff. in prax. benefic. tit. de mod. vacat. num. 5., Sanchez in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 26. num. 12., Ros. de execut. lit. Apost. part. 1. cap. 6. num. 234., Lotther. de re benefic. lib. 3. cap. 23. num. 37., del Bene de offic. Inquis. part. 1. dub. 103. num. 1., Rot. dec. 703. num. 3. lib. 3. divers., decis. 178. num. 6. & seqq. cor. Merlin., & decis. 69. num. 8. part. 12. rec., & in Ramonen. Beneficii 13. Martii 1699. §. Minùs etiam coram Card. Caprara.*

Nec refragatur, quod, cum Seius decesserit nullâ præcedente declaratoriâ, idcircò Benefi- 36 cium potiùs per obitum, quàm per privationem, à Lege inductam, vacare dicatur, quoniam, ubi privatio provenit non ex sententiâ hominis, sed ex Sententiâ Legis, eriamsi tale possidens Beneficium, moriatur, nihil per ejus obitum vacare intelligitur, cum jàm Lex vacationem induxerit 37 eo momento, quo in eam est commissum, ut benè ratiocinatur *Lotther d. lib. 3. d. quæst. 18. num. 58.*, ubi *num. 59.*, subdit rationem, quod 38 medio eo tempore dici non potest, Beneficium vacare, & non vacare, ex quo tempus, quo vacavit, momentaneum, atque individuum est, optimè *Gonz. in Reg. 8. glos. 15. num. 141. & seq.*, ubi, quod in casu, quo ex dispositione Legis 39 Beneficium vacet ipso Jure, talis vacatio verificatur in ipsomet puncto, quo contravenitur Legi; non autem, quando quis de facto amovetur à Beneficio, & ex hac ratione sub *num. 143.* subdit, *quod, si post d. vacationem ipso Jure, antequam jàm privatus dimitteret possessionem, dece-* 40 *deret, tunc non vacaret Beneficium per obitum illius, sed per contraventionem præcedentem, subjungens sub* num. 144. *rationem rationis, quià nempè prima vacatio impedit sequentem, & sic per obitum vacare non poterat Beneficium, quod non habebat, ex quo priùs Jure vacaverat, quia, si* 41 *priùs vacavit Beneficium ex uno capite, non potest postmodum vacare ex alio sequenti, cum jàm fuerit abdictum jus, & consequenter ex capite sequenti nihil potest vacare, cum ipse tunc nihil Juris habuerit in Beneficio =, Ros. de execut. liter. Apostolic. quæst. 1. cap. 6. num. 235., Rot decis. 707. num. 4., & decis. 727. num. 1. lib. 3. part. 3. diu., & in d. Ramonen. Beneficii 13. Martii 1699. cor. Card. Caprara*, in quâ ego scribebam, & in cujus casu obtinens Beneficium, decessit de mense Augusti anni 1688.; Provisio autem Apostolica ex capite vacationis ob crimen hæresis contigit de mense Februarii 1689.; Et sic post obitum illud obtinentis, sententia verò declaratoria prodiit posteriùs, nimirum de mense Septembris ejusdem anni 1689., ut videre est ex contextu totius *Decisionis*.

Haud quaquam refragante, si fortasse objiceretur, quod aliqui ex mox adductis Doctoribus videantur supponere obitum taliter ipso facto, ipsoque Jure privati, interim, dùm excutitur factum prò obtinendâ declaratoriâ, namque dicta horum Doctorum non sunt intelligenda restrictivè ad hunc præcisum casum, ad quem alii non se restringunt, nec ad quem ullo pacto se restringit ratio ab omnibus allata, quæ est, quod, datâ uno instante vacatione Beneficii ex uno capite, nullo pacto postea valet illud vacare ex alio, si etenim exempli gratiâ, propter Matrimonium à Beneficiato contractum vacet ipso Jure Beneficium, quamvis interim Beneficiatus in detentatione Beneficii continuet, & in tali casu illius 42 possessione decedat, palam profectò est, vacationem contingere non propter obitum, sed antea illud vacavisse propter Matrimonium, ipso Jure inducens vacationem, ut satis evidens ex se est.

Et sanè hoc est adeò verum, ut taliter à Jure, & per Sententiam Legis exutus Beneficio, illud 43 etiam ante declaratoriam, nec resignare, nec permutare validè possit, itaut, si de facto resignet, resignatio nulla sit, usque â puncto contractæ privationis, quia nemo potest resignare, nec permutare; quod non habet, *Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 15. nu. 1., & per tot., & lib. 2. quæst. 22. num. 2. & seq., Murg. de benef. quæst. 3. num. 1147., Gonzal. in Reg. 8. glos. 15. nu. 146.*

Sic vacatio ex tunc innegabilis elucet ex certiori, quæ in hac materiâ haberi valeat ratione, quæ est, quod taliter privatus, fructus suos ampliùs non facit, sed tenetur illos restituere, quod 44 est ex eo, quia caret omni titulo illos percipiendi, & faciendi suos, *glos. fin. in cap. Fraternitatis in quæst. 2., Felin. in cap. 1. num. 42. & seq. de constit., Gemin. in cap. felicis num. 8. vers., & si dicas de pœn. in 6., Tiraquell. in lib. si umquam verb. revertatur nu. 29. & seqq. C. de revocat. donat., Lotther de re benefic. d. quæst. 18. num. 60., Ojed. de incompatib. benefic. part. 1. cap. 13. nu. 61., Gonz. in Reg. 8. glos. 15. num. 150., Garz. de Benefic. part. 11. cap. 10. num. 22., & 26.*

Hoc autem firmato quoad articulum Juris, operæ pretium est curare illius applicationem facto, exquirendo, & allegando documenta justificantia, suppositam notoriam absentiam Seii

à suo

45 à suo Canonicatu, & habitationem in Urbe in contemptum d. Edicti, ac excludentiâ omnes prætextus, prò illius inobedientiâ excusandâ fortasse adducendos, quia, post expeditas literas coram Executore ad formam d. Decreti, verificandum est factum contraventionis Edicto prædicto, & in hac verificatione peragendâ citandus est præsens intrusus ex provisione factâ ab Ordinario de Beneficio, uti vacante per obitum Seii, itàut studium ex parte obtinentis Beneficium ex reservatione contenta in dicto Decreto, unicè esse debeat in curandis hisce justificationibus, quæ, cum agi supponatur de facto notorio, admodum facilia futura esse probabile videtur.

Romana prætensæ Erectionis Monasterii.

Monasterii erectionem à Testatore demandatam, si Bona in eam causam designata non sufficiunt, ex aliis Bonis hereditariis perficere non tenetur Ecclesia heres substituta cum onere convertendi reliqua eadem Bona hereditaria in ornatum Ecclesiæ, aliosque usus pios, quorum derogationem, vel commutationem Testator omninò prohibuit, sed ipsa Ecclesia, ex facultatibus Fabricæ S. Petri admitti potest ad honestam compositionem. Designatio certæ rei in aliquod Opus pium à Testatore facta, an demonstrationis gratiâ intelligenda sit, ità ut heres, quod pii operis perfectioni deest, supplere teneatur, fusè expenditur.

VOTUM XXI.

1 *Heredes, si Bona,* demonstrativè *designata prò erectione Monasterii non sufficiant, ex aliis Bonis supplere tenentur.* & num. 9.

2 *Secus verò, si Bona designata,* taxativè *relicta essent,* & num. 94. & 117.

3 *Ad Fabricam S. Petri devolvuntur Bona,* taxativè *relicta prò erectione Monasterii, quoties illa non sufficiant.*

4 *Fabricæ Ministris incumbit cura adimplendorum piorum Operum.*

5 *Fabricæ S. Petri applicantur fructus à die, quo heredes Opus pium adimplere neglexerunt.*

6 *Dubia semper est quæstio, quæ pendet ex conjecturis.*

7 *Legatum taxativum nè, an demonstrativum dici debeat, difficile est definire.*

8 *Legatum, an taxativum, vel potiùs demonstrativum fuerit, dijudicandum est ex Testatoris voluntate,* & num. 49. & 63.

10 *Legati demonstrativi conjectura est vehemens desiderium, & solicitudo pii Operis, à Testatrice habita.*

11 *Pium Opus, qui enixis votis perfici voluit, id etiam voluisse censendus est, quod prò illo adimplendo requirebatur.*

12 *Prò expresso habendum est, quod Testator verisimilitèr respondisset.*

13 *Legatum demonstrativum censetur, si dispositio præcedat, & subsequatur destinatio Bonorum,* & num. 20. & 22.

14 *Veluti, si Testator dixerit* = Lego Titio centum, quæ præstari volo ex fructibus prædii Corneliani =

15 *Legatum taxativum censetur, si corporis designatio relictum præcedat.*

16 *Vel ipsius Legati substantiæ adposita reperiatur, veluti* = lego centum ex fructibus fundi Corneliani.

17 *Legatum, quod cum designatione Bonorum unâ eâdemque oratione Testator complexus est, taxativum censetur,* & num. 81. & 98.

18 *Legatum demonstrativum censetur, quoties istud, & designatio Bonorum prò eo adimplendo diversis orationibus explicantur,* & num. 21. & 23.

19 *Bonorum designatio sub eâdem Legati oratione comprehensa, ad Legati substantiam, non verò ad ejus executionem pertinet, quotiès oratio ab uno, eodemque regitur principali verbo.*

24 *Legatum præcedens Bonorum destinationem, & sub diversâ oratione explicatum, adhuc implendum esset, etiamsi nulla subsequeretur Bonorum designatio.*

25 *Fundatio Cappellaniæ à Testatore demandata absque ullâ destinatione redituum, & Bonorum, explenda est ex Bonis hereditariis.*

26 *Monasterii erectio perficienda est, etiamsi desint Bona prò ejus erectione à Testatore designata, si Cappellaniæ in Ecclesiâ Monasterii erigendæ sint ex Testatoris præcepto.*

27 *Cappellaniarum erectionem qui vult, voluisse etiam censetur Monasterii erectionem, in quo illæ sunt erigendæ.*

28 *Pro legati pii adimplemento quælibet benignæ interpretatio sumenda est.*

29 *Præsertim, quando illud respiciat favorem animæ Testatoris.*

30 *Legata pia, quæ Testatoris favorem respiciunt, includere dicuntur, quod est majus, non autem, quod est minus.*

31 *Legati pii favor exposcit, ut certæ rei designatio demonstrationis gratiâ intelligatur.*

32 *Fabrica S. Petri eo gaudet speciali jure, ut duæ sententiæ conformes, prò eâ latæ vim habeant trium.*

33 *Piæ causæ favore ut res Legato adjecta, demonstrationis gratiâ intelligatur, sufficit, rem dubiam esse.*

34 *Prò Legati naturâ constituendâ, sola spectari debet Testatoris voluntas.*

35 *Plura Legata pia non eamdem habent Testatoris affectionem.*

36 *Legantis affectio major colligitur ex majori pietate Operis, devotione Legantis, & favore animæ ipsius.*

37 *Legatum, an demonstrationis gratiâ factum fuerit, frustrà quæritur, quoties agatur de altero Legato pio, cujus majorem affectionem habuit Testator.*

38 *Opus pium, prò quo certa Bona designata fuerunt, si ea non sufficiant, adimplendum non est ex rebus destinatis in aliud Opus pium, à Testatore magis optatum.*

39 *Testator Ecclesiam heredem substitutam magis dile-*

dilexisse præsumitur, quàm erectionem Monasterii, prò quo certa quædam Bona destinavit.

40 *Opera pia, in quæ Testator erogari præcepit fructus hereditatis, prohibitâ quacumque voluntatis commutatione, magis dilecta præsumuntur, quàm alia.*

41 *Et præferenda sunt quibuscumque aliis piis Operibus.*

42 *Vehemens desiderium adimplendi pii Operis ostendit prohibita ejus commutatio, etiam ex auctoritate Summi Pontificis,* & num. 51.

43 *Commutandæ piæ voluntatis arbitrium per Testatorem adimi nequit Summo Pontifici.*

44 *Supremi Principis potestati ne subsit dispositio, Testator efficere non potest.*

45 *Pium Opus, deficientibus Bonis à Testatore designatis, adhuc implendum est, si id suadeat tacita, & verisimilis Testatoris voluntas.*

46 *Voluntas Testatoris expressa ubi adest, locus fieri nequit tacitæ, & verisimili ejusdem voluntati.*

47 *Testator voluisse numquam præsumitur, quod repugnat ejus voluntati expressæ.*

48 *A' tacito, & præsumpto contrà id, quod expressum est, numquam argumentum sumitur.*

50 *Opus pium implendum non est ex aliis Bonis, à Testatore destinatis in aliâ pia Opera, quorum commutationem prohibuit,* & num. 68.

52 *Bona relicta pro fundatione Monasterii, non censentur taxativè adjectà ex destinatione aliorum Bonorum in alia pia Opera, sub conditione, & longè post perfectam Monasterii fundationem adimplenda.*

53 *De piis Operibus purè relictis magis Testator curasse videtur, quàm de aliis conditionalibus, & in eventum remotissimum dilatis.*

54 *Institutio filii nascituri facta à Viduâ non minuit ejus affectionem ergà Ecclesiam, filio substitutam.*

55 *Institutio filii nascituri facta à Vidua, intelligenda est potiùs ad cautelam, quàm, quia illa cogitaret de novis nuptiis.*

56 *Præsertim, si ipsa cogitans de imminenti morte, disposuerit de rebus suis, prout status ille exposcebat.*

57 *Voluntas Testatoris, qualis fuerit in casu, qui evenit, non qualis esse potuerit in altero, qui non evenit, spectanda est.*

58 *Substitutio, non quæ caduca effecta fuerit, sed cujus conditio extitit, spectanda est.*

59 *Substitutioni inest tacita conditio: si tempore obitus heredis gravati substitutus superstes sit.*

60 *Ecclesia est persona quædam ficta, quæ numquam moritur.*

61 *Legatum cum destinatione certæ rei taxativum dicitur, quoties Testator in aliis Bonis substituit Ecclesiam sub conditione certò exiturâ, & cum onere piorum Operum, quorum commutationem prohibuit.*

62 *Prò Legati demonstrativi, vel taxativi naturâ dignoscendâ parum refert, an illud purum sit, vel sub conditione.*

63 *Vel quo ordine temporis conceptum fuerit.*

65 *Temporis longioris adjectio prò unius Legati adimplemento referri potest ad amplitudinem, & magnitudinem Operis, quæ majores opes exposcat.*

66 *Et ad hanc caussam referri debet, quoties Testator plus conferre voluit in illud Legatum, cui longius tempus adjecit.*

67 *Heres cum onere erogandi Bona hereditaria in pios usus, non tàm heres, quàm simplex Executor videtur.*

69 *Destinatio certorum Bonorum in aliquod pium opus taxativè facta præsumitur.*

70 *Legatum consistens non in quantitate, sed in specie certâ, taxativuum esse censetur,* & num. 98.

71 *Ideòque illius peremptio, & diminutio pertinet ad Legatarium.*

72 *Præsertim, si agatur de muliere legante gemmas, & jocalia in aliquod pium opus.*

73 *Gemmæ, & jocalia ex mulierum ingenio, & affectione maximi ab iis æstimari solent.*

74 *Legatum consistens in specie, faciliùs taxativum præsumitur, quoties Testator plures ejusdem speciei demonstrationes adjecit.*

75 *Legatum quantitatis demonstrativum esse censetur.*

76 *Nisi Testator plures quantitatis legatæ demonstrationes adjecerit.*

77 *Bona, de quibus Testator dixit,* = se ne edifichi detto Monastero, e se li faccia il fondo dotale =, *taxativè relicta censentur.*

78 *Bona, ex quibus Testator jussit perfici, & dotari Monasterium, taxativè adjecta censentur,* & num. 85.

79 *Dos taxativè constituta, censetur in specie tradita prò fundo dotali.*

80 *Et, si pereat, vel minuatur, id mulieris periculo cedit.*

82 *Pium opus, & designatio Bonorum pro eo implendo unicâ oratione continentur, si de utroque per unicum verbum Testator aliquem rogaverit.*

83 *Vel si Bona adjecta fuerint substantiæ Legati.*

84 *Bona, ex quibus Testator Legatum reliquit, ejus substantiam respiciunt.*

86 *Dictio* item *continuat, & repetit præcedentem orationem.*

87 *Bona posteriùs à Testatore in pium Opus designata, per dictionem,* item, *taxativè relicta censentur, si taxativè relicta fuerunt Bona priùs enumerata.*

88 *Præsertim, si concurrat eadem ratio, & caussa,* & num. 89.

90 *De certis rebus relictis* affine di fare detto Monastero, *hac caussâ pluriès repetitâ, Testatorem taxativè disposuisse, credendum est.*

91 *Bona in erectionem Monasterii si Testator demonstrationis gratiâ designare voluisset, satis habuisset caussam erectionis exprimere.*

92 *Nec opus fuisset addere, quod Monasterium ædificaretur, & dotaretur ex eorum Bonorum pretio.*

93 *Legatum de certâ re, taxativum dicitur.*

95 *Regu-*

95 *Regulæ ad naturam Legati dignoscendam à Majoribus traditæ, eò spectant, ut assequamur voluntatem Defuncti.*

96 *Et iis adhærendum est, modò voluntatem Defuncti verisimilem reddant.*

97 *Voluntas Testatoris, si, ex iis quæ dixit, vel disposuit, perspicua sit, non eget amplius regularum adminiculo.*

99 *Prò Legati demonstrativi naturâ constituendâ parum valet argumentum desumptum ex ordine dispositionis.*

100 *Ordo scripturæ voluntati Testatoris contrarius, non impedit caussam Juris, & voluntatis.*

101 *Legatum demonstrativum dicitur, si subsequens oratio, quæ dicitur executiva, referatur ad dispositionem Legati.*

102 *Erectio Monasterii cum designatione certæ rei in eam causam, ex aliis rebus supplenda non est, si idem Fundator erectionem Cappellaniarum demandaverit, sed absque designatione rei.*

103 *Ad Legati demonstrativi præstationem heres principaliter obligatur.*

104 *In Legato e contra taxativo res ipsa est, quæ obligatur.*

105 *Ad Legati demonstrativi, vel taxativi naturam dignoscendam plurimùm confert diversus loquendi modus à Testatore adhibitus in uno, & altero Legato.*

106 *Legati pii favore taxativam dictionem in demonstrativam resolvi, falsum est.*

107 *Piæ causæ favor procedit in dubio.*

108 *Piæ causæ favor, ut Legatum demonstrativum præsumatur, locum non habet contra aliam causam piam.*

109 *Legatum illud majori favore dignum censetur, quod à Testatore impensiùs optatum est.*

110 *In fabricæ favorem duæ sententiæ vim non habent rei judicatæ, quoties constat de earum injustitiâ.*

111 *Sententiæ à Sacrâ Rotâ revocatæ, nullo ampliùs numero habendæ sunt.*

112 *Sententiæ sub unicâ verborum structurâ prolatæ, quoad omnia revocatæ censentur.*

113 *Et injustæ in parte, remanent injustæ in totum.*

114 *Heres, penes quem res legata non extat, cedendo actiones, liberatur.*

115 *Legatum, si res legata pereat, vel non extet, extinguitur.*

116 *Re peremptâ, perimitur obligatio ratione rei.*

118 *Fabrica S. Petri, si res ad pium opus relicta non sufficiat, ad honestam compositionem admittit.*

CLAR. mem. Principissa Constantia Pamphiliâ de Ludovisiis in testamento condito anno 1665. heredem sibi scripsit filium masculum nasciturum, ejusque Descendentes, quibus deficientibus, vocavit filias feminas, eisdem distributivè, post mortem videlicet cujuslibet earum substituendo Principem Camillum Pamphilium fratrem suum, post cujus denique obitum voluit, quod *succeda, e debba succedere la Chiesa di Sant' Ignazio del Collegio Romano della Compagnia di Gesù fondata, e fabricata, ut supra, con condizione però, che della metà de frutti provenienti da detta mia eredità se ne abbiano da fondare tante Cappellanie, e le Messe si celebreranno, si applicheranno per l' anima mia, e di mio Marito, e l'altra metà de frutti la lasciò a disposizione del Padre Generale della Compagnia, perche s' impieghi in tante opere pie, conforme hò lasciato nell' altro ultimo mio testamento*, in quo dictam medietatem erogari, jusserat in perficienda, & ornanda Ecclesia Sancti Ignatii, adjectâ expressâ prohibitione, ne colore ullo converti posset in alios usus, tametsi necessarios, & verisimili Testatricis menti conformes.

Progressa deindè fuit ad ordinationem fundationis Monasterii Monialium Instituti S. Theresiæ, his verbis = *Item prego il Signor Cardinale Ludovisi mio Cognato, o pure il Signor Principe Don Camillo Panfilio mio fratello, che sarà Tutore, e Curatore, perche abbino da fondare o in Roma, o in altra Città, o Terra dello Stato Ecclesiastico, dove meglio li parerà, un Monastero sotto l'Invocazione di Santa Teresa, e che si venda la fabrica fatta in Zagarolo a fine di far detto Monastero = Item lascio per la fondazione, & edificio di detto Monastero tutte le mie gioje, oro, argento, paramenti, e tutti gli altri mobili, tanto miei proprj, come quelli mi hà lasciato la buona memoria di mio Marito, & altri donatimi nel decorso del mio Maritaggio, & in particolare gioje, come appare nella nota quì accluſa, e che del prezzo se n'edifichi detto Monastero, e se li faccia il fondo dotale, siccome sta ordinato nelle Costituzioni di Santa Teresa, nel miglior modo giudicheranno i miei eredi, loro Tutore, e Curatore = Item lascio per servizio delle Monache di detto Monastero tutte le biancherie, e galanterie di Sagrestia, e Chiesa, che tiene Margarita Martinelli; Item lascio, che il mio erede suo Tutore, e Curatore, e miei eredi abbino da fondare nella Chiesa di detto Monastero trè Cappellanie per servizio delle Monache, e le Messe si dovranno celebrare, saranno della B. Vergine, San Gioseppe, e de Morti per l'anima mia, e di mio Marito; Item lascio, che sin tanto sarà finito detto Monastero con la sua Chiesa, le dette tre Messe quotidiane si abbino da far celebrare dal mio erede, suo Tutore, e Curatore, o miei eredi nella Chiesa li parerà =, ut in Summario numer. 1.*

Diù dilata, sive verius numquam post obitum Testatricis peracta Monasterii fundatio, causam dedit pluribus controversiis, & litibus, à Commissariis, & Procuratoribus Rev. Fabricæ tum in illius Tribunali, tum in sacro Auditorio promotis 1

motis contra hereditatem, & heredes Principissæ Constantiæ tàm quoad subsistentiam ipsius Legati, quàm etiam quoad locum fundationis dicti Monasterii; Quoniam verò hodiè nulla amplius est controversia de electione loci, sed disputandum dumtaxat est de substantiâ ipsius dispositionis, videlicet num destinatio, sive designatio rerum, à pia Testatrice in hanc causam relictarum, stet demonstrativè, vel taxativè,
2 eò quod, si res, & Bona, ab illa designata pro dicta fundatione, atque dotatione perficienda, *demonstrativè* adjecta fuerint, tametsi illa non sufficiant; nihilominùs, cum certò constet, in hereditate ejusdem plura alia reperiri Bona, ex eis supplendum esset id, quod deficeret prò perficienda dicta fundatione; Contra verò, si *taxativè* facta fuerit, cum certum sit, illas non sufficere fundationi, atque dotationi Monasteri,
3 ideoque adimpleri non posse Testatricis voluntatem, locus fiet facultatibus Rev. Fabricæ, sive pro applicatione Legati commutandi in usus, & Opera pia, ab eadem Rev. Fabrica destinanda, sive prò admissione heredum, adimplere debentium, ad honestam compositionem, per ea; quæ tradit *Cardin. de Luca in relation. Roman. Cur. disc.* 20. *num.* 29., *& num.* 34., *& in Miscellan. disc.* 30. *num.* 1., *& seq.*

Cum itaque Ministri Rev. Fabricæ, cui juxtà
4 Pontificias Constitutiones demandata est cura adimplementi piorum Operum, per ea, quæ tradit *Rota dec.* 122. *num.* 1., *& seqq part.* 7. *rec., in Romana, seù Sabinen. Cappellæ* 23. *Januarii* 1694. *§. Reassumpta coram Ursino, confirmata coram Emerix jun. decis.* 1333. *num.* 1., urgeant prò exe-
5 cutione fundationis Monasterii, & applicatione fructuum, eidem Rev. Fabricæ facienda ex die, qua ob negligentiam heredum; atque Executorum illa facta non fuit, Causaque prosequenda sit in Sacro Rotæ Auditorio, rogatus fui, ut sententiam meam dicere velim de natura, & qualitate dictæ dispositionis, an nimirum eadem *taxativa* sit, vel *demonstrativa*?

Muneri itaque mihi demandato manum admovens, in ancipitis, & difficilis quæstionis tricas me conjectum video; anceps quidem ea est, quia res versatur in materia conjecturali, quæ-
6 stio autem omnis, quæ pendet ex conjecturis, dubia semper, & anceps est ob alias, quæ in contrarium urgere possunt, ad tradita per *Rotam coram Bichio decis.* 612. *num.* 15., *& seqq.*, *coram Card. Cerro decis.* 138. *num.* 3., *& seqq.*, *in Firmana Prædii della Parapina* 5. *Decembris* 1687. *§. minùs urget coram Benincasa, in Pisauren. Successionis* 11. *Martii* 1689. *§. Primus enim, & §. Nec refert coram Reverendissimo d. Hervavult Archiepiscopo Turonen. impress. inter collect. apud Palm. decis.* 88. *num.* 7., *& seqq.*, Quàm verò difficile, quàmque periculosum sit
7 definire, nùm Legatum *taxativum*, vel *demonstrativum* dici debeat, patet tùm ex pluribus Juris locis, quæ invicem pugnare videntur, tùm etiam ex regulis, & declarationibus traditis à Doctoribus pro similis Legati natura investiganda, dignoscendaque, ut apud *Merlin. Pignatel. contr.* 82. *num.* 10., *& seqq. centur.* 2., inquientem idcircò, securiorem temitam videri illam, quæ vel per validiores conjecturas, vel per veriora Juris principia ad magis verisimilem Testatoris voluntatis interpretationem assequendam ducit, 8
eam enim præcipuè spectandam, atque ex ea dijudicandum esse, an Legatum sit *taxativum*, vel *demonstrativum*, præter eum, tradiderun *Marcian. cons.* 41. *num.* 4. *lib.* 1., *Card. de Luca de Legat. disc.* 12. *num.* 15., *& disc.* 14. *num.* 10. *cum seqq.*, *Rota in Algaren Legatorum* 16. *Januarii* 1696. *§. Si verò coram Eminentissimo D. Card. de la Tremoille*.

Mentem igitur Testatricis intuendo, & prò ejus sensu tenendo, ad Juris regulas recurrendo, plurima sese offerunt validissima argumenta, quæ suadere videntur, piam Testatricem *demonstrativè* dumtaxàt, non autem *taxativè* designasse res, & Bona, prò dicti Monasterii fundatione, atque dotatione ab ipsa destinata, ità 9
quidem, ut, si ea operi perficiendo non sufficiant, id, quod deest, supplendum sit ab herede.

Primo autem oculorum conjectu summoperè urgere videtur vehemens desiderium, quo ipsa percita, dicti Monasterii fundationem fieri man- 10
davit; Nàm, ut patet ex toto dispositionis contextu, post designatas res, & Bona, quibus illud erigi optabat, diligenti curà plura alia ordinavit, nedùm Monialium substentationi, sed Ecclesiæ, & Sacrario providens, in illa Cappellanias constituendo, isti verò supellectilem assignando, aliaque disponendo, quibus perspicuum planè fit, ipsam cogitationem, mentemque suam omnem in hujus pii Operis perfectione collocasse. Si itaque adeò efficaci desiderio, enixisque votis tale opus perfici voluit, id etiam omne voluisse censetur, quod prò illo 11
adimplendo requirebatur, nè alioquin dispositio inutilis remaneret, ad *Textum in Leg. Titio §. Lucius ff. de legat.* 2., *& in nostra specie Dec. cons.* 323. *num.* 1., *Merlin. Pignatell. cent.* 2. *cap.* 82. *num.* 19., *& pluribus seqq.*, Quamobrem, cum id haberi debeat prò expresso, quod Testatrix, si 12
fuisset interrogata, verisimilitèr respondisset, ad tradita per *DD. in leg. Lucius §. Titius ff. de liber.*, *& posthum.*, *Rota in Romana fideicommissi de Zuccaris* 8. *Februarii* 1700. *§. Censuerunt in fin. coram Illustrissimo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & ad rem nostram prosequitur *Dec. dict. cons* 323. *num.* 2., *Lanar. cons.* 54. *num.* 3., aliisque relatis Juribus, *Merlin. Pignatell. dict. cent.* 1. *cap.* 82. *num.* 27., *& seqq.*, hinc sequitur, Bonorum designationem *demonstrativè* potiùs, quàm *taxativè* adjectam censendam esse, nè Legatum, votis omnibus ab ipsa exoptatum, facilè concideret, ut post *Merlin. Pignattell.* locis mox allegatis dixit *Rota in Romana Legatorum* 8. *Junii* 1705. *§. Quæ omnia coram R.P.D. Lancetta, & in Romana, seù Januen. Dotium* 1. *Februarii* 1709. *§. Animadversum quippè cum pluribus seqq. coram R.P.D. Aldrovando*.

Cla-

Clarior reddi videtur voluntas Testatricis, si eam redigamus ad illas Juris regulas, quæ prò assequenda istiusmodi Legatorum natura, & qualitate, à Majoribus nostris traditæ reperiuntur; iidem verò primam conjecturam desu-
13 mendo ex ordine literæ, censent, quod, si præcedat dispositio, opus aliquod demandans, eâque perfectâ, subsequatur corporis destinatio, talis operis executioni, & implemento adjecta, ut
14 puta si Testator dixerit = *Lego Titio centum, quæ præstari volo ex fructibus Prædii Corneliani* = Censent, inquam, hoc casu adjectionem corporis, utpotè factam non substantiæ, sed executioni dispositionis, non *taxationis*, vel *demonstrationis* tantùm gratiâ factam censeri: Exemplum nobis præbet Juris Consultus in *leg. Lucius* 12. *ff. de aliment.*, & *cibar. legat.*, ibi = *Et posteriore parte testamenti, ità cavit, obligatos eis esse ob hanc causam fideicommissi fundos meos, illum, & illum, ut ex reditu eorum suprascripta alimenta percipiant* = & in *Lege quidam Testamento* 99. *ff. de legat.* 1., ibi = *Patrem familias demonstrare potiùs voluisse undè aureos quadringentos sinè incommodo rei familiaris contrahere possent, quàm conditionem fideicommissò adjecisse, quod initio purè datum esset* = & tradiderunt *Dec. cons.* 325. *num.* 1., & *seqq.*, *Rota consult.* 61. *num.* 1., *Barry de succes. lib.* 9. *tit.* 19. *sub num.* 9., *de Luca ad Gratian. discept.* 916. *num.* 3. *Rota in rec. decis.* 165. *num.* 7., & *seqq. part.* 9., *decis.* 63. *num.* 21. *part.* 11.

Sin autem, vel contrario servato ordine,
15 corporis designatio relictum præcedat, quia nempè dictum esset, *ex fructibus fundi Corneliani lego Titio centum*, vel: si illius assignatio ipsius
16 Legati substantiæ adposita reperiatur, eò quod Testator in ipso actu legandi ad corpus se restringat, ut puta si dicat: *Lego centum ex fructibus fundi Corneliani* = hoc casu taxativè legasse censetur, ex pluribus Juris nostri locis, nempè in *Leg. si quis servum* 8. *§. Si quis ità ff. de legat.* 3., ibi = *Ex illo fundo amphoras decem* = *Leg. cum certus* 5. *ff. de tritic. vin.*, & *oleo legat.*, *in Leg. ex eo* 13. *ff. eodem*, ibi = *Ex eo vino, quod in illo fundo nascetur* = & *in leg. Legatum §. Viniphalerni ff. de annu. legat.*, & ità communiter distinguunt *Bartol. in leg. quidam testamento num.* 1., *ff. de legat.* 1., & *ibi DD. omnes*, *Paul. de Castr. cons.* 338. *num.* 2., & 3. *lib.* 2., *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 162. *num.* 48., *Mantic. de conjectur. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 20., *Gratian. discept. for. cap.* 256. *num.* 22., & *cap.* 988. *num.* 18., *Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 42. *num.* 17., *Cald. Pereyr. eod. tract. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 16., *Barry. de succes. lib.* 9. *tit.* 19. *num.* 9., *Surd. de aliment. tit.* 4. *quæst.* 26. *num.* 1. 2., & 5., *Merend. contr. Jur. tom.* 3. *lib.* 17. *quæst.* 37. *ferè per tot.*, *Gizzarell. decis.* 84. *num.* 15., *Sess. decis.* 185. *num.* 24. *tom.* 2., *Rovit. decis.* 57. *per tot.*; & pluries decisum fuisse per Rotam Romanam, refert *Gratian. locis supra allegatis*, & hanc distinctionem amplexa fuit eadem *Rota in Viterbien. Legati* 16. *Januar.* 1702. *§. Nullatenùs coram Muto*.

Non absimilis, sivè verius hujusmodi regulæ, desumptæ ex ordine literæ, declarativa est illa alia regula, quam subjungunt DD. docentes, plurimùm prò definienda qualitate Legati valere argumentum desumptum ab unicitate, vel diversitate orationis, ajunt enim, quod, 17
quum Testator unâ, eademque oratione complexus est Legatum, & corpus, undè illud solvi debet, videlicet si dixerit = *Lego centum de fructibus fundi Sejani* = tunc Legatum *taxativum* dicendum sit, eò quod hoc casu dispositio sejuncta non sit ab executione, vel substantia: causa, & status Legati sit id ipsum, quod legatur, & res ipsa, quæ est in Legato, ducto argumento à Textu in *leg. planè* 34. *§. Sed hoc ità*, & *leg. si sic legatum* 75. *§.* 1. *ff. de legat.*, *leg. nomen debitoris* 34. *§. Uni ex heredibus vers. item rogo ff. de legat.* 3., *Bartol. in leg. quidam testamento* 96. *ff. de legat.* 1., *Felin. in cap. super literis* 20. *num.* 4. *de rescript.*, *Alexand. cons.* 216. *num.* 3. *lib.* 7., *Castrens. cons.* 339. *lib.* 4., *Dec. cons.* 182. *num.* 2., *cons.* 325., & *cons.* 520. *in fine*, *Feret. cons.* 241., *Marcian. cons.* 41. *num.* 4., *Cyriac. contr.* 336. *num.* 10., *Gusman. de evict. quæst.* 30. *num.* 88., *Rosa consult.* 61. *num.* 1., & *seqq.*, *Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 83., *Hodiern. ad Surd. dec.* 337., *Sadarin. resp.* 7. *num.* 6., & *seqq.*, *Castill. contr. Jur. lib.* 4. *cap.* 54. *num.* 17., & *sub num.* 22., *Rota decis.* 11. *de testam. in antiqu. coram Merlin. decis.* 436. *num.* 38., *in recen. decis.* 488. *num.* 8., & *seqq. part.* 19.

Vice autem versâ, si separatâ oratione Legatum ordinetur, & corpus solutioni adjiciatur, 18
videlicet Legatum in una, destinationem verò rei in altera faciendo, tunc demonstrativè id accipiendum esse, tradiderùnt *Bartol. in d. leg. quidam testamento*, *Castrens.*, *Dec.*, aliique antiquiores, quos recenset *Surd. de aliment. tit.* 4. *quæst.* 26. *num.* 7., & *seqq.*, & *præter alios mox allegatos*, docuerunt *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 20., *Gratian. discept.* 256. *in princip.*, & *discept.* 988. *num.* 23., *Felician. de censib. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 7., *Balthass. de Angel. in addit. ad decis. Gizzarell.* 36. *num.* 3., *idem Gizzarell. decis.* 84. *num.* 15., *Crivell. decis. Dolan.* 55. *numer.* 22. *tom.* 2., *Vincent. de Franch. decis.* 483. *num.* 6., *decis.* 721., *Sess. decis. Aragon.* 42. *num.* 2., *Rota in rec. decis.* 165. *num.* 7., & *seqq. part.* 9. *decis.* 63. *num.* 21., *decis.* 365. *num.* 35., & *seqq. part.* 11., *decis.* 488. *num.* 7., & *seqq. part.* 19., *in dict. Viterbien. Legati* 16. *Januarii* 1702. *§. Nullatenùs coram Muto*.

Prò dignoscenda autem unicitate, vel distinctione orationis, & an corpus substantiæ ipsius Legati, vel illius executioni adjectum esse dicendum sit, subjiciunt aliam regulam, vide- 19
licèt spectandum esse, an oratio ab uno, eodemque principali verbo dispositivo regatur, ajunt enim, hoc casu Bonorum designationem, sive destinationem *taxativè* factam censeri, *demonstrativè* autem accipiendam esse in contrario casu, ut explicant *Bartol. in leg. in repetendi. column.* 2. *ff. de legat.* 3., & *leg. Sejæ §. Caio ff. de fund. instruct.*, *Gabriel. cons.* 98. *num.* 16. *lib.* 1., *Laderch. cons.* 65. *num.* 7. *ad med.*, *Fontanell. de pact. nu-*

nuptial.claus.6.Gloss.3.part.2.num.5.,Merlin.Pignatell.contr.82.num.3.cent.2.,Rodulphin.allegat.44.num.11.

Utraque autem ex dictis regulis suadere videntur, Legatum, de quo agitur, *demonstrativè*, 20 non autèm *taxativè* accipiendum esse:.concurrit enim tum ordo literæ, & scripturæ, tum di- 21 versitas, atque distinctio orationum, quarum unaquæque à suo verbo regitur, ut patet ex figura verborom, quibus Testatrix locuta fuit, & quæ non pigebit hìc repetere; ait enim = *Item prego il Signor Cardinale Lodovisi mio Cognato, ò pure il Signor Principe Don Camillo Panfilio mio fratello, che sarà Tutore, e Curatore, perchè abbino da fondare ò in Roma, ò in altra Città, ò Terra dello Stato Ecclesiastico, dove meglio le parerà, un Monastero sotto l' invocazione di S. Teresa, e che si venda la fabrica fatta in Zagarolo à fine di fare detto Monastero* = en ordo scripturæ, juxtà quem Legatum, sivè dispositio præcedit corporis destinationem deindè factam; en etiam diversitas, & distinctio orationum, in quarum prima Legatum ordinatur, in altera verò corpus illius solutioni adjicitur, illâ aliâ subjunctâ oratione, rectà à suo verbo dispositivo = *Item lascio per la fondazione, & edificio di detto Monastero tutte le mie gioie, oro, argento, paramenti, & altri mobili* = .

Quamobrem, cum tàm ex ordine scripturæ, 22 quàm ex diversitate orationum pateat, dispositionem absolutè præcedere Bonorum destinationem, eamdemque, utpotè non comprehen- 23 sam sub unica oratione, adjectam, sivè identificatam dici minimè posse cum substantia ipsius Legati, ut ingenuè more suo in hac Causa prò heredibus scribens, admisit *Card. de Luca. in miscellan. disc. 30. n.9.*, inquiens, dispositio- 24 nem quoad opus Legatum perfectam remansisse, etiamsi Testatrix progressa minimè fuisset ad destinationem Bonorum,prò fundatione Monasterii facienda ab ipsa destinatorum; licèt enim hæc omissa reperiretur, adhuc Legatum adimplendum, & Monasterium fundandum fuisset; In dubium itaquè venire minimè posse videtur, quin, inspectis superiùs relatis Juris regulis, hujusmodi Legatum demonstrativè conceptum dici debeat, ut post alios alibi allegatos, benè ad rem concludit *Merlin. Pignatell. contr.forens. cent.2. cap.82.sub num.18. vers.sed contra*, verbis illis = *Nàm quoad primum constat, Legata, & assignationem corporum diversis orationibus fuisse concepta, & rursùs corpus fuisse adjectum prò executione ipsius Legati; Undè intrant regulæ, superiùs à DD. traditæ, tali casu esse demonstrationis gratià factam judicandum* = .

Por ro Testatricis voluntas eruta ex mox traditis juris nostri regulis, magis etiam eluceścet, si animadvertatur, quod ipsa in Ecclesia d.Monasterii fundari jussit tres Cappellanias, nullâ factâ Bonorum, vel redituum destinatione, sed 25 absolutè hoc onus injungendo heredibus; quemadmodum igitur in dubium revocari nequit, quin fundatio Cappellaniarum, heredibus absolutè demandata, adimplenda esset ex rebus, & Bonis hereditariis, ad tradita per *Sadarin. resp. 7. num.14., & seqq., & nu.21., & seq., Larrea dec. Granat. 61.num.44., & 45., Merend. contr.34. num.32. lib.24.*, sic etiam dicendum est, quod, sublatâ qualibet taxativâ, ex eisdem 26 perficienda sit fundatio Monasterii, in cujus Ecclesia constituendæ erant Cappellaniæ; nam, si Testatrix voluit consequens, voluisse etiam 27 censetur necessarium antecedens,si vè subjectum, in quo subsistere debebant hæ Cappellaniæ, ut ad rem nostram observant *Mans. consult.17. nu. 31., & seqq., Sadarin. resp.7. num.21. vers. quinta ratio, Rota coram Merlin. decis.456. nu. 40., & generaliter tradunt, Bald. in leg. quamvis 5.num.2., & 3., Cod. de fideicomm., Cravet. cons.134. nu.45., Thabor. axiom. jur. lib.3. cap. 75. axiom.3., Rot. coram Coccino 375.num.9.*

Summoperè etiam urget qualitas Legati; pium namque est, ideoque jura nostra prò illius adimplemento, & executione quamcumque 28 benigniorem interpretationem amplectendam esse, præcipiunt, præsertim verò, quando idem 29 respicit favorem animæ ipsius Testatricis, ut in nostris terminis ait *Rot. decis.117.num.7. part. 17., decis.488. num.10., & seqq. part.19.*, & generaliter *apud Tiraquell. de privileg. piæ causæ privileg.62. per tot., Mantic. de conject. lib.8. tit.2. num.16. vers. verum, & seq., Rot. coram Card. Cerro decis.680. num.10., coram Duran. decis.267. num.2. vers., & præsertim post Censal. ad Peregr. decis.29.num.6. inter divers.,dec. 140. num.4. part.2., in rec. decis.149. num.6., & num.19. part.7., decis.12. num.16., decis.310. num.9. part.10.*, qua de re similia Legata includere dicuntur, quod est majus, non id, quod est 30 minus, *Corn. cons.302. num.2. lib.4., Soccin. sen. cons.247. num.7. lib.2., Surd. cons.298. nu. 10., Rot. in rec. decis.117.num.8. part.17.*, & per consequens eorumdem favor expoicit, quod 31 certæ rei, sivè Bonorum designatio non *taxativè*, sed *demonstrativè* accipienda sit, *Roman. singul.435. circa fin. vers. sed quid in eis, Tiraquell. de privil. piæ caus. privileg.63. in fin. vers. & hoc expresè*, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.12. tit.6. num.24., & seq., Gratian. discept. forens. 256.nu.29., Marant. resp.15. nu.76., & seqq. part.4., Vasq. de success. tom.2. lib.3. §.27. num.10. vers. vel nisi tale Legatum, Tondut. resol. benefic. cap.90. num.2., Rot. diversf. dec.662. num.2. part.1., coram Seraphin. decis.317. n.4., coram Merlino decis.456. num.39., in rec. decis. 63. num.21. part.11., in Viterbien. Legati 16. Januarii 1702. §. Nullatenus vers. tum etiam coram Muto.*

Denique interpretatio isthæc potiori jure sequenda videbatur, quia favore piæ causæ urgent duæ sententiæ conformes Rev. Fabricæ, condemnantes heredes clar. mem. Principissæ Testa- 32 tricis ad supplendum ex illius patrimonio quidquid deest erectioni Monasterii, quæ sententiæ, ex speciali jure, & privilegio ejusdem Rev. Fabricæ habent vim trium, & constituunt rem judicatam, *Rota in Romana Locorum Montium super applicatione fructuum 3.Junii 1711. coram Ma-*

Molines, & passim alibi, ex quo inferebatur,
33 quod, si favore piæ causæ, ut res Legato adjecta, *demonstrativè* potiùs quàm *taxativè* adpositâ censeatur, sufficit, rem dubiam esse, *Ros. consult.*61., *Card. de Luca de fideicomm.disc.*167. *nu.* 9., *de legat. disc.*14. *num.*4., *& seq.*, quonam pacto in nostro casu disputari ampliùs poterit de dicti Legati qualitate, quando illa constabilita videtur per rem judicatam, quæ, juxta illud forensium ore tritum effatum, facit de albo nigrum, & æquat quadrata rotundis?

Quamquam verò hæc argumenta plurimùm urgere videantur prò inducenda qualitate *demonstrativa* Legati, nihilominùs, si diligentiùs intueamur testamentariam dispositionem, &
34 spectemus Testatricis voluntatem, quam solam in istiusmodi quæstionibus prò statuenda natura, & qualitate Legati inspiciendam esse, admonemur à *Card. de Luca de legat. disc.*14. *nu.*1., *disc.* 66. *num.*8., *de dot. disc.*61. *num.*6., *& seqq.*, *in Miscell. disc.*30. *num.*6., *& seqq.*, *Merlin. Pignattell. contr. forens. cent.*2. *cap.*82. *numer.*10., *Rota coram San. mem. Alex.VIII. decis.*254. *nu.* 15., *coram Dunoz. jun. decis.*814. *num.*5., *& duob. seqq.*, *in rec. decis.*117. *num.*3., *& seq. part.*17., *in Romana*, *seù Januen. Dotium* 1.*Februarii* 1709. §. *Quod autem fructus coram Aldrovando*, potiora esse videntur argumenta, quæ stant prò qualitate *taxativâ* Legati, de quo agitur, ut perspici posse videtur ex superiùs relatæ testamentariæ dispositionis naturâ,& substantiâ: Testatrix enim,deficientibus ejus filiis,substituit Ecclesiam S. Ignatii, non quidem titulo lucrativo,& cum facultate fructus,& emolumenta hereditaria erogandi arbitrio suo in usus sibi placitos, sed adjectis pluribus oneribus, designavit usus, & causas, in quas illa erogari volebat, divisis enim hereditatis fructibus in duas partes, illarum medietatem destinavit fundationi tot Cappellaniarum, ut sub initium diximus, alterius verò medietatis erogationem committendo Reverendissimo Patri Præposito Generali Societatis Jesu, se retulit ad formam illi præscriptam in altero suo ultimo testamento, in quo ità disposuerat = *Chiamo nella mia roba, ed eredità la sudetta Chiesa di S. Ignazio del Collegio Romano con espressa condizione, che d. robba debba tutta nelli frutti senza alienare, nè diminuire il Capitale, applicarsi in compimento, perfezione, ornamento, e dote della medema Chiesa, senza che nè dal Padre Generale de' Gesuiti, e da tutta la Religione, nè da altri,anche con autorità Apostolica possa convertirsene tutta, ò parte in altri usi, anche necessarj, è verisimili, essendo tale la mia espressa volontà da non derogarsi, ò commutarsi* = deindè verò Testatrix in dicto suo ultimo testamento referente,post alia ordinata Legata, deveniens ad fundationem Monasterii, ejusque dotationem, prò illis perficiendis vendi jussit fabricam incæptam in Terra Zagaroli, & reliquit gemmas, aurum, argentum, ceteraque omnia, quæ leguntur eo testamenti loco, quem retulimus in §.2.

Ex his autem nedum consurgunt validissima argumenta suadentia, Testatricem non *demonstrativè*, sed *taxativè* designasse Bona, & res, ab ipsa destinatas fundationi, & dotationi Monasterii, sed, si spectemus relationem, quam illa in hoc ultimo testamento habuit ad aliud præcedens testamentum, perspicua reddi videtur ejus voluntas prò *taxativa* Legati, eamdemque res, pro Monasterio fundando, dotandoque designatas, ea mente, & animo non reliquisse, ut, si illæ perirent, aut casu aliquo ità diminuerentur, ut non sufficerent operis perfectioni, & implemento, pro eo perficiendo ab herede fieri deberet suppletio ex aliis rebus,in suo patrimonio relictis; quippè, ut diximus, non agitur de herede, titulo lucrativo hereditatem adepto, sed idem universos illius fructus erogare tenetur in opera,& Legata pia,ordinata favore animę ipsius Testatricis. Cum autem certi juris sit, quod re- 35
spectu plurium Legatorum, sivè piorum operum,à Testatore demandatorum,considerari potest major, vel minor ejusdem affectio, ut in specie Legatorum piorum hanc majorem affectionem Doctores considerant, illam metiendo ex majori pietate respectu operis, devotione re- 36
spectu Legantis, & favore animæ ipsius, per ea, quæ tradunt *Bim. cons.*357., *Card. de Luca de legat. disc.*13. *sub nu.*8., *Sudarin. resp.*7. *nu.*21., *Larrea decis. Granaten.* 61. *num.*4., *& seq.*; Cumque etiam in dubium venire nequeat,quod, si agatur de duabus piis dispositionibus, sivè quibuscumque aliis Legatis, quoties respectu unius 37
considerari potest major Testatoris affectio,tunc frustra quæritur, an Legatum *demonstrativum*, vel *taxativum* censendum sit, eò quod hoc casu, si non sufficiant res, à Testatore destinatæ pro 38
opere, erga quod minor cadebat illius affectio, suppletio ex verisimili illius mente nullo pacto fieri debeat ex rebus destinatis pro exequendo opere,magis ab eo optato: præsertim verò,quando factà suppletione istà,illud exequi non posset, *Surd. cons.*207. *num.*18., *Bertazzol. cons.*87. *num.*14., *Bursatt. cons.*5. *nu.*5., *Menoch. cons.* 1248. *num.*6., *Pedrocch. cons.*2. *nu.*99., *Mantic. de conject. lib.*3. *tit.*19. *num.*11., *Mart. de succes. leg. part.*4. *quæst.*8. *art.*5. *num.*7., *Saminiat. contr.*40. *num.*40., *Rot. decis.*77. *num.*41. 42., *& plurib. seqq. part.*10. *rec.*, hinc sequitur, quod,si demonstraverimus, Testatrici magis cordi fuisse, ut implerentur Opera pia, heredi suo injuncta, atque exequenda ex reditibus hereditariis, ex eisdem supplendum minimè sit id, quod deficere dicitur pro fundatione Monasterii, cum sit opus minùs ab ea dilectum, & non primariò, sed secundariò ab eadem volitum, atque demandatum.

Id verò perspicuum fit nedum ex eo, quod Testatrix Ecclesiam S. Ignatii in universâ suâ 39
hereditate substituit, contra verò pro fundatione, & dotatione Monasterii, nonnisi particularia quædam Bona destinavit, ad *Textum in leg. si filium §. Sed etsi portio ff. de legat. præstan.*, *Mantic. de conject. ult.volunt. lib.*6. *tit.*11. *n.*34., *Rota decis.*453. *num.*4. *part.*1. *rec.*, *& in Maceraten. Legatorum*, *& Fideicommissi* 18. *Junii*

1710. §. *Neque ultra coram Anſaldo*; verùm clariùs evincitur ex ſpeciali præcepto, quo juſſit,
40 integros ſuæ hereditatis fructus, abſque ullà prorsùs diminutione, erogari in cauſas pias, ab ipſa præſcriptas, tale præceptum confirmando expreſsà illà, atque ſtrictiſſimà prohibitione, nè opera, ab ipſa demandata, quacumque authoritate etiam illà Summi Pontificis derogari, & commutari poſſent, convertendo, Bonorum reditus in alios uſus quamvis veriſimiles, & neceſſarios; Ex his autem quemadmodum rectè arguitur Teſtatricis prædilectio, & incommutabilis ejus voluntas circa omnimodam executionem piorum Operum, in Eccleſia S. Ignatii adimplendorum, ex notatis per *DD. in Auth. hoc ampliùs Cod. de fideicomm.*, *Soccin. ſen. conſ.*71. *ſub num.*19. *lib.*1., *Cravett. conſ.*161. *num.*5., *Ruin. conſ.*3. *num.*5., *& ſeq. lib.*2., *Maſcard. de probat. concl.*67., *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.* 16. *ſub num.*4. *verſ. ſecunda conjectura*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*468. *nu.*8., ita etiam ex eiſdem infertur, nihil magis ab ejus mente aberraſſe, quàm quod, quatenùs fundationi Monaſterii, ab
41 ipſa ordinatæ, non ſufficerent Bona deſtinata, eadem perfici deberet cum interverſione, ſivè diminutione aliorum piorum Operum peragendorum in Eccleſia S. Ignatii, hæc enim, utpotè ſpecialiter prædilecta ex veriſimili ipſius mente, in concurſu prælata cenſenda eſt fundationi Monaſterii, per ea, quæ tradit *Bartol. in lege final. num.*2. *ff. ad Trebell.*, *Corn. conſ.*290. *num.*4. *lib.*4., *Rain. conſ.*158. *num.*9., *conſ.*168. *nu.*6. *lib.*2., *Curt. jun. conſ.*22. *num.*8., *conſ.*69. *n.*2., *Menoch. conſ.*525. *nu.*2., *Rodulphin. alleg.*140. *num.*8., *Rota coram Buratto deciſ.*899. *num.*1., *in rec. deciſ.*243. *num.*10. *part.*17., *in Terulen. Beneficii* 25. *Junii* 1696. §. *In hypotheſi coram Muto*.

Quis enim in dubium revocare poterit, quin Teſtatricis voluntas reſpectu operum adimplendorum in Eccleſia S. Ignatii, nullam admittens
42 interpretationem, immutabilis fuerit, quando illa ardens vehementiori quadam cupiditate eadem omnino perficiendi, fecit id, quod ipſi alioquin facere minimè licebat, voluit nempè,
43 quod in ſuam diſpoſitionem nullus relinqueretur locus poteſtati ſupremi Principis, eidemque præripuit arbitrium illam commutandi, id autem licèt permiſſum non eſſet Teſtatrici, quæ
44 ordinare nequibat, nè diſpoſitio ſua ſubijceretur legibus, aut ſupremi Principis poteſtati; nihilominùs ex hoc evidens, & aperta redditur expreſſa, abſoluta, & determinata ejuſdem voluntas, ut opera, ab ipſa demandata, omnino adimplerentur, argumento *Textus in leg. finali ff. de reb. eorum*, *L.*2. *Cod. de confirm. Tutor*, *Pariſ. conſ.*7. *num.*27. *lib.*3., *Card. de Luca de jurepatr. diſc.*63. *nu.*9., *Donat. Anton. de Marin. reſolut. jur. lib.*1. *cap.*141. *num.*14., *Saminiat. contr.*130. *nu.*38., *& ſeqq. tom.*2., *Rota coram Coccin. deciſ.*223. *num.*24., *cor. Pen. deciſ.*85. *num.*6., *coram Ubald. deciſ.*44. *num.*2., *coram Gregor. deciſ.*476. *num.*3., *coram Carill. deciſ.* 229. *num.*10., *coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.*37. *num.*30., *in rec. deciſ.*364. *num.*2., *& deciſ.*714. *num.*6. *part.*1., *deciſ.*174. *n.*5. *part.*2., *deciſ.*94. *num.*18. *part.*9., hæc autem voluntas procul dubio excludit ſuppletionem exadverſo 45
prætenſam; nam, cum iſta fiat ex tacitâ quadam, & veriſimili voluntate Teſtantis, in caſu noſtro non ſolùm locus eſſe nequit tacitæ iſti, & veri-
ſimili voluntati, quia hæc eſt incompatibilis 46
cum voluntate expreſſa, quà illa abſolutè perfici voluit alia opera, ab ipſa injuncta heredi, & quæ, ut in facto probat d. Cauſæ Patronus, perfici non poſſent, ſi ex hereditate ſupplendum eſſet quid-
quid deeſt fundationi, & dotationi Monaſterii, 47
ex regulâ illâ, quà edocemur, quod in diſpoſitione numquam tacitè à Teſtatore volitum dici poteſt id, quod directè opponitur, atque adverſatur expreſſæ illius voluntati, eamque privat ſuo plenario effectu, *Franc. Becc. conſ.*39. *n.*24., ubi, quod non ſumitur argumentum à tacito, vel 48
præſumpto ad deſtructionem expreſſi, ſed benè è contrario, *Dec. conſ.*34. *num.*98., *& ſeqq. lib.*3., *Thabor. axiom. jur. lib.*5. *cap.*45. *axiom.*11. *verſ. declara hanc regulam*; verùm etiam non dubiis verbis excluſa videtur, dum Teſtatrix expreſsè prohibuit commutationem, authoritate etiam Apoſtolicâ faciendam in alios uſus, tametſi neceſſarios, & veriſimiles, ibi = *ſenza che nè dal Padre Generale de' Geſuiti, e da tutta la Religione, nè altri anche con autorità Apoſtolica poſſa convertirſene tutta, ò parte in altri uſi, anche neceſſarj, è veriſimili, eſſendo tale la mia eſpreſſa volontà da non derogarſi, ò commutarſi* = ſi igitur an Legatum *taxativum* ſit, vel *demonſtrativum*, & deficientibus Bonis legatis, locus eſſe 49
queat ſuppletioni ab herede faciendæ, pendet à veriſimili voluntate, & mente Teſtatricis, quo colore, aut qua juſtà ratione veriſimilis iſta voluntas figurari poterit in Teſtatrice illâ, quæ pro- 50
hibuit, totam, aut partem ſuæ hereditatis, certis operibus applicatæ, converti in alios uſus, tametſi neceſſarios, & veriſimiles, prohibuitque omnem illius derogationem, aut commutationem, & hanc eſſe expreſſam ſuam voluntatem, profeſſa fuit? Ex hoc enim reſultat contraria ejuſdem 51
Teſtatricis voluntas, & vehemens deſiderium pro perpetua Bonorum conſervatione, & unione penes Eccleſiam S. Ignatii, ut notat *Salgad. in Labyrinth. credit. part.*1. *cap.*37. *num.*41. *verſ. nam cum hæ clauſulæ*, *Caſtill. contr. forenſ. lib.*7. *cap.*41. *num.*194. *verſ. ego ſanè in fine num.*195. *pariter in fine*, *& ſub num.*199., *& ſeqq.*

Argumentum iſtud perſpicuè demonſtrans voluntatem Teſtatricis elidi minimè poteſt contrariâ animadverſione, quod Eccleſia S. Ignatii non fuit heres purè ab initio inſtituta, ſed conditionaliter ſubſtituta, deficientibus ſcilicet tum filio maſculo, à Teſtatrice naſcituro, iſtiuſque Deſcendentibus, tum etiam tribus ejuſdem Teſtatricis filiabus, & Principe Camillo Pamphilio ipſius fratre eiſdem filiabus ſubſtituto, à quibus primis heredibus inchoanda, perficiendaque erat fundatio, & dotatio Monaſterii, qui primi heredes, ſi ſtatim hoc Legatum adimplere tenebantur, ſi iidem hereditatem titulo lucrativo con-

sequebantur, cessare idcirco videntur argumenta omnia, pro inducenda taxativà Legati, deducta ex eo, quod Ecclesia S. Ignatii, licèt vocata ad totam ipsius hereditatem; nihilominùs illam minimè consequeretur titulo lucrativo, sed gravaretur universos fructus, & emolumenta
52 hereditaria convertere in certos usus, & opera illi injuncta; ex his enim, utpotè conditionaliter volitis, & perficiendis longè post jam perfectam fundationem Monasterii, argumentum nullum elici posse dicebatur pro interpretanda qualitate, & natura istiusmodi Legati: Immò verò, cum istud purè volitum fuerit, statim perfici debuerit; ex mente idcircò Testatricis adimplendum erat, tametsi Bona, in eam causam destinata, non sufficerent, supplendumque aliquid ex reliquo suo patrimonio; modò enim perficeretur opus illud, quod ipsa statim post suam mortem adim-
53 pleri voluit, minùs curasse videtur de adimplemento ceterorum operum, quæ ordinata fuerant sub conditione collata in remotissimum eventum, & quæ, nonnisi post longissimi temporis intervalla purificari fortè poterat.

Discursus namque iste licèt præseferre videatur speciem aliquam verisimilis voluntatis Testatricis, excludentis qualitatem *taxativam* controversi Legati; nihilominùs, si inspiciamus statum, in quo illa reperiebatur tempore conditi testamenti, & ex isto illius voluntatem metiamur, ut etiam si spectemus tum substitutiones ab ipsa ordinatas, tum etiam conditiones adjectas substitutioni Ecclesiæ S. Ignatii, facilè perspici poterit, quod, juxta ea, quæ superiùs diximus, ex ejusdem mente Legatum, de quo agitur, *taxativè*, non autem *demonstrativè* factum omninò dicendum sit. Porro Testatrix tempore conditi testamenti viro orbata, nullum habebat filium masculum, qui filios suscipiendo excludere posset Ecclesiam S. Ignatii, cujus tamen, si nasceretur, institutio, ejusque De-
54 scendentium substitutio alterare nequiret ejusdem mentem, & substantiam dispositionis, ab ipsa factæ, nedum quia institutio filii masculi
55 nascituri facta videtur ad cautelam, nè scilicet, eo superveniente, rumperetur testamentum, non autem quia ipsa in viduitate lugens cogitaret de novis nuptiis, ex quibus filium suscipere posset, ut perspicuum fit ex toto testamenti contextu,
56 in quo mente præsagâ imminentis mortis, de rebus suis disposuit, prout exposcebat status ille, in quo tempore conditi testamenti reperiebatur; Verùm etiam quia, cum ipsa, dum condebat testamentum; duplicem considerasset eventum, primum nempè, in quo ei filius masculus adnasceretur, alterum vero, in quo sinè illo decederet, & utroque casu diversimodè disposuerit,
57 pro decisione hodiernæ controversiæ inquirere debemus non quæ, qualisque fuerit, aut esse potuerit ipsius mens in casu, qui non evenit, sed quid ipsa disposuerit, volueritque fieri in casu, qui evenit, *Saminiat. contr. for. tom.2. contr.122. num.28.*, *Rota apud Torr. de succeff. in primogen.*, *& majorat. Ital. part.2. quæst.2. num.42.*, *in rec. decis.556. nu.17. part.4. tom.3.*, spectando videlicet substitutionem illam, quæ 58
purificata, non autem illam, quæ caduca effecta fuit, & corruit, *Soccin. jun. cons.63. num.14. lib.3.*, *Cravet. cons.161. in fin.*, *Gratian. discept. for. tom.2. cap.275. num.1.*, *Rota decis.249. sub num.8. vers. quoniam adverterunt*, *& num. seqq. part.7. rec.*

Inspecto igitur dicto secundo eventu, & statu, in quo Testatrix, nullo suscepto filio masculo, reperiebatur tempore tum conditi testamenti, tum etiam obitus, eadem videns, quod vocatio Ecclesiæ Sancti Ignatii concepta ab ipsa fuisset sub conditione, quæ suspendere quidem, caducam autem facere nequibat ipsius substitutionem, nam non vocabatur sub conditione, quod ejus filiæ, & Princeps Camillus eisdem substitutus morerentur sinè filiis, sed cum illis substituebatur in casu obitus, quæ conditio cum certò eventura esset, ex illo immutabili Divinæ providentiæ Decreto, quo statutum est hominibus semel mori, *Rota coram Emerix jun. decis. 895. num.6.*, *& decis.937. nu.2.*, cumque etiam certò extitura esset illa alia conditio, quod tem- 59
pore obitus heredis gravati substitutus superstes esset, quæ conditio de jure inest omnibus substitutionibus, per *Text. in leg. & nomen S. Sin minùs ff. de caduc. tollen.*, & firmata *per Rotam in Bononien. Fideicommissi Annibalis de Ursis 13. Maii 1709. S. Quo autem coram Aldrovando*; substituta namque erat Ecclesia, quæ est persona quædam ficta, quæ non moritur, *leg. Jubemus nulli 14. in princip. verb. scientes Cod. de sacrosanct. Eccles.*, *Thabor. axiom. jur. lib.5. cap.2. axiom.2.*, *Fattinell. resp.116. num.3.*, *Rota coram Merlin. decis. 583. num. 27.* hunc, inquam, statum considerans prudens Testatrix, & præmentis oculis habens tum fundationem Monasterii, tum etiam Ecclesiam Sancti Ignatii heredem substitutam, & pia opera in illâ adimplenda, dum separatis à sua hereditate quibusdam rebus, in causam dictæ fundationis erogandis, dictam Ecclesiam vocavit ad universam suam hereditatem cum incommutabili illo præcepto, quod religiosè, fideliterque hereditarii reditus erogandi essent in usus, ab ipsa destinatos, prohibitâ quacumque illorum commutatione, dicendum procul dubio est, quod prò di- 61
cta fundatione *taxativè* dumtaxat reliquerit Bona, de quibus agitur, dum totam integram, & universam suam hereditatem deferri voluit ad Ecclesiam Sancti Ignatii, certò successuram, imponendo illi commutabile onus adimplendi opera pia, quæ nec ex ipsius verisimili voluntate, immò, nec etiam ex ipsa supremâ Principis potestate in aliud opus commutari posse, voluit, juxta eà, quæ superioribus locis firmavimus.

Jam verò firmâ, atque immotâ manente hac Testatricis voluntate erga pia opera perficienda in Ecclesia Sancti Ignatii, parvi refert, quod illa res, pro fundatione, & dotatione Monasterii legatas, purè reliquerit, illamque sta-

tim ab heredibus, vel eorum Tutoribus perfici, voluerit; nam Doctores prò dignoſcendâ natu-
62 râ Legati, num videlicet *taxativum* ſit, vel *demonſtrativum*, non inquirunt, an illud purum ſit, vel conditionale, id enim non pertinet ad deciſionem hujus quæſtionis, ſed benè ad eam-
63 pertinet voluntas Teſtatricis, quam intuendam eſſe, eamdemque, ſi clara non ſit ex conjecturis, & ex regulis juris, prò eâ aſſequendâ tradi-
64 tis, inveſtigandam eſſe admonent, minimè curato ordine temporis, quo aliquod Legatum adimplendum ſit: nam, ſi vehementiori deſiderio unum præ alio à Teſtatore volitum reperiatur, parvi refert, quod iſtud poſteriori tempore perficiendum ſit; id enim evenire poſſet ex eo,
65 quod amplitudo, & magnitudo operis majores opes expoſcat, prout contingit in caſu noſtro, in quo Teſtatrix univerſam ſuam hereditatem, quam
66 certè æſtimabat longè pluris, aliis rebus, prò fundatione Monaſterii legatis, reliquit prò ornanda magnificentiſſima Eccleſia Sancti Ignatii, & erigendis Cappellaniis, ab ipſa volitis, quæ omnia ardentiori deſiderio, ut diximus, optata ab ipſa fuerunt, ideoque impediunt ſuppletionem illam, quæ hodie exadverſo prætenditur.

Quamobrem prò iſtiuſmodi voluntate coadjuvanda plurimùm, ut diximus, urgere videtur qualitas heredis, qui videlicet non titulo lucrativo hereditaria commoda, & emolumenta conſecutus fuit, ſed pluribus illi impoſitis à Teſtatrice oneribus, non tàm heres, quàm ſim-
67 plex videtur executor onerum, & operum ab ea injunctorum, iſta religiosè adimplere obligatus; & per conſequens Legatum *taxativè* potiùs, quàm *demonſtrativè* accipiendum eſt, cum res
68 non ſit de eo, quod deficit adimplemento Legati, ſupplendo ex fructibus, ſive rebus, titulo lucrativo ab herede percipiendis, ſed de præjudicio aliorum piorum operum, quæ à Teſtatore cum omnimoda incommutabilitate demandata fuerunt, ad differentiam alterius caſus, in quo adverſus heredem, qui titulo lucrativo hereditatem conſecutus fuiſſet, ut animadvertit *Benedic. Cap. conſ. 3. num. 3.*, *Sadarin. reſp. 7. num. 4. verſ. tertium*, *& num. 26.*, *Cardin. de Luca de uſur. diſc. 31. nu. 8.*, *& de legat. diſc. 14. num. 11. & 12.*, *Mantic. de conjectur. ultim. voluntat. lib. 6. tit. 3. ſub num. 36. verſ. ſecundo*, *Altograd. jun. controv. 76. numer. 13.*, *& ſeqq.*, *& num. 21.*, *& ſeqq.*, *Roſa conſult. 61. num. 35.*, *& ſeqq.*

Certiùs in caſu noſtro, in quo Teſtatrix cer-
69 ta determinata Bona, & corpora ab hereditate ſua diſſecuit, eaque nominatim applicavit prò fundatione, & dotatione Monaſterii, ex quo validum conſurgit argumentum, quod ipſa, nonniſi *taxativè*, Bona, & res, pro dicto opere relictas, deſignaverit; natura enim Legati conſiſtentis non in quantitate, & in genere, ſed in ſpecie certâ, *taxativa* eſſe cenſetur, eò quod res ipſa, quæ eſt in Legato, dicatur eſſe in ſub-
70 ſtantia, & cauſa Legati, ut tradunt *Cujac. ad §. primum leg. ſi Legatum ff. de legat. primo tom. 4. oper. poſth. part. 1. fol. mihi 1120.*, *& in lib. 18. quæſt. Papinian. tom. 1. oper. poſthum. fol. mihi 508. litera A & B*, *Pacian. conſ. 22. numer. 22. & ſeq.*, *Barry de ſucceſſ. lib. 9. tit. 18. num. 11.*, *Cyriac. contr. 336. num. 7.*, *& ſeqq.*, *Caſtill. contr. jur. lib. 4. cap. 54. numer. 25.*, *& pluribus ſeqq.*, *Guſman. de evict. quæſt. 30. numer. 79. & 87.*, *& ſeqq.*, *Morott. reſp. 5.*, *de Luca ad Franch. deciſ. 721. num. 2.*, *Rota in Algaren. Legatorum 16. Januarii 1696. §. Cum autem coram Eminentiſſimo Card. de la Tremoille*, ideoque illius peremptio, ſive diminutio pertinet ad Legata- 71
rium, non ad heredem, qui id, quod deficit, ſupplere non tenetur, *Guſman. de evict. dict. quæſt. 30. num. 74. & ſeq.*, *Pignatell. conſult. Canonic. lib. 9. conſult. 110. num. 2. & ſeqq.*, *Palma alleg. 181.*, *& allegat. 182. num. 1.*, *& ſeqq.*, *Rota coram Card. Cerro deciſ. 433.*, *in recent. dec. 283. num. 24. part. 7.*, *deciſ. 62. num. 9. part. 11.*, *in Romana Locorum Montium 21. Martii 1694. §. Abſque eo quod coram Benincaſa*, quod in hac Cauſa cognoviſſe videtur etiam *Cardin. de Luca in Miſcell. diſc. 30. nu. 9.*, inquiens, ſibi veriùs videri, Teſtatricis voluntatem ſtetiſſe prò *taxativa*, dum in hanc cauſam fundationis Monaſte- 72
rii legavit gemmas, & jocalia, quæ ex mulierum ingenio, & affectione maximi ab eiſdem 73
æſtimari ſolent.

Quod ſanè argumentum deſumptum ex qualitate Legati conſiſtentis in ſpeciebus, fortiùs urget in caſu noſtro ob duplicem animadverſio- 74
nem; primò nempè quia Teſtatrix res illas, quas in hanc cauſam relinquebat, non ſolùm ſpeciatim nominavit, ſed plures adjecit demonſtrationes, taxationem innuentes, videlicet, quales illæ eſſent, undè eas adquiſiviſſet, penes quem conſervarentur, ſe denique referendo ad illarum deſcriptionem, teſtamento inſertam, quæ omnia evincunt, Legatum eſſe *taxativum*, non *demonſtrativum*, certumque corpus, & ſpeciem in Legato fuiſſe, *Surd. deciſ. 337. ſub num. 6. verſ. ex alia*, *Rota in dicta Algaren. Legatorum 16. Januarii 1696. §. Idque uberius coram Eminentiſſimo D. Card. de la Tremoille*, in qua *præcedenti §.* ſi dicitur, quod ſimiles demonſtratio-
nes tanti valent, ut, etiamſi agatur de Legato 75
quantitatis, quod tamquam generis, regulariter *demonſtrativum* eſſe cenſetur ob functionem, quam pecunia recipit, ſi, inquam, ſimiles demonſtrationes Legatum etiam quantitatis taxa- 76
tivum efficiunt, *Morott. reſp. 5.*, *Guſman. de evict. quæſt. 30. num. 79. & num. 87.*, *& ſeqq.*, *de Luca ad Franch. deciſ. 721. num. 2.*, quanto potiori jure id dicendum erit in caſu noſtro, in quo ſubſtantia ipſa Legati non ſolùm conſiſtit in ſpeciebus, ſed illæ tot demonſtrationibus indigitatæ apparent? hoc enim caſu, nonniſi *taxativè*, relictæ dici poſſunt, juxta ea, quæ mox diximus.

Altera eſt, quod Teſtatrix loquens de ædificatione, & dotatione Monaſterii, expreſſis verbis ait, quod utraque fieret ex pretio ſpecierum relictarum, ibi = *ſe n'edifichi detto Monaſtero, e*

ſe li

77 *se li faccia il fondo dotale* = At verò, si Testatrix voluit, quod ex illis perficeretur materiale ædi-
78 ficium, ex eisdemque constitueretur fundus dotalis Monasterii, dicendum videtur, quod substantia, & causa Legati taxativè consisteret in eisdem speciebus, nominatim ad hunc effectum relictis, ex dispositione *Textus in leg. cum certus numerus 5. ff. de tritic. vin. vel oleo legat.*, *Joan. de Amic. conf. 46. num. 8.*, *Gratian. discept. forens. cap. 256. num. 35.*, *& seqq.*, *& nu. 50.*, *& seq.*, *Barry de succeff. lib. 9. tit. de legat. 18. num. 9.*, *& seqq.*, *cum aliis*, *quos latè cumulat Merlin. Pignatell. cent. 2. cap. 82. num. 6.*, *Rosa consult. 61. num. 1.*, *Merend. contr. lib. 24. cap. 34. numer. 21.*, *Carol. Anton. de Luca ad Franch. decis. 721. num. 3. & 4.*, & distinguendo tradunt alii superiùs allegati in *§. Sin verò*; exemplo dotis profanæ, prò qua si assignetur certa species, & fundus, dicaturque, quod ea-
79 dem traditur pro fundo dotali, in illâ dos taxativè constituta censetur, juxta receptissimam theoricam *Bartol. in leg. si quis stipulatus ff. de solut.*, *Saminiat. contr. 75. numer. 19.*, *& seqq.*, *Rota coram Merlin. decis. 792. per tot.*, *& in Romana Fideicomm. de Martellis 22. Aprilis 1701. §. Etenim coram Pio*, proindeque, si eadem pe-
80 reat, vel diminuatur, ipsius mulieris periculo perire, & minui dicitur, *Barbos.*, *in leg. si æstimatis num. 10. ff. solut. Matrimon.*, *Menoch. conf. 1209. num. 24.*, *Peregrin. conf. 24. sub num. 3. in fine lib. 3.*, *Simon. de Præt. conf. 148. num. 4.*, *Cardin. de Luca de dote disc. 61. nu. 5.*, *& disc. 157. num. 28.*, *& seq.*, *Rota coram Merlin. dicta decis. 792. num. 19.*, *& alibi passim*.

Robur his addit conjectura elicita ex unicita-
81 te orationis, quæ, ut superiùs firmavimus, præcipuè spectanda est prò statuendo, an Legatum *taxativum* sit, vel *demonstrativum*; illa autem proeul dubio concurrit respectu fabricæ jam inceptæ in Terra Zagaroli, quam Testatrix vendi mandavit prò construendo Monasterio; quippè
82 oratio regitur ab uno, eodemque verbo = *Item prego il Signor Cardinale Ludovisij &c.* = ab hoc enim reguntur postrema illa verba, quibus præcipitur = *e che si venda la fabrica fatta in Zagarolo* = quippè pendent ab illo verbo = *Item prego il Signor Cardinale* =, ad quem refertur tota dispositio, proindeque respicere dicuntur ipsam substantiam Legati, *Bald.*, *conf. 151. lib. 5.*, *Dec. conf. 183. num. 2.*, *Marcian. conf. 41. numer. 9.*, *Cyriac. controv. 336. numer. 14.*, *& seqq.*, *Rodulphin. allegat. 44. num. 11.*, *Carol. Anton. de Luca ad Franch. decis. 721. num. 3.*, *& seq.*, *aliique superiùs allegati in §. Prò dignoscenda autem*. At verò si respectu fabricæ, quæ erat una ex rebus assignatis prò constructione, & dotatione Monasterii, concurrere dicitur unicitas orationis, idem procul dubio statuendum erit de gemmis, aliisque rebus, in eamdem causam relictis, quia, licèt istæ non designentur in oratione recta ab eodem verbo, non idcirco tamen positæ
83 censendæ sunt sub diversa oratione; tum quia illæ adjectæ non fuerunt respectu executionis Legati, sed respectu substantiæ ipsius: nam Testatrix per modum declarationis in sequenti periodo prosequitur enumerationem illarum rerum, ex quibus Legatum reliquit, quod substan- 84
tiam Legati respicere dicitur, non solutionem ipsius, proindeque taxativè de eisdem disposuisse censetur, quemadmodum intelliguntur omnia 85
verba significantia eas res, ex quibus sumi debet Legatum, ut rectè in proposito diversarum orationum considerat *Merend. contr. lib. 24. cap. 34. num. 21.*, *Carol. Anton. de Luca ad Franch. decis. 721. num. 4.*, tum etiam, quia concurrit dictio illa *Item*, quæ suâptè naturâ est conti- 86
nuativa orationis, & repetitiva qualitatum, in præcedenti parte expressarum, *leg. Item ff. de Procurator.*, *& leg. Item earum ff. quod cujusque Universitatis nomine*, *Alex. conf. 37. num. 10. lib. 3.*, *Dec. conf. 433. num. 3.*, *Paris. conf. 16. nu. 44. lib. 3.*, *Bertazzol. de clauf. clauf. 20.*, *Glos. 1.*, *Gratian. discept. forens. 563. nu. 62.*, *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. Gloss. 1. numer. 5.*, *Rota decis. 425. nu. 7. part. 4.*; Quo proindè fit, quod, si Testatrix sub unicâ oratione *taxativè* designavit 87
ædificium cæptum in Terra Zagaroli, sub eadem pariter oratione taxativè complecti voluisse censetur gemmas, aliasque res, sub immediatè sequenti periodo per dictionem continuativam adjectas, & ad eumdem finem, & opus relictas, atque destinatas, *Saminiat. contr. 130. num. 25.*, *& 28. tom. 2.*, *Rota coram Pamphil. decis. 674. num. 3.*, *in recent. decis. 181. numer. 4. part. 11.*, *& decis. 202. num. 10. part. 12.*; Tum denique, quod magis est, quia concurrit eadem ratio, & causa finalis, quæ efficit, ut di- 88
verso jure censeri nequeant, sed æqualiter determinatæ dici debeant, *Altograd. sen. conf. 60. numer. 106.*, *& seqq. lib. 1.*, *Menoch. conf. 291. num. 14.*, *Gratian. discept. 733. num. 17.*, *Guttierez. practicar. quæst. lib. 3. quæst. 19. num. 22.*, *Bonden. collect. legal. 9. nu. 149.*, *collect. 20. num. 29.*, *collect. 34. num. 42.*, *Rota coram Coccin. decis. 1545. nu. 10.*, *decis. 1796. num. 4.*, *in rec. dec. 61. num. 21. part. 14.*

Concurrit, inquam, eadem causa, & ratio finalis, non quidem tacitè subintellecta, aut per conjecturas subaudita, sed apertis verbis ex- 89
pressa, nempè *à fine di fare detto Monastero*, ex qua causa arguitur, gemmas, aliasque species relictas, subesse eidem *taxativæ dispositioni*, cui fabricam Zagaroli subjectam fuisse, supra firmavimus, ita exposcente ratione desumptâ ex identitate causæ finalis, per *Text. in leg. Prædiis 89. §. Balneos ff. de legat. 3.*, *Cujac. super dict. Textu in lib. 7. resp. Papin. pag. 291. in posthum. tom. 1.*, *Alex. conf. 223. lib. 2.*, *& conf. 204. lib. 6.*, *Surd. conf. 207. sub num. 5.*, *Ancharan. conf. 291. in princip.*, *Gabriel. conf. 94. sub numer. 8. lib. 2.*, *Becc. conf. 153. sub num. 6.*, *Cancer. var. resolut. part. 3. cap. 20. de legat. num. 145.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 4.*, *præsumpt. 129. num. 12.*, *Rota decis. 77. num. 8. part. 10. recent.*, *& decis. 16. num. 19.*, *& 20. part. 17.*; Et sanè, si Testatrix de illis *demonstrativè* disponere voluisset,

90 ſet, cur toties repetiiſſet cauſam finalem, in-
quam erogari deberet tàm pretium fabricæ,
quàm gemmarum, & ceterarum rerum, prò
fundatione, & dotatione Monaſterii relicta-
rum, niſi hac dicendi ratione oſtendere voluiſ-
ſet, ſe non alias res, quàm expreſſas, in hanc
cauſam erogari velle, quippè, ſi eas demonſtra-
91 tionis tantum gratiâ adponere voluiſſet, ſatis
erat dixiſſe. = *Item laſcio per la fondazione, &
edificio di detto Monaſtero tutte le mie gioje, oro,
argento &c.* = minimeque oportuiſſet addere illa
92 alia verba = *,e che del prezzo ſi edifichi detto Mo-
naſtero, e ſe li faccia il fondo dotale* = ; dum ita-
que Teſtatrix non contenta ſimplici expreſſione
cauſæ, in quam ea omnia relinquebat, præterea
addidit, quod idem Monaſterium ædificari, &
dotari deberet ex illorum pretio, ibi = *e che del
prezzo ſi edifichi detto Monaſtero, e ſe li faccia il
fondo dotale* =, conſultò id feciſſe dicendum eſt,
ut nempè oſtenderet, *taxativè* dictarum rerum
pretium deſignaſſe prò fundatione, & dotatio-
ne Monaſterii facienda, ut notavit *Andr. de
Iſernia in cap.1.de not. feud.num.1.*, ibi = *quia lo-*
93 *co taxationis ſunt verba illa de Caneva, Came-
ra, vel apotheca, & rurſus ut ex quo dixit de
tali loco, de illo, & non alio videatur actum* =
*Morott. reſp. 5., Merlin. Pignattell. contr. for.
cap.82. numer. 10. centur. 2., Fatinell. reſp. 79.
num.4., & ſeqq., Altograd. jun. contr.55. num.
27., & contr.56. num.7., Staiban. jun. reſolut.
86. num.36., Carol. Anton. de Luca ad Franch.
deciſ.721. num.1., & ſeqq.*

Hæc igitur cum ita ſe habeant, & ex volun-
tate Teſtatricis, coadjuvatâ tot validiſſimis argu-
mentis, plenè conſtabilitum videri poſſit, Lega-
94 tum, de quo res eſt, *taxativum* eſſe, non *de-
monſtrativum*, & deficientibus rebus, prò illo ad-
implendo à Teſtatrice deſtinatis, heredem ad il-
larum ſuppletionem non teneri, reliquum mo-
dò eſt, ut diſſolvamus illa, quibus *demonſtrati-
vè* tales res deſignatas fuiſſe, exadverſo conten-
ditur. Porrò, quod attinet ad argumenta de-
ſumpta ex regulis juris, ab illis facilè nos expe-
dire poſſemus, dicendo, eas à Majoribus noſtris
95 traditas fuiſſe prò aſſequenda voluntate Teſta-
torum, *Peregrin. de fideicomm. art. 11., Petr.
de fideicomm. quæſt.9. num. 56., & ſeqq., Man-
tic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 3. titul.3., &
4., Baitell. deciſ. ultim. volunt. 22. numer. 66.,
& ſeqq., & alibi paſſim*; ideòque illis adhæren-
96 dum eſſe, modò eamdem coadjuvent, illamque
veriſimilem reddant, *leg. in obſcuris ff. de regul.
jur.,cap. licet cauſam 9. §.Ex præmiſſis extravag.
de probat., Saminiat. contr. for. tom.1. contr. 28.
num. 55., & ſeqq., Thabor. axiom. jur. lib. 19.
cap.42. axiom.11. verſ.declara, Rota poſt Torr.de
ſucceſſ. in majorat., & primogen. Ital. deciſ. 71.
num.25.*, proindeque, ſi talis voluntas ex iis,
97 quæ à Teſtatore dicta, vel diſpoſita ſunt, eluce-
ſcat, non egemus ampliùs regularum admi-
niculo, minùs verò ſequendo juris ſubtilitatem,
rigorem regularum vim facere illius voluntati, *Gabriel. conſ.116. num.26., & 27. lib.2., Pe-
regrin. de Fideicomm. art.26. num.18., Torr. de
ſucceſſ. in primogen., & major. Ital. part. 1. cap.
38. §.16. nu. 435., Mantic. de conjectur. ultim.
voluntat. lib.4. tit.5. artic.10. num.4., Rota de-
ciſ.15. ſub num.2. verſ. nec expreſſa mens part. 2.
diverſ.*, Cum itaque argumentis, & conjecturis
in noſtra hypotheſi deſumptis ex iis, quæ Te-
ſtatrix dixit, & diſpoſuit, conſtet, taxativè illam
deſignaſſe res, & Bona prò, fundatione, & do-
tatione Monaſterii eroganda, fruſtra recurritur
ad juris regulas.

Verùm, ut ſuperiùs probavimus, tantùm ab-
eſt, quod illæ reſiſtant, ut potiùs coadjuvent
qualitatem taxativam Legati controverſi, oſten-
dimus enim, quod tum ex unicitate orationis, 98
tum etiam ex qualitate Legati conſiſtentis in
ſpeciebus, ſi cetera deeſſent, ſufficienter elice-
retur illius qualitas *taxativa*: Non immoror
argumento reſultanti ex ordine literæ, videli-
cet quod diſpoſitio demandans fundationem 99
Monaſterii, præcedat, illiuſque vigore, etiamſi
nulla ſubſequeretur deſignatio corporum, tali
fundationi deſtinatorum, eadem perficienda,
nihilominùs eſſet; Ideoque illorum deſignatio
tamquam adjecta executioni, & adimpiemento
operis perficiendi, *demonſtrativè* adpoſita cen-
ſenda ſit, juxta ea, quæ dicta fuerunt in *§. Cla-
rior. reddi videtur*, quia iſtiuſmodi argumen-
tum deſumptum ex ordine literæ, parvi fieri
conſuevit à Doctoribus, ut rectè notarunt *Car-
din. de Luca de Legat. diſc.14. num. 10., & 11.
in Miſcell. diſc.30. num.6. & ſeqq., Merlin. Pi-
gnatell. contr. for. centur.2. cap.82. numer. 7. &
8., Ferret. in addit. ad Guidop. deciſ. 8., & in
deciſ. 432., Cardin. Mantic. de conjectur. ultim.
voluntat. lib.6. tit.13.num. 12.*, ibi = *Undè faten-
dum eſt, quod, ſi voluntas Teſtatoris ſit contra or-* 100
*dinem ſcripturæ, ordo ſcripturæ non impediat cau-
ſam juris, & voluntatis* =, *leg. cum Pater §.Fidei
tuæ ff. de legat.2.*; Sed inſpiciendum potiùs eſt,
an ſubſequens oratio, quæ dicitur executiva, re- 101
feratur ad verbum diſpoſitivum, ſive diſpoſi-
tionem, in qua ſit Legatum, tunc enim cum
referri dicatur ad jus, quo capitur Legatum,
non ad rem in genere legatam, hæc taxativè ſta-
re dicitur, juxta *conſ. Baldi 151. lib.5., aliaſque
auctoritates allegatas in §. Robur his addit.*

Verba etiam facere omitto de alio argumen-
to deprompto ab unicitate, vel diverſitate ora-
tionis, quia, ut alibi oſtendimus, illud favet
Eccleſiæ Sancti Ignatii, ſed progrediendo ad
conjecturas, fruſtrâ exadverſo excludi conten-
ditur qualitas *taxativa* Legati, argumento ducto
à fundatione trium Cappellaniarum, quæ quem-
admodum à Teſtatrice abſolutè volita fuit in
Eccleſia Monaſterii erigendi, ſic etiam abſolu-
tè volita dicenda ſit dicti Monaſterii fundatio.
Nam tantum abeſt, quod argumentum iſtud
ullo pacto excludat qualitatem *taxativam* Lega-
ti, ut potiùs illam confirmet; ſi enim Teſtatrix
in utramque cauſam *demonſtrativè* legare vo- 102
luiſſet, quemadmodum, quum egit de funda-
tione Cappellaniarum, abſque ullâ relatione ad
certam

certam aliquam rem, ſeu ſpeciem, illam abſolutè injunxit heredibus, eoſdem ad eam obligando, ſic etiam, ſi fundationem Monaſterii abſolutè perfici, voluiſſet, non cum relatione ad certas ſpecies, non cum exacta illorum deſignatione, atque deſcriptione ſe referendo ad earum notulam, teſtamento inſerendam, ſed abſolutè illam præcepiſſet, directè ad eam heredes ipſos obligando, cum hæc ſit differentia inter Legatum taxativum, & demonſtrativum, ut
103 in demonſtrativo heres ipſe principaliter obligetur, in taxativo verò res ipſa eſt, quæ pro Le-
104 gato principaliter obligatur, & ſuper ea jus quoddam reale ipſi inhærens inducitur, argumento *Textus in leg. Imperator ff. de publican.*, *leg. Pecoris ff. de ſervitut. ruſtic. prædior.*, *leg. 2. Cod. de Annon.*, *& tribut. lib. 10.*, *leg. 2. Cod. de alluvion.*, *& palud. lib. 11.*, *Merlin. Pignatell. contr. forenſ. centur. 2. cap. 46. per tot.*, *& præſertim num. 18.*, *Roſa conſult. 61. numer. 9.*, *& 10.*; Quamobrem ex hoc diſcretivo diſpo-
105 nendi modo, à Teſtatrice ſervato, optimè infertur diverſa, atque diſcreta ipſius voluntas reſpectu utriuſque diſpoſitionis, ad tradita per *Rotam in Bononien. Fideicommiſſi de Burzanis 6. Junii 1708. §. Non obſtat coram Lancetta*, *in Placentina Decimarum 16. Maii 1710. §. Secundò depromebatur coram Anſaldo*, *& in Hortana Immiſſionis 6. Junii ejuſdem anni §. Altera verò coram Caffarello*.

Minùs urget qualitas Legati pii, cujus favore in *§. Summopere etiam urget* dictum fuit, *taxa-*
106 *tivam* reſolvi in *demonſtrativam*, quia ſententia iſta tamquam falſa, & contraria juris principiis reijcitur à *Rovito deciſ. 57. numer. 7. & ſeqq.*, *& num. 13. & ſeqq.*, probans ex tribus deciſionibus *Vincentii de Franchis*, illam nullo numero habitam umquam fuiſſe in Sacro Conſilio, & hanc ſententiam tamquam veriorem ſecuti ſunt *Joan. Baptiſta Thor. in Summ. Privileg. piæ cauſ. privileg. 267.*, *Novar. de privileg. miſerab. perſonar. privileg. 163. num. 4.*, *& ſeq.*, *Merend. contr. jur. tom. 3. lib. 17. cap. 37. numer. 39. & ſeq.*, eamque veriſſimam appellat *Roſ. conſult. 61. num. 4.*, *& ſeqq.*, dictuſque piæ cauſæ
107 favor procedere ſolummodò poteſt in dubio, *Andr. de Iſern. cap. 1. numer. 1. de not. feudor.*, *Merlin. Pignattell. cent. 2. cap. 82. num. 11.*, aliter tamen res ſe habet, quandò vel ex verbis, vel ex conjecturata mente Teſtatoris, redacta ad regulas juris, Legatum *taxativum* dicendum eſt, tunc enim pia etiam cauſa ſubeſſe dicitur taxativæ diſpoſitioni provenienti ex voluntate Teſtatoris, *Merend. contr. jur. lib. 17. cap. 37. num. 42.*, *Roſa conſult. 61. num. 5.*, *Cardin. de Luca de legat. diſc. 14. numer. 4.*, *& ſeqq.*, *Palm. allegat. 182. num. 1.*, *Rota in recent. deciſ. 117. num. 11. part. 17.*, *deciſ. 530. num. 18. part. 19.*, *in Romana Legatorum 8. Junii 1705. §. Quæ omnia cor. Lancetta*. Hæc autem ſi juſtum locum ſibi vindicarent, etiamſi ageretur inter Legatum pium,
108 & heredem, ſive alium Collegatarium profanum, fortiùs urgebunt in caſu noſtro, in quo res eſt inter duas cauſas pias, quo caſu colliſis invicem privilegiis, redigenda res eſt ad mentem juris, quâ inſpectâ, juſta ejus ratio poſtulat, quod Legatum illud majori favore dignum 109
cenſeatur, quod impenſiùs à Teſtatore volitum, atque optatum fuit, ex firmatis *§. Ex his autem*.

Denique nil turbant duæ Sententiæ editæ in Tribunali Rev. Fabricæ; nam vel illarum injuſtitia reſultans ex hactenus deductis impedit, ne 110
juxta ejuſdem privilegia vim obtineant rei judicatæ, vel cum eædem deindè tamquam in- 111
juſtæ revocatæ fuerint in Sacrâ Rotâ, ut patet ex *deciſione ædita coram Rondinino*, nullo ampliùs numero habendæ videntur, ad notas juris noſtri regulas. Parvique refert, quod *coram Rondinino* diſputatum ſolùm fuerit de loco fundationis Monaſterii: non autem de ſubſtantiâ Legati, ideòque quoad hanc firma remanere dicatur res judicata; nam, cum dictæ ſententiæ 112
conceptæ non fuerint per capitula ſeparata, ſed ſub unicâ verborum ſtructura, tamquàm individuæ, quoad omnia revocatæ cenſentur, *Card. de Luca de Cenſ. diſc. 1. nu. 2. in fin.*, *de Judic. diſc. 36. num. 21.*, *Thabor. axiom. jur. lib. 17. cap. 20. axiom. 4.*, *Giurb. deciſ. 101. per tot.*, *Rota coram Bich. deciſ. 174. nu. 8.*, *coram Buratt. deciſ. 337. numer. 27.*, *& ſeq.*, *latiùs in addit. ad deciſ. 368. ex num. 8.*, *& prius deciſ. 177. num. 5.*, ibi = *Ultra quod dictæ ſententiæ tamquam unicâ ſtructurâ verborum conceptæ*, *& non per capita diſtincta*, 113
datâ injuſtitiâ in parte, *remanent injuſtæ in totum*, *& exequi non poſſunt*, *ad notata per Cinum &c.*, *etiamſi aliàs conſtaret de bono jure &c.* =

Conſtito igitur ex his omnibus, quod Legatum, dé quo agitur, *taxativum* eſt, non *demonſtrativum*, Eccleſia Sancti Ignatii ad nihil aliud tenetur, quàm ad traditionem rei legatæ, quæ ſi penes ipſam non reperiatur, cedendo 114
actiones liberabitur, *leg. ſervum filii §. Eum*, *qui Chirographum*, *& leg. ſi ſic 78. §. 1 ff. de legat. 1.*, cum aliis *per Speculat. tit. de Inſtrum. edition. §. 13. nunc verò num. 38.*, *Cyriac. contr. 336. num. 11.*, *Merlin. Pignatell. contr. forenſ. centur. 2. cap. 82. num. 1.*, *Roſa conſult. 61. num. 10.*, *Rota deciſ. 11. numer. 9. de teſtament. in antiq.*, *in recent. deciſ. 365. num. 37.*, *& ſeq. part. 5.*, *deciſ. 530. num. 16. ad fin. part. 19.*, *& in Piſauren. Legatorum 11. Decembris 1711. §. Etenim verſ. præſertim coram Falconerio*; Ita quidem, 115
ut, ſi res perierit, vel quoquomodo ampliùs non exiſtat, Legatum extinguatur, *leg. Fundi Trebatiani ff. de uſufruct. legat.*, *leg. inter ſtipulantem §. Sacram ff. de verbor. obligat.*, *Joan. de Amic. conſ. 46.*, *Bero conſ. 17. lib. 1.*, *Dec. conſ. 323.*, *Menoch. conſ. 1162. nu. 15.*, *& ſeqq.*, *Gratian. diſcept. forenſ. 256. num. 2.*, *& num. 23.*, *diſcept. 916. num. 3.*, *diſcept. 988. num. 2.*, *& ſeq. & num. 20. & ſeq.*, *Surd. de aliment. titul. 4. quæſt. 26. numer. 2.*, *& ſeq.*, *Rovit. deciſ. 57. numer. 3.*, *& ſeq.*; Generale namque eſt, ut, quoties res 116
ipſa, vel perſona ratione rei ad præſtationem obligatur, re peremptâ, perimatur obligatio, *leg.*

1. in

1. *in fin. Cod. de jur. emphyt.*, *leg. ex conducto §. Si ager ff. locati*, *& conducti*, *leg. Titiæ Testatores §. finaliff. de legat. 1.*, *Gomez de contract. cap. 15. num. 22.*, *Velasc. de jur. emphyt. quæst. 32. num. 16.*, & alii passim, quamobrem, cum in nostra hypothesi licèt res non omninò perierit,
117 certò tamen constet de illius insufficientiâ ad opus relictum, Ecclesia Sancti Ignatii cogi nequibit ad supplendum ex reliquis rebus hereditariis id, quod deficit, sed, ut alibi dictum est,
118 locum sibi vindicabunt facultates Rev. Fabricæ prò admittendâ Ecclesiâ substitutâ ad honestam compositionem.

Pistorien. Beneficii.

Juspatronatus esse hereditarium, probatur ex instrumento fundationis, ex observantia subsecuta, & ex Patronorum confessione. Jus patronatus hereditarium, vigore præsentationum effectum gentilitium, ad primævam hereditarii naturam redit ex eo, quod Patroni transigant super divisione inter eos exercitii juris præsentandi alternis vicibus, ad normam *Clement. Plures*.

VOTUM XXII.

1 *Gratia pro præsentato inexequibilis redditur, non docto de præsentatione facta à meditate Patronorum.*

2 *Juspatronatus hereditarium quoad exercitium juris præsentandi defertur ad instar hereditariæ successionis.*

3 *Inter præsentatos præferendus est, qui à Patrono, pinguiorem habente vocem, & in majori quota, præsentatus est.*

4 *Juspatronatus præsumitur hereditarium.*

5 *Jurispatronatus qualitas probatur ex instrumento fundationis.*

6 *Juspatronatus reservatum heredibus, & successoribus, hereditarium est.*

7 *Juspatronatus hereditarium donari potest.*

8 *Juspatronatus hereditarium à Patrono relinqui potest personis sibi benevisis.*

9 *Testamentum revocatur per aliud posteriùs factum.*

10 *Juspatronatus hereditarium defertur cum hereditate.*

11 *Observantia declarat qualitatem Jurispatronatus.*

12 *Juspatronatus hereditarium esse, demonstrat divisio vocum, inter heredes facta juxta hereditatis quotas.*

13 *Præsentationes factæ ab heredibus juxta hereditatis quotas, ostendunt, Juspatronatus esse hereditarium, licèt effectum sortitæ non fuerint.*

14 *Præsentationes haud firmant quasi possessionem præsentandi favore Patroni contra Ordinarium, nisi fuerint effectum sortitæ.*
Item favore illius, qui præsentandi jus prætendit ratione solius ultimi status contra verum Patronum, num. 15.
Secus verò de præsentationibus, à veris Patronis peractis, quæ, licèt ineffectuatæ, omnes producunt juris effectus, num. 16.

17 *Transactio, in qua Patroni alternativè dividunt Jurispatronatus exercitium, probat, illud esse hereditarium.*

18 *Jurispatronatus hereditarii qualitas superlativè probatur ex confessione Partis, in transactione emissa.*

19 *Juspatronatus vigore præsentationum gentilitium effectum, redit ad priorem hereditarii naturam vigore transactionis, in qua illud tamquam hereditarium Patroni inter se dividunt*, & num. 20. 25., & 34.

21 *Transactio inita super re hereditariâ, hereditario nomine censetur stipulata.*
Præsertim, si Partes transigere professæ sunt tamquam heredes Fundatoris, & hereditario jure, num. 22. & seq.

24 *Juspatronatus non potest esse gentilitium simul, & hereditarium respectu ejusdem familiæ, earumdemque personarum.*
Cum duo contraria simul stare non patiantur, num. 26.

27 *Juspatronatus gentilitium comprehendit omnes de sanguine, licèt heredes non sint.*

28 *Sub nomine successorum veniunt heredes omnes etiam extranei.*

29 *Transactio super Jurispatronatus divisione, in qua intervenerint filii simul cum Parentibus, confirmat, non destruit Juspatronatus gentilitium.*
Limita, ut num. duobus seqq.

32 *Ultimus status non attenditur, quando constat de natura, & proprietate Beneficii.*

33 *Ultimus status non derogat statui, & naturæ Beneficii, legitimè probatæ.*

34 *Status prior interversus remanet à posteriori, si iste cum illo sit incompatibilis.*

35 *Patroni possunt Juspatronatus gentilitium, tamquam hereditarium retinere, præsertim ut* num. 37.

36 *Patroni in exercitio juris præsentandi possunt certum præscribere modum: & legem ab alio datam recipere.*

38 *Juspatronatus hereditarium nequit in gentilitium per Patronos commutari.*

39 *Jurispatronatus qualitati, ex antecedenti statu desumptæ non derogant æquivocæ præsumptiones.*

40 *Præsertim, quando agitur de Jurepatronatus hereditario, cui favet dispositio juris.*

41 *Jurispatronatus gentilitii qualitas non concluditur ex præsentationibus, à filiis unà cum Parentibus expletis.*

42 *Cum in patronatu gentilitio non concurrat remotior cum proximiore ad præsentandum, sed unus post alium admittatur.*

43 *Ex præsentationibus factis à filiis simul cum Parentibus, elicitur simplex dumtaxat Jurispatronatus gentilitii conjectura, quæ aliis elidi potest conjecturis.* 44 Præ-

44 *Præsentationes à filiis simul cum Parentibus quando hereditario nomine factæ censeantur, itaut naturam non immutent Jurispatronatus hereditarii.*

Præsentatio si inducit hereditatis aditionem num. 45. *eò fortiùs, facta post agnitionem hereditatis, hereditario jure expleta censeri debet*, num. 46.

47 *Patroni, ut ex præsentationibus immutent qualitatem Jurispatronatus hereditarii in gentilitium, eas facere debent cum animo excludendi qualitatem hereditariam.*

48 *Præsentationes à Patronis factæ cum scientia Jurispatronatus hereditarii, nequeunt illud ob malam eorum fidem gentilitium efficere.*

Præsertim non docto de scientia, & adquiescentia heredum, quorum præjudicium Jurispatronatus novatio esset inducta, num. 49.

50 *Sententia institutionis non præjudicat Patronis minoribus, & indefensis.*

51 *Papa numquam derogat juribus Patronorum, & naturæ Jurispatronatus.*

52 *Sententia edita super pertinentia Jurispatronatus, nequit allegari prò declaranda qualitate illius.*

52 *Ultimus status firmatus ex transactione inita inter Patronos, nequit ab eo impugnari, qui venit in vim ejusdem transactionis.*

GRATIA pro præsentato cum derogatione medietatis vocum, obtenta à D. Primicerio Antonio Maria de Conversinis, non est exequenda, quia, cum non doceat, se præsentatum reverâ fuisse à medietate
1 Patronorum, gratia redditur obreptitia, ideòque inexequibilis, *Cardinal. de Luca de Jurepatron. disc.* 42. *numer.* 3., *Rota in Melevitana Jurispatron.* 5. *Junii* 1693. §. *Stabilitis itaque, coram Muto, & in Syracusana Præpositura* 20. *Novembris* 1697. §. *Quo enim ad primum coram eodem.*

Dominus namque Primicerius verificationem dictæ gratiæ fundat in eo, quod hodiè duo dumtaxat Patroni sint superstites, D. nempè Bartholomæus ejus Pater, qui eum præsentavit, ac D. Eques Hieronymus, qui præsentavit D. Benedictum filium suum: cumque (ut ipse D. Adversarius affirmat) agatur de Jurepatronatus gentilitio, sequi dicit, quod idem æqualiter ad utrumque pertineat; Qualitatem verò gentilitiam desumit ex ultimo statu, in quo filii simultaneè cum Parentibus ad præsentandum admissi reperiuntur.

Verùmtamen discursus iste non subsistit; quia versamur in Jurepatronatus hereditario, cujus
2 successio quoad exercitium Juris præsentandi regulatur adinstar hereditariæ successionis, ut sancitur in famigerata *Clementina Plures de Jurepatronat.*, ad cujus normam factâ computatione vocum, D. Eques Hieronymus habet pinguiores, majoresque voces; nam, si respiciamus ad statum, & numerum Patronorum, qui aderant anno 1575., tunc ad præsentandum comparuerunt tres Patroni, Laurentius scilicet, Honuphrius, & Bartholomæus; Bartholomæi autem, & Laurentii, tamquam ex utroque latere conjunctorum, est mediatus heres D. Eques Hieronymus, qui præsentavit filium suum, ideoque juxta hanc computationem habet duas partes vocum; Si verò attendatur status firmatus anno 1623., de quo infra, idem D. Eques Hieronymus habet tres ex quinque vocibus, cum sit mediatus heres Nicolai Laurentii, & Bartholomæi; quo circà, cum habeat pinguiorem vocem tamquam heres in majori quota, 3
præferendus erit is, qui fuit ab eo præsentatus, *dict. Clement. Plures de Jurepatron., Rota coram Seraph. decis.* 875. *num.* 2., *aliisque relatis, dictum fuit in Lauden. Canonicatus* 3. *Martii* 1697. §. *Individuitas enim coram de la Tremoille.*

Quod autem agatur de Jurepatronatus hereditario, satis probatum videri posset solâ Juris præsumptione, desumptâ *ex dict. Clement. Plures*, aliisque deductis per *Rotam in Bononien.* 4
Jurispatron. de Ghisleriis impressâ apud Balducc. ad Ramon. decis. 103. *num.* 19., *& in Compostellana Parochialis* 25. *Junii* 1696. §. *finali coram Priolo*, & alibi passim: sed in nostra hypothesi id evidens, & apertum redditur ex primæva dicti Jurispatronatus origine, atque ex uniformi tum antiqua, tum recenti observantia.

Illud siquidem fundatum fuit anno 1449. à Dominico Joannis Fortis Pistorienfi, qui in Patronum pro medietate nominavit Reverendissimum Capitulum Cathedralis, in qua erexerat simplex Beneficium, de quo agitur; aliam verò Jurispatronatus medietatem suis reservavit heredibus; Quamobrem, cum de originaria qualitate hujus patronatus doceatur per exhibitionem publici Instrumenti fundationis, eadem 5
ampliùs in dubium revocari nequit, tamquam omnium supereminenti probatione confirmata, per ea, quæ tradit *Rosa de execut. liter. Apostolic. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 103., *Rota coram Penia decis.* 1630. *num.* 4., *in Pisana Canonicatus* 10. *Aprilis* 1693. *in fine coram Reverendissimo D. Hervault Archiepisc. Turonen.*

De hac autem medietate reservata heredibus tàm ab ipso Fundatore, quàm ab ejus successo- 6
ribus, tamquam de hereditaria dispositum semper reperitur, & uti hereditaria devenit ad familiam de Conversinis; Anno nempè 1506. Silvester Chinus, idem Juspatronatus donavit P. 7
Sebastiano de Conversinis, quem anno 1508. suum pariter heredem universalem scripsit.

Qui Sebastianus in duplici, quod condidit testamento, tamquam de re liberè ad hereditatem suam pertinente, de illo disposuit: in primo siquidem condito anno 1549., postquam Juspatronatus, vitâ durante, Raynutio legaverat, eo defuncto, pertinere voluit ad seniorem ex Descendentibus Francisci, & Laurentii de Conversinis, quod facere nequivisset, si pleno 8
jure ad ipsum non pertinuisset.

Sed non idcirco Juspatronatus hujusmodi ma-

joratus vinculo obnoxium remanſit ; nam idem Sebaſtianus anno 1550. aliud condidit teſta-
9 mentum, quo non venit in dubium priori fuiſſe derogatum, per ea, quæ latè tradit *Barry de ſucceſſ. lib.*10. *tit.*1. ; in hoc verò ſecundo teſtamento cum heredem univerſalem ſcripſiſſet prædictum Raynutium, ad eumdem cum Jurium hereditariorum univerſitate Jus quoque
10 patronatus delatum fuiſſe dicendum eſt, ut apud *Balducc. ad Ramon. conſ.*20. *num.*21., *& ſeq.*, & unâ cum hereditate ad ceteros pariter Patronos deinceps devenit.

Hereditario juri, & titulo, quo ſemper ad ſucceſſores, & Patronos illud delatum fuit, conſonat ſimilis obſervantia, pluribus confirmata argumentis, quam quidem ſolùm ſufficere ad
11 dignoscendam qualitatem Juriſpatronatus, tradit *Balducc. ad Ramon. conſ.*24. *num.*33., aliique paſſim. In omnibus namque præſentationibus, ac in omnibus aliis actibus, quos Raynutius primus heres, ceterique mediati ſucceſſores, Sebaſtiani, deindè fecerunt, iidem, velut ad fontem, à quo Jus ſuum derivabat, ſemper ſe referentes ad teſtamentum dicti Sebaſtiani, & ſemper omni actui, Patroni nomine celebrato, adjicientes titulum hereditarium, primi eorum auctores declararunt, ſe illud gerere tamquam ſucceſſores tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato Ven. Viri Sebaſtiani de Converſinis, ut patet ex innumeris actibus luculenter recenſitis in facto, atque in allegatione ad me tranſmiſſa, quorum modò ſeriem ex ordine retexere licèt ſuperfluum reputem, ſilentio tamen prætere undi minimè videntur duo actus maximâ notâ digni.

Primus eſt præſentatio quædam die 31. Januarii 1623. facta à DD. de Converſinis, qui præſentarunt Honuphrium de Converſinis, dinumeratis vocibus per quotas hereditarias, ibi = *D. Octavius pro duabus ex quinque partibus, D. Nicolaus pro una parte cum dimidia alterius ex quinque partibus, & D. Jo: Hieronymus, & Bartholomæus pro una alia parte cum dimidia alterius partis ex quinque partibus integralibus* = Cumque Capitulum, ad quod, ut dictum eſt, pertinebat alia coæqualis vox, ſeu medietas Juriſpatronatus, præſentaſſet Matthæum de Brunozzis, hujus præſentationi (renunciante Honuphrio Juri ſuo) adhæſerunt etiam DD. de Converſinis, iterum per quotas diſtinctas præſentando, ibi = *Spectabilis D. Octavius olim D. Honuphrii de Converſinis de Piſtorio uti Patronus pro duabus ex quinque partibus medietatis Juriſpatronatus &c. pro dictis ratis &c. & vice, & nomine aliorum Compatronorum de Converſinis adhæſit, & adhæret præſentationi factæ &c.* = Hæc autem diviſio vocum adæquata cum ratis, ſeu
12 quotis hereditatis, procul dubio evincit, Juſpatronatus hereditarium extitiſſe, *Ancharan. conſ.* 355. *ſub num.*1., *Antunez. de donat. part.*3. *cap.* 28. *num.*86., *Barboſ. voto deciſ.*20. *num.*7. *tom.* 1., *Rot. deciſ.*100. *num.*2. *part.* 12. *recent.*, *cum aliis in una Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ* 18. *Aprilis* 1687., *confirmata* 12. *Decembris ejuſdem anni coram Reverendiſſimo D. Hervault Archiepiſc. Turonen., & in Bononien. Beneficiorum* 19. *Januarii* 1688. §. *Quod verò coram eodem, & in Lauden. Canonicatus* 3. *Martii* 1697. §. *Individuitas enim, cum ſeq. coram de la Tremoville*.

Parvique refert, quod Matthæus Inſtitutionem, & Beneficii poſſeſſionem adeptus deindè fuerit virtute gratiæ Apoſtolicæ, non autem vigore hujuſmodi præſentationum, quæ proindè tamquam ineffectuatæ parvi faciendæ ſunt.

Nam objectum iſtud duplici reſponſione ſubmovetur ; quarum prima eſt, quod præſentatio, de qua agitur, facta correſpectivè ad quotas hereditarias, Patronis competentes, continet explicitam ipſorum confeſſionem, quod Juſpa- 13
tronatus eſſet hereditarium, ideòque opus non erat, quod illius qualitas, agnita jam Patronorum confeſſione, confirmaretur effectuatione præſentationum.

Secunda eſt, quod modò non agitur cum Ordinario, cui cùm faveat aſſiſtentia Juris, ut contra eumdem firmatus dici poſſit ſtatus, aut 14
acquiſita quaſi poſſeſſio præſentandi, requiritur præſentationum effectuatio, *Cardin. de Luca de Jurepatron. diſc.*63. *num.* 9., & 18., *Poſth. obſervat.* 18. *num.*19., & 20., qui hunc caſum diſtinguunt ab alio, in quo res ſit inter Compatronos ; hoc enim ſecundo caſu præſentationum effectuatio neceſſaria eſſet, quando quiſpiam, 15
omni ceteroquin legitimo titulo deſtitutus, Patroni nomen, & præſentandi jus ſibi aſſerere contenderet ratione ultimi ſtatus, qui contra verum Patronum, ad favorem extranei, nonniſi per præſentationes effectum ſortitas, firmatus dici poſſet : Aliter res ſe habet in caſu noſtro, in quo quæſtio erat inter præſentatos à veris Patronis, quorum proindè præſentatio operari poterat omnes Juris effectus, tametſi ex accidenti exitum nullum habuerit, ut benè 16
diſtinxit *Rota in una Vgentina Juriſpatronat.* 2. *Maii* 1692. §. *Sed utrumque coram Reverendiſſimo Turonen.*

Alter actus ſuperlativâ probatione confirmans qualitatem hereditariam, reſultat ex tranſactione, anno 1684. inter Patronos Laicos, & Reverendiſſimum Capitulum Cathedralis Piſtorienſis celebrata, in qua Patronus Eccleſiaſticus, & Laici ob vocum æqualitatem ſeſe invicem impedientes, illud alternis vicibus diviſerunt ad mentem *dict. Clement. Plures*, & *Rotæ* 17
*coram Royas deciſ.*300. *num.*2., *coram Bich. deciſ.* 382. *num.*28., & *coram Alexand. VIII. deciſ.* 65. *num.*10.

In hac verò diviſione Patroni Laici Juſpatronatus hereditarium eſſe agnoverunt, atque apertè declararunt verbis illis tranſactionis, ibi = *Cum ſit, ut aſſeruerunt infraſcripti Contrahentes, conſtare ex publico Inſtrumento &c., quod idem Reverendiſſimum Capitulum, & Canonici pro una medietate, & heredes, & ſucceſſores quond. Dom. Jo: Fortis Fabri de Piſtorio pro alia medietate fue-*

fuerint, & sint veri, & indubitati Patroni &c., Hinc est, quod idem Reverendiss. Capitulum, & Canonici ex una, & infrascripti DD. de Conversinis heredes, & successores præfati Dominici Fortis Fabri Fundatoris &c. =

Profectò majus testimonium de qualitate hereditaria controversi Juris patronatus vix dare possumus; Patroni namque Laici respicientes ad antiquissimum Instrumentum fundationis, atque inde usque primævam dicti Juris patronatus naturam repetentes, pro heredibus, & successoribus Fundatoris reservatum fuisse, affirmant; confirmantque, illud idem ad ipsos pertinere tamquam ad dicti Fundatoris heredes, & successores, atque eo demum nomine, & titulo transactionem peragunt.

Ex his autem omnibus plura ad rem nostram resultant; Primò namque ex dicta transactione elicitur aperta confessio Partis, profitentis, Juspatronatus esse hereditarium, ideoque ejus natura, tamquam desumpta ex probatione omnium maxima, qualis est declaratio Partis, superlativè probata dici debet, *Marescott. variar.* 18 *resolut. lib.* 1. *cap* 55. *nu.* 66., *Gratian. discept.* 577. *num.* 18., *Cassador. decis.* 7. *num.* 8. *de Jurepatron.*, *Put. decis.* 316. *lib.* 2., *Prob. decis.* 159. *num.* 22., *& in una Civitatis Ducalis* 28. *Junii* 1688., *confirmata* 13. *Junii sequentis anni coram Caprara*, & de confessione emissa in simili transactione *Rota in Illerden.*, *seu Tarraconen. Beneficii* 20. *Februarii* 1682. *§. Quæ omnia cor. Card. Matthæio.*

Secundò ex adeò solemni actu infertur, quòd, tametsi controversum Juspatronatus vigore nonnullarum præsentationum, quæ dictam transactionem præcesserunt, gentilitium dici potuisset, nihilominùs per subsecutam deindè novationem, abolità qualitate gentilitià, ad priorem 19 naturam hereditariam rediisset; Transactio enim priorem titulum innovasset, *Rota coram Merlin. decis.* 854. *num.* 4.

Siquidem Patroni Laici illam non celebrarunt tamquam super re, jure sanguinis, ideòque ex propriâ personâ ad ipsos pertinente, qualis est natura Juris patronatus gentilitii; sed tamquam heredes Fundatoris, eoque nomine hujusmodi Juris exercitium retinere professi sunt, ideòque 20 ex istâ transactione procul dubio resultare debet qualitas hereditaria patronatus, per ea, quæ tradit *Rota in Illerden.*, *seù Tarraconen. Beneficii* 24. *Januarii* 1685. *coram Paulutio*.

Assumptum istud non solùm probatur ex præsumptione Juris, juxtà quam transactio cele- 21 brata super re hereditariâ, hereditario semper nomine stipulata censetur, *Card. de Luc. de Fideicom. disc.* 172. *num.* 2., *Rota in Romana fideicom. Prosperi Sen. de Caffarellis* 23. *Februarii* 1687. *§. Ad hujusmodi objectum coram Albergato*, Verùm etiam confirmatur, tùm ex eo, quòd illi transigere professi sunt tamquam heredes Fundatoris, ideòque dubitari nequit, quin 22 contractum hereditario nomine peregerint, *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 49. *nu.* 19., *Mantic. de tacit., & ambig. lib.* 3. *tit.* 10. *nu.* 28.,

Tùm etiam, quia in transactione expressè sè retulerunt ad instrumentum fundationis, ab illo desumentes causam omnem, jus, titulumque transigendi; quamobrem manifestum fit, eosdem non jure aliquo, ex propriâ personâ eisdem competente, sed hereditario dumtaxat nomine transigere voluisse, per ea, quæ tradit *Urceol. de* 23 *transactione quæst.* 82. *& consult.* 100. *utrobique num.* 21., *Rosignol. de contract. contract.* 13. *disquisit.* 1. *§.* 3., ubi firmat, transactionem factam ex titulo, hereditario jure competen., non perimere primævum titulum, sed illum confirmare, quinimmò novum titulum, ex transactione supervenientem, totam vim, quam habet, à primo, à jure scilicèt hereditario recipere, dicit.

Ex eo autem, quod Patroni hereditario jure, ac nomine in transactione retinuerint alternativum exercitium Juris præsentandi, necessariò sequitur, quòd sublata penitùs fuerit qualitas gentilitia, juxtà quam jure sanguinis, propriâque ex personâ præsentare debuissent; cùm enim Juspatronatus hereditariùm simul, & gentili- 24 tium esse nequeat respectu ejusdem familiæ, earumdemque personarum, *Rota coram Royas decis.* 446. *num.* 10., dicendum est, quòd per acquisitionem, seù retentionem exercitii Juris præsentandi alternis vicibus, hereditario nomine 25 factam, novatum fuerit jus omne, ex qualitate gentilitiâ Patronis priùs competens; ità exigente necessitate Juris, quod duo contraria simul stare non patitur, ideòque inducit novationem, 26 prioris tituli destructivam, *Marescott. var. resol. cap.* 56. *num.* 16. *& seqq. lib.* 2., *Martimed. decis.* 66. *num.* 47., *& examinat.* 41. *num.* 31. *& seq.*

Et quidem nemo non videt, quantum inculcatio ista tituli hereditarii, ubique facta in transactione, repugnet naturæ Juris patronatus gentilitii, in quo quilibet de sanguine comprehenditur, licèt non sit heres, *Tondut. quæst. benefi-* 27 *cial.* 32. *num.* 4. *part.* 1., & quàm impropriè Patroni dixissent, Juspatronatus ad ipsos pertinere tamquam Sebastiani successores; cum eo sub nomine quoscumque extraneos heredes venire, 28 certum sit, *Tondut. quæst. benef.* 157. *num.* 18. *part.* 3.

Nec adeò solemnis actus efficacia elidi potest, eò quia filii simultaneè cum Parentibus transactioni intervenerint, ideòque ex ipsâ transactione, ex quâ elicere contendimus qualitatem 29 hereditariam Juris patronatus, gentilitia illius qualitas confirmetur.

Siquidem argumentum istud facilè solvitur; nàm vel dictum Juspatronatus gentilitium effectum videri poterat vigore antecedentium præsentationum, & hoc casu necessarius erat interventus filiorum, quia agebatur de dividendo per alternativam exercitio Juris præsentandi, ex 30 propriâ personâ ad eosdem pertinèntis; vel idem Juspatronatus non erat gentilitium, sed hereditarium, & hoc casu parvi refert, quod filii quoque contractui interfuerint, quia illorum concursus à Capitulo contransigente ad majorem sui cautelam volitus censetur, ut in proximis ter- 31 minis ratiocinatur *Card. de Luc. de Feud. disc.* 75.

num. 5., Rota coram Bich. decis. 511. numer. 5.

Cum igitur ex Juris præsumptione, ex Instrumento fundationis, ex pervetustâ duorum ferè seculorum observantiâ, atque ex ipsâ Partis confessione constet de primævâ naturâ, & qualitate hereditariâ Juríspatronatus, corruit gratia prò præsentato, à D. Primicerio obtenta, quia juxtà dinumerationem vocum, ad normam *Clementinæ Plures* factam sub initium, D. Eques habet pinguiorem vocem.

Et frustrà Pars adversa recurrit ad ultimum statum, quo abolità qualitate hereditariâ, Juspatronatus gentilitium effectum fuisse, sustinet, quia, cùm re adhuc integrâ, & antè Institutionis concessionem nos doceamus de contrario statu, & naturâ Beneficii, atque de proprietate Patronorum, & quidem toto ferè illarum probationum genere, quas Doctores in his Causis re-
32 quirunt, ultimus proindè status confunditur à primo, & quasi possessio absorberi dicitur à proprietate, liquidissimis probationibus confirmata, *Barbos. in cap. Consultationibus num. 3. de Jurepatron., Rosa de execut. liter. Apostolic. part. 1. cap. 6. num. 99. & seqq., Rot. decis. 384. num. 8. & seqq., & decis. 409. num. 4. & seqq. part. 18. rec., in Pisana Canonicatus 10. Aprilis 1697. coram Hervault, in Barchinonen. Parochialis del Prat. 2. Decembr. 1695. §. Quapropter cum seq. coram Ursino, & alibi passim*, illa namque simplex præsumptio, quòd Beneficium tale reputetur, quale reperitur tempore, quo de eo disponitur, aut fit præsentatio, cedit veritati, ideòque
33 non derogat illius statui, & naturæ legitimè probatæ, ut prosequitur *Rosa dicto cap. 6. num. 101. & sequen., & num. 108.*

Nec officit, quod in nostrâ hypothesi agatur de ultimo statu legitimè præscripto, per quem novâ efformatâ naturâ, novâque qualitate impressâ Beneficio, frustrà recurratur ad primævum statum, ex originariâ Beneficii fundatione desumptum; quia, præterquamquod nulla adesse potuit præscriptio ob defectum bonæ fidei, ut infrà dicemus, licèt ultimus status, in quo sè fundat Pars adversa, talis esset, qualis ab ea figuratur; nihilominùs ille interversus omninò fuisset dictà posteriori transactione celebratà anno 1684. in quâ præscripta fuit nova præsentandi ratio, cum primo statu incompatibilis, qui
34 proindè peremptus dici debet, ut in simili tradit *Rota in unâ Nicen. Decimarum 23. Junii 1690. §. Sed partes, cum duobb. seqq. coram Hervault.*

Idque certò certiùs procedit in casu nostro, quia non agitur de mutandâ qualitate Beneficii in præjudicium Ordinarii, aut de subjiciendâ Ecclesiâ arctiori servituti, sed res est inter Patronos, qui exercitium Juris præsentandi, quod Jure sanguinis, & per capita priùs sibi arrogabant, jure hereditario retinere voluerunt, quod
35 ipsis licuisse, non venit in dubium: nam Patroni in exercitio hujusmodi Juris certum modum
36 præscribere, quinimmò legem ab alio datam recipere possunt, ut optimè *Rota in unâ Syracusanâ Præposituræ 5. Decembris 1696. §. Absque eo quod in fine, & 20. Novembris 1697. §. penultimo pariter in fine coram Muto.* Quæ porrò nova forma, novusque modus, potiori jure introduci potuisse, & introductus, religiosè observandus videtur in nostra hypothesi, quia agitur de reducendo patronatu ad naturam, quam de juris censurâ ex hominis dispositione, atque demùm ex subsecutâ observantiâ sortitum priùs fuerat, ideòque facilior ad eam patebat reditus, ex cu- 37
mulatis apud *Thabor. jur. comm. lib. 12. capit. 3. num. 1.*

Demùm, ut pleniùs Causæ, & motivis doctissimi Judicis satisfaciamus, supereſt, ut aliquid dicamus de præsentationibus, ex quibus Pars adversa desumit statum gentilitium Juríspatronatus.

Omittimus, quod validis rationibus sustinere possemus, Patronos carere potestate Juspatronatus hereditarium transmutandi in gentilitium, 38
per ea, quæ latè tradit *Rota decis. 346. coram Merlino, & in Perusina Cappellaniarum prima Julii 1678. §. Subsistunt igitur coram Bourlemont Archiep. Burdegalen.*

Sed dicimus, Jure nostro cautum esse, quod quando evidentibus probationibus constat de antecedenti statu Juríspatronatus, æquivocæ præ-
sumptiones illi derogare non valeant, *Card. de* 39
Luc. de Jurepatron. disc. 63. num 19., & 20., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 45. §. 3. n. 31., & 38. & sequen., Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 4. cap. 4. num. 15., Rota in Mediolanen. Præposituræ 1. Julii 1692. §. Certiùs quia coram Molines Decano, maximè in subjectâ materiâ, in quâ, præter dispositionem hominis, Sacrorum
quoque Canonum censura repugnat qualitati 40
gentilitiæ, *Rota decis. 336. num. 3. part. 5. recent.*

Porrò in casu, de quo agitur, prò concludendâ qualitate gentilitiâ Juríspatronatus affertur dumtaxat simultanea filiorum admissio ad præsentandum unà cum Parentibus, ex quo tamen modo præsentandi, vel elici potiùs posset argu-
mentum exclusivum dictæ qualitatis, quia in 41
patronatu gentilitio remotior non concurrit cum proximiore, sed servato ordine fideicommissariæ successionis, unus post alium admitti- 42
tur ad præsentandum, *Gabriel. cons. 196. nu. 3., & 4. lib. 2., Covar. practic. quæst. cap. 38. in fine, Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 124., Tondut. quæst. Benefic. 157. num. 12. part. 3., Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 9. num. 14., & 37., ibidem Rota in Pientinâ juríspatronatus coram Litta nu. 55., & coram Merlin. dec. 798. nu. 21.,* vel saltèm negari nequit, quin ex hujusmodi filiorum simultaneâ admissione eliciatur simplex 43
dumtaxat conjectura, quæ proindè elidi potest aliis contrariis conjecturis, ex quibus veritas meliùs detegatur, *Thabor. axiom. Jur. lib. 3. capit. 67. num. 2.*

Illæ autem, quæ prò eâ elidendâ afferuntur in nostrâ hypothesi, non conjecturæ, sed evidentis demonstrationis nomen merentur; Nam, licèt in præsentatione facta anno 1550., cum Parentibus filii quoque intervenerint, attamen omnes semper expressérunt, se actum præsentationis explere he-

re hereditario nomine Sebastiani, quinimmò semper declarantes, sè hoc jure, & titulo uti, acceptando idcircò, & agnoscendo successionem tâm ex testamento, quàm ab intestato dicti Sebastiani, numquam præsentarunt uti singuli, & numquam hoc jus sibi vindicarunt jure sanguinis, sed tamquam illius successores, semper comparuerunt per stirpes, & non uti singuli, seù per ca-
44 pita, ut in præsentationibus anni 1650. 1661. 1670., ideòque dubitari nequit, hereditario nomine præsentasse, *Rota dec.* 288. *num.* 3. *part.* 5., *in Asculanâ Parochialis* 12. *Februarii* 1683. *§. Neque partem coram Hervault*, & *in Bononien. Beneficiorum* 19. *Januarii* 1688. *§. De qualitate coram eodem*.

Et quidem, si ex sola præsentatione inducitur
45 aditio hereditatis, *Roman. apud Tondut. resol. Benefic. cap.* 157. *num.* 62. *part.* 3., quantò potio-
46 ri jure, hereditario dumtaxat nomini referenda erit præsentatio facta post expressam agnitionem tituli hereditarii? quæ præterea expressa agnitio efficit, quod Patroni dici nequeant præsentasse cum animo excludendi qualitatem hereditariam specialiter agnitam, sicuti requirebatur, ut pe-
47 rempta dici posset natura hereditaria Jurispatronatus, & sublatum jus heredum, ad tradita apud *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 33.

Prætermitto reliqua, quæ contra hasce præsentationes diligenter in allegatione notantur, & dumtaxat addam, quod, cum semper Patroni relationem habuerint ad testamenta Majorum, quibus Juspatronatus hereditarium esse, deprehendebatur, ex hoc sequitur scientia he-
48 redum, quæ scientia tamquam inductiva malæ fidei impedit omnes juridicos effectus hujusmodi quasi possessionis, & præsentationum, *Gratian. discept.* 577. *num.* 10., & *seqq.*, & *melius Rota in Pisana Canonicatus* 10. *Aprilis* 1693. *§. penultimo coram Hervault*, certiùs in casu nostro; quia non docetur de scientia, & acquiescientia
49 heredum, in quorum præjudicium Jurispatronatus novatio inducta fuisset, *Gratian. discept.* 577. *num.* 1., *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 21. *nu.* 83., *Gratian. d. discept.* 577. *num.* 1., *Card. de Luc. de jurepatr. disc.* 63. *num.* 22., *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. Gloss.* 45. *§.* 2. *num.* 32., *Rota decis.* 409. *num.* 7., & 8. *part.* 18. *rec.*

Nilque turbat sententia institutionis edita in executionem præsentationis factæ anno 1670., quia, præterquamquod dicta sententia non justifi-
50 catur ex actis, eademque præjudicare non poterat Patronis minoribus, & indefensis, & demum his erat inter æqualiter provisos à Summo
51 Pontifice, qui numquam derogat Juribus Patronorum, & naturæ Jurispatronatus, de qua legitimis probationibus jam constabat, ut alibi ostendimus; respondetur, quod in dicta sententia non fuit actum de qualitate gentilitia, seù hereditaria Jurispatronatus, sed de illius pertinentia, qui articuli cum sint longè diversi, ex
52 unius decisione desumi nequit determinatio alterius, benè in nostris terminis *Rota decis.* 139. *num.* 16. *post Vivian.*

Et demum contra Partem adversam semper urget posterior transactio anni 1684., in qua Patroni omnes communi consensu jus præsentandi alternis vicibus, hereditario jure, & nomine retinere voluerunt, quà transactione cum utatur D. Adversarius, ipse enim venit vigore alternativæ, in illa constabilitæ, nequit proinde 53
impugnare ultimum statum, ex illa resultantem, *Rot. decis.* 295. *nu.* 8. *part.* 17., & *in Mediolanen. Cappellaniæ* 9. *Martii* 1701. *§. Maximè quia coram Priolo*.

Romana Pensionis.

Confidentiæ crimen in pensionis translatione inter Patruum transferentem, & nepotem præsumendum non est, licèt ille diù in pensionis exactione continuaverit, præsertim, si summæ dignitatis, & integritatis vir esset, translatarius verò vix pubes, amboque seorsim degerent remotis in locis. Pensionis translatio, quæ aliter, quàm ex delicto irrita sit, non abdicat jus, nec possessionem à transferente.

VOTUM XXIII.

1. *Pensionem transferens, eo ipso momento se abdicat omni jure exigendæ pensionis.*
2. *Translatio pensionis primam pensionem non extinguit, nisi translatario irrevocabilitèr, & cum effectu nova pensio quæsita fuerit.*
3. *A resignante, Beneficium, non abdicatur, nisi illud irrevocabilitèr, & cum effectu resignatario adquiratur.*
4. *Pensionis abdicatio, & translatio adeò sunt correspectiva, ut, alterutrâ non valente, corruat, & altera.*
5. *Translationi pensionis quis consensisse subintelligitur: si ea effectum sortiretur,* & num. 11.
6. *Pensionis translatio nulla, nec jus, nec possessionem abdicat à transferente,* & num. 33.
7. *Nisi facta sit per simoniam, vel confidentiam, aut aliquod factum transferentis, involvens crimen, vel culpam.*
8. *Transactio nulla, sed facta ex bonâ fide proveniente à dubietate alicujus articuli, non abdicat jus, nec possessionem à transferente.*
9. *Bona fides transferentis pensionem sufficit ad excludendam culpam, ob quam dici possit abeo abdicatum jus.*
10. *Pensionem transferentis bona fides oritur etiam ex dubietate juris super facultate transferendi.*
12. *Confidentiæ crimen, ut probetur, non sufficit, à transferente post translationem pensionis diù fructus perceptos fuisse, nisi constet de præcedenti conventione.*
13. *Summæ dignitatis, & integritatis virum cogitasse de pacto percipiendi fructus etiam post translationem pensionis, credendum non est.*
14. *Pactum percipiendi fructus etiam post translationem pensionis verisimile non est, si transferens Bononiæ, translatarius verò in Seminario Romæ degebant.*

Pen-

15 *Pensionis exactio post translationem continuata, referri potest ad caussam gratitudinis, & reverentiæ nepotis ergà Patruum in dignitate constitutum.*

16 *Pactum, quod pensionem transferens, adhuc possit eam exigere, certis argumentis probandum est.*

17 *Pactum præcedens exigendæ pensionis a transferente etiam post ejus translationem, excludit ignorantia translationis in eo, cujus favore facta est.*

18 *Confidentia irritam reddit translationem pensionis.*

19 *Ità, ut Ecclesia prò ratâ pensionis translatæ, plenæ libertati restituatur.*

20 *Pensionis translationem ignoranti, obijci nequit, quod illam diù non exegerit.*

21 *Ignorantibus, & agere non valentibus, silentium diuturnum non nocet.*

22 *Pensionis libertatem Ecclesia præscribere nequit adversùs translatarium, si pensionem semper solvit transferenti.*

23 *Præscriptio tricennalis adversùs debitum annuum conditionale non prodest, nisi quoad annuas præstationes præteritas.*

24 *Præsertim, quotiès res est de titulari, qui obligationem suam semper implevit, contrà translatarium, tempore translationis vix puberem.*

25 *Pensionem exigens Patruus etiam post translationem pensionis, allegare nequit silentium nepotis ad detrectandam exacti restitutionem.*

26 *Prò absente Notarium acceptasse, satis est in Civitate Bononiæ.*

27 *Pensionis translationi, ut translatarius consensisse dicatur, sufficit tacita ratificatio.*

28 *Ratihabitio actus lucrativi inducitur ex solâ scientiâ.*

29 *Pensio per promotionem ad Episcopatum extinguitur.*

30 *Pensionis translatio, non exhibito Indulto, & coram Notario nullâ adhibitâ personâ, in dignitate Ecclesiasticâ constitutâ, valet, si forma Indulti fuerit servata.*

31 *In pensionis translatione (quotiès ea fieri permittitur coram Notario, & Testibus) non requiritur Executor; & Notarius adhibetur solum ad probationem.*

32 *Pensionis translatio valet eo modo, quo valere potest, si ità transferens professus fuit.*

34 *Pensionis transferendæ facultas per primum actum consumitur.*

35 *Intellige, quando actus valet, & effectum suum sortitur.*

CLar. mem. Card. Nigronus anno 1690. ex Pensione in quantitate scutorum octingentorum, ipsius favore reservata super fructibus Mensæ Archiepiscopalis Avenionensis, medietatem, scuta nempè 400. transtulit in R. P. D. Nicolaum nepotem suum absentem, & fortè nondum pupillarem ætatem egressum; Verumtamen ille etiam post translationem, Pensionem exigere continuavit quoad vixit, & in extrema vitæ periodo fortè oblitus primæ, similem translationem fecit favore ejusdem R. P. D. Nicolai, à quo quæritur, quâ translatione uti ipse possit, & quâ uti magis expediat?

Ratio dubitandi oritur ex eo, quod, si dubitari posset de validitate primæ translationis, fortè Ecclesia libertatem acquisivisset, ideoque, tamquam deficiente subjecto, corrueret secunda translatio, quâ, post Pensionem jam extinctam, nequibat nova servitus imponi Ecclesiæ, ad tradita per *Rota decision.36. apud Torr. de pact. futur. succes.*; Contrà verò, si subsisteret prima translatio; translatario utilius esset illâ uti, quia transferens ipso momento consumatæ translationis sè abdicasset omni jure exigendi Pensionem, *Rota coram Priolo decision.101. numer.19.*, eaque debita fuisset translatario, *Rota coram Royas decision.90. numer. 1., & sequen., coram Card. Cerro decision.628. numer.1.*, & alibi passim. 1

Super hoc igitur puncto requisitus, ut pro veritate sententiam meam dicere velim, censerem, Illustrissimum, & Reverendissimum D. Requirentem uti posse primâ translatione; Moveor autem ex eo, quod dicta translatio primam Pensionem extinxisse, dici nequit, nisi translatario irrevocabiliter, & cum effectu nova Pensio quæsita fuerit; Sicuti enim in resignatione factâ favore certæ personæ, à resignante Beneficium non abdicatur, nisi illud irrevocabiliter, & cum effectu resignatario adquiratur, itâ etiam in translatione Pensionis transferens, Pensionem à sè abdicare noluisse censetur, nisi cum effectu translatario Pensio quæratur, ob tacitam conditionem, & correspectivitatis rationem, quæ utrique istiusmodi actui inesse dicitur, ut nempè, datâ nullitate unius ex dictis actibus correspectivis, corruat etiam alter, ideoque, si translatio effectum sortiri nequeat favore translatarii non nocebit transferenti, inducendo in illius præjudicium Pensionis cassationem, cui consensisse censetur, si translatio effectum sortiretur, & nova favore translatarii Pensio constitueretur, ut tradiderunt *Pirrh. Corrad. in prax. benef. lib.5. cap.6. num.6., & sequen., Tondut. de Pension. cap 32. in fin., Cardin. de Luca de Pension. disc.51. numer. 20.*, ubi, quod non abdicat nec jus, nec possessionem à transferente, *Rota coram Mohedan. decision.2. de locat., & conduct., coram Crescent. decision.1. de reb. Eccles. alienan., vel non, decision.446. numer.4. part.1. divers., Rota coram Buratt. decision.638. numer.2., coram Emerix jun. decis.516. numer.9., & decis.543. per tot.* 2 3 4 5 6

Quæ vera juris regula à Doctoribus, & Sacrâ Rotâ recepta, licèt locum sibi vindicare nequeat, quoties ageretur de translatione nulliter factâ per simoniam, vel confidentiam, aut aliquod factum transferentis, involvens crimen, vel illius culpam, juxtà latissimè firmata *in dicta decision.36. apud Torr. de pact. futur. succes.*, nihilominùs ab ea recedere integrum non est, si 7

Pen-

Pensio irrita esse dicatur ob aliquam aliam nullitatem provenientem ex defectu solemnitatis, vel quacumque alia causâ, nullum involvente crimen, aut culpam transferentis, ut benè inter utrumque casum distinguendo, tradunt *Cardin. de Luca de Pension. disc.51. numer.21.*, ubi
8 considerat bonam fidem provenientem ex dubietate alicujus articuli, *Fattinell. in suo tract. de translat. Pension. cap.7. numer.8.*, *Rota coram Emerix jun. dicta decision.516. numer.11.*,
9 ubi, quod, si bona fides transferentis non sufficit ad convalidandam translationem, sufficeret tamen ad excludendam culpam, ob quam dici possit ab eo abdicatum jus, *& decision.543.*, ubi,
10 quod bona fides exclusiva culpæ oritur etiam ex dubietate juris super facultate transferendi; Isto enim secundo casu procedit superiùs tradita
11 ratio, tacitæ nempè conditionis, & correspectivitatis, quæ inesse dicitur istiusmodi actibus, in quibus transferens, antiquæ Pensionis cassationi consensisse censetur, quatenus validè nova Pensio favore translatarii constitueretur.

Causam verò, de qua agitur, versari in secundo superiùs traditæ distinctionis casu, in dubium revocari minimè posse videtur; Nullum namque criminosum transferentis factum in primâ translatione interveniisse, evidens, & apertum reddi videtur ex eo, quod confidentiæ crimen, quo solo eadem notari posset sub obtentu, quod transferens spatio viginti, & ultra annorum
12 continuaverit in exactione Pensionis, manifestè excluditur ex eo, quod nec doceatur, nec colore ullo suaderi umquam possit, inter transferentem, & translatarium initam fuisse præcedentem conventionem, quâ à translatario relinqueretur, aut promitteretur libera perceptio fructuum, donec ipse supervixisset, quis enim temerè dixerit, transferentem summæ
13 dignitatis, atque integritatis virum, ne mente quidem cogitasse hoc damnatum pactum inire cum translatario? Et licèt id sufficeret prò eodem vindicando ab istiusmodi prava suspicione, nihilominùs plurimùm etiam urgent gravissimæ facti circumstantiæ, illam penitùs submoventes; transferens enim tempore secutæ transla-
14 tionis, Cardinalis Legati à Latere Bononiæ munus obibat; translatarius verò fortè nondum pubes factus degebat in Seminario Romano, proindeque si tum ratione absentiæ, & distantiæ, tum etiam ratione teneræ ætatis tollitur quævis prava suspicio istiusmodi prohibitæ conventionis, parvi refert, quod transferens con-
15 tinuaverit in exactione integræ Pensionis, quia ista referenda esset motivo gratitudinis, & reverentiæ, quâ nepos obsequebatur ampliissimo, ac Eminentissimo Patruo, quoties non præcessit præcedens pactio, quæ concludentibus argu-
16 mentis probanda est, cum alioquin præsumi nullo pacto possit, juxta concordantes auctoritates, de quibus apud *Cardinal. de Luca de Pens. disc.65. numer. 6. & seqq.*; quæ si procedunt in casu, in quo translatarius conscius translationis Pensionis, ipsius favore factæ, consensisset, transferentem continuare in illius exactione, quantò fortiùs urgebunt in casu nostro, in quo Illustrissimus, & Reverendissimus D. Requirens, quoad 17
vixit Eminentissimus ejus Patruus, ignoravit dictam translationem, de qua, nonnisi secuto ejus obitu, certior factus fuit.

Exclusâ autem confidentiâ, quæ juxtà tradita à Doctoribus relatis superioribus locis nul- 18
lam, & irritam reddere potuisset translationem, ità quidem, ut Ecclesia plenæ libertati 19
prò rata Pensionis translatæ restituta fuisset; minùs urgere potest, quod translatarius spatio viginti duo circiter annorum Pensionem non 20
exegerit, quia prò istiusmodi objectione submovenda satis esset respondere, ipsum ignorasse dictam translationem; ideòque juvaretur familiari illâ juris regulâ, quâ edocemur, ignorantibus, & agere non volentibus, silentio, & diu- 21
turnitate temporis præjudicium nullum irrogari posse.

Verùm præterea dicimus, quod aut diuturnitas ista temporis affertur ad effectum præscribendi libertatem Ecclesiæ, &, omisso, quod ex 22
contraria facti evidentia patet, Pensiones semper solutas fuisse à Titulari, & exactas à transferente, ideoque Titulares, & Ecclesiam acquirere nequivisse libertatem à Pensione, semper soluta, animadvertendum est, quod agitur de debito annuo conditionali, in quo receptum est, tricennalem etiam præscriptionem non suffi- 23
cere, nisi prò annualitatibus decursis, ut tradit *Card. de Luca de Pension. disc.67. num.6.*, *& num seq.*, docens, certiùs id procedere, quoties res est inter Titularem conscium, & benè infor- 24
matum de sua obligatione, quam facto proprio semper adimplevit, Pensiones solvendo, & Pensionarium, sive translatarium, in quem translatio facta fuerat tempore, quo pupillarem ætatem vel nondum egressus, vel vix pubertatem attigerat; ideoque erat sui juris ignarus; aut verò silentium istud, & diuturnitas temporis affertur ad effectum eximendi hereditatem transfe- 25
rentis ab onere restituendi Pensiones, post translationem indebitè ab ipso exactas, & omni jure pertinentes ad translatarium, & nemo non videt, quod adversùs istum nullo pacto allegari potest silentium, aut diuturnitas temporis, cujus virtute Patruo condonasse præsumi possit Pensiones illas, quas vigore translationis non amplius ad Patruum, sed ad ipsum pertinere, ignorabat.

Prout etiam frustra diuturnum istud silentium translatarii afferetur prò inducenda non acceptatione translationis factæ, absente translatario, qui illam acceptare nequivit in actu, quo fiebat; Nam agitur de actu stipulato Bononiæ, in quo, juxtà ampliissimas clausulas, quæ conti- 26
nentur in formulario, quo utuntur illius Civitatis Notarii, ad acceptationem actus satis est, Notarium acceptasse prò absente, & præterea, cum versemur in favorabilibus, exuberaret tacita 27
ratificatio, quæ in actibus favorabilibus, & lucrativis inducitur ex sola scientia superveniente, 28
Tondut. de Pension. cap.30. in fin., *quem sequitur Capon. discept.243. num.26.*

Con-

Consultò omitto verba facere de reliquis nullitatibus, quæ excogitari possent adversus dictam translationem, tum quia eædem non subsistunt in facto, &, quatenus colore ullo allegari possent, in jure non officerent; Non enim subsi-
29 stit, quod ob promotionem Eminentissimi transferentis ad Episcopatum, Pensio extincta dici debeat, quoniam in ipsa cedula Consistoriali promotionis ad Episcopatum præservata fuit facultas retinendi, & transferendi Pensiones reservatas, & reservandas, ideoque difficultas ista submovetur ex facto, ut in difficiliori casu tradit *Rocc. disput. jur. selectar. cap. 192. num. 2. & seqq.*

Ut etiam nil turbat, quod dicta translatio facta fuerit non exhibito Indulto, & coram No-
30 tario nullâ adhibitâ personâ in Ecclesiastica Dignitate constitutâ, prout requiri videtur in *Constitutione san. me. Innocentii VI., impress. in princip. tract. de Pension. Cardin. de Luca*, quia satis est, servatam fuisse formam præscriptam in Indulto concesso Card. transferenti, *ut apud Roc. dict. cap. 192. num. 9.*, in eo autem non solùm conceditur facultas transferendi, Indulto non exhibito, ibi = *Præsentibus literis etiam non exhibitis, vel præsentatis, sed prætereà permittitur fieri translatio coram Notario, & Testibus*, ibi = *coram solis Notario, & Testibus plenam liberam auctoritatem, & potestatem tribuimus, & impartimur*; Hoc namque casu facultas transfe-
31 rendi Pensionem ut ad exercitium reducatur, non requiritur Executor, sed ob dignitatem personæ facultas exequendi translationem dicitur ipsimet transferenti concessa, & interventus Notarii adhibitus censetur solummodò ad probationem, non autem ut ille aliquam Jurisdictionem exerceat, vel quod admittat, & cassetur,& posteà de novo reservet Pensionem,*Pirrh. Corrad. in prax. Benefic. lib. 5. cap. 5. num. 41.*; Certiùs verò hæc procedunt in casu nostro; in quo transferens professus fuit uti velle Indulto,
32 & ad translationem devenire omni meliori modo, quo poterat, quæ operatur, ut translatio sustineatur eo modo,quo eadem fieri poterat,*Cardin. de Luca de Pension. disc. 58. num. 7.*

Verùm enim verò,tametsi nullitates istæ subsisterent, ideoque Illustrissimus ac Reverendissimus D. Requirens uti non posset dicta primâ translatione, nihilominùs eidem timendum non esset, quod ipsi non prodesset secunda, quia, retentâ distinctione superiùs firmatâ, quod nempè non agatur de nullitate translationis proveniente ex crimine, aut facto aliquo culposo, sed ex defectu aliquo extrinseco, & excusabili ob bonam fidem, aut justum aliquem er-
33 rorem, Pensio extincta, & cassata dici nequiret, sed, illâ adhuc vigente,potuisset fieri secunda translatio, quia transferendi facultas con-
34 sumitur quidem per primum actum, sed id intelligitur, quando talis actus est validus, &
35 suum effectum plenè sortitur, at aliter res se habet, quando talis translatio nulla est, ob eam rationem, quod actus nullus nullum producit effectum, & transferendi facultatem non consumit, *Rot. in Placentina Pensionis apud Garz. de Benefic. part. 1. cap. 5. numer. 249.*, quam refert, & sequitur *Fattinell. dict. cap. 7. sub num. 8.*, & tradunt auctoritates omnes allegatæ *in §. Super hoc igitur, & seq.*

Pistorien. Subsidii Dotalis.

A Legato subsidii dotalis relicto puellis, Deo in Monasterio dicandis non arcetur puella, quæ extra Patriam Testatoris Religiosum vitæ institutum amplecti velit, præsertim, quando Testator noluit puellas subsidio dotali fruituras cogere, ut profiterentur in Monasterio herede instituto. Non tamen consequi potest illud subsidium ultra eam quantitatem, quæ in Testatoris Patria solvi consueverit, neque etiam alimenta, aliudve pingius subsidii genus, ad quod Testator invitaverat puellas, Religiosum habitum susceptura in Monasterio à se dilecto, & herede instituto.

VOTUM XXIV.

1 *Subsidium dotale debetur puellæ, etiamsi eligat Monasterium extra Patriam,quoties Testator id non prohibuit.*
2 *Permisisse censetur Testator, quod non prohibuit.*
3 *Permissum id omne censetur, quod expressè prohibitum non est.*
4 *Permissum aliquod, ut dicatur, omnis interpretatio capienda est.*
5 *Facultas data à Testatore* di potersi monacare in altro Monastero, *libera esse debet respectu cujuscumque Monasterii.*
6 *Facultas eligendi alterius Monasterii,à Testatore data, restringenda non est ad Monasteria suæ Patriæ, nisi Testator ita expresserit.*
7 *Testator cur non ita loqui potuisset, si id voluisset?*
8 *Facultas puellis consanguineis data suscipiendi habitum Religiosum extra Monasterium à Testatore dotatum, excludit necessitatem eligendi alia Monasteria suæ Patriæ.*
9 *Legati commodum puellis consanguineis à Testatore adimi voluisse contemplatione Monasteriorum, quæ in nullâ testamenti parte ipse nominavit, verisimile non est.*
10 *Testator commodum, quod Monasterio à se dilecto non tribuit, aliis, de quibus non cogitavit, tribuere voluisse, dicendum non est.*
11 *Testatorem noluisse, ut puella Monasterium extra Patriam, sed sanctioris instituti eligeret, verisimile non est.*
12 *Electio est inter æqualia, ac similia.*
13 *Similitudo desumenda non est ex circumstantiâ loci, sed ex natura, & qualitatibus rei.*
14 *Electio Monasterii puellæ tributa,intelligenda est de quibuscumque Monasterii, probatum Religiosæ vitæ institutum servantibus.*

15 Ob-

15 *Observantia, quod subsidium dotale debeatur solis puellis ingredientibus Monasterium in Patria Testatoris, non inducitur ex unico actu non petiti subsidii dotalis à puella eligente Monasterium extra Patriam.*

16 *Observantiam non inducunt actus, qui non probantur gesti cum scientiâ testamentariæ dispositionis.*

17 *Observantiam non inducit actus facultativus non petendi subsidium dotale.*

18 *Facultas eligendi Monasterium extra Patriam, à Testatore puellæ data, ei competit, etiamsi nulla subsit justa caussa.*

19 *Liberæ electionis natura est, ut nullam exigat justam caussam eligendi unum potiùs, quàm aliud.*

20 *Facultas eligendi, locum non habet in iis, quorum unum reprobari, alterum eligi debeat justâ ex caussâ.*

21 *Puellam cogere, ut Monasterium eligat extra conspectum Parentum & fratrum, asperum, & durum est.*

22 *Heredi impositum fuisse à Testatore onus majus illo, quod ferrè potuisset, verisimile non est.*

24 *Subsidium dotale non præsumitur constitutum in ea quantitate, quæ præstari soleat Monasterio, à puellâ electo.*

25 *Testatoris voluntas colligitur ex eo etiam, quod ipse sensisset in casu, qui non evenit.*

26 *Voluntas Testatoris conijcitur ex eo, quod evenire potuit.*

27 *Pro expresso habendum est, quod Testator verosimiliter respondisset.*

28 *Monasterio heredi instituto plurimùm favet conjectura prædilectionis.*

29 *Prædilecti censentur à Testatore, qui omnem ejus substantiam honorabili institutionis titulo consequuntur.*

30 *Præsertim, si Testator heredem instituens Monasterium, contemplatus fuerit pietatem operis, & favorem animæ suæ.*

31 *Monasterium heredem institutum Testator gravare noluisse censetur subsidio dotali majore, quàm in Patriâ solvi consueverit.*

32 *Præsertim, si dotale subsidium supplendum esset ex Bonis, à Testatore destinatis pro dotatione Monasterii.*

33 *Legatum in pium opus, suppleri non debet ex Bonis destinatis in aliud pium opus magis optatum.*

34 *Opus primariò à Testatore intentum, præferendum est alteri minùs dilecto.*

35 *Maximè, quando in opus minùs dilectum contingeret absumi posse substantiam omnem destinatam pro opere magis dilecto.*

36 *Et per opus istud Testator voluerit perpetuæ animæ suæ suffragia comparare, & consanguineis favere.*

37 *Tacitè voluisse, quod refragatur expressæ voluntati, Testator numquam præsumitur.*

38 *Monasterii conservationem, qui voluit, voluisse etiam censendus est id omne, quo Monasterium conservari potest.*

39 *Interpretatio capienda est, quà numquam intercidat Testatoris voluntas, atque in benigniorem partem trahatur.*

40 *Voluntatis interpretatio capienda est, qua omnes puellæ vocatæ, frui possint Testatricis liberalitate.*

41 *Subsidium dotale in eâ quantitate præstandum est, quâ omnibus puellis à Testatore vocatis consultum sit.*

42 *Voluntatis interpretatio sumenda est, quâ munificentiâ Testatoris æqualiter in omnes exerceatur.*

43 *Interpretatio voluntatis ea sumi debet, quæ conformis est menti Legis.*

44 *Dotes constituendæ sunt secundùm patrimonii vires, & consuetudinem Regionis.*

45 *Dotis quantitas ea constituenda est, quæ statui solet ab ejusdem conditionis hominibus.*

46 *De subsidii dotalis quantitate in Patriâ suâ præstari solitâ Testatorem cogitasse, verosimile est.*

47 *Non verò de iis dotibus, quæ amplissimis Monasteriis extra Patriam tradi solent.*

48 *Dos ex hominis dispositione puellis consanguineis præstanda non est in majori quantitate, quàm quæ sufficiat ad nuptias cum viro paris conditionis.*

49 *Concurrentibus præsertim aliis puellis, quibus dos debeatur.*

50 *Eòque magis, si dotem relinquens, ad id non tenebatur.*

51 *Subsidia dotalia pro nuptiis spiritualibus ex verosimili Testatoris voluntate statuenda sunt secundùm regulas dotis constituendæ nubentibus in seculo.*

52 *Voluntatis quæstio nulla est, ubi nulla est verborum ambiguitas.*

53 *Legatum* dotis & corredi *pro puella suscipiente habitum Religiosum non comprehendit* corredina, alimenta, vela, *& aliud genus expensarum.*

54 *Legatum pingius relictum puellæ ingredienti certum Monasterium, non censetur repetitum pro puellâ, in aliud Monasterium ingressurâ.*

55 *Relationis ea vis est, ut duæ dispositiones, quarum una ad alteram refertur, una, eademque esse videantur.*

56 *Legatum pingius esse in dispositione referente, quàm in relata, dici nequit.*

57 *Corredi nomine comprehenduntur solùm linteamina, aliaque similia, ad cultum, & usum corporis pertinentia.*

58 *Pro excludenda repetitione oneris heredi impositi interpretatio capienda est,* & numer. 73.

59 *Heredem magis, quàm Legatarium Testator dilexisse præsumitur.*

60 *Heres ut, quantò minùs fieri potest, gravatus intelligatur, interpretatio sumenda est.*

61 *Etiamsi agatur de Legato relicto conjunctæ, ac prædilectæ personæ.*

62 *Repetitio oneris tota pendet à verisimili voluntate Defuncti.*

63 *Testatrix in uno casu mentionem faciens de aliis expensis ultra* dotem & corredum, *in altero casu consultò omisisse censetur.*

64 *Ex diverso loquendi modo diversa Testatoris voluntas colligitur.*

65 *Præsertim, si agatur de proxima, & cohærenti oratione.*

66 *Ex diverso loquendi modo diversa Testatoris voluntas colligitur, etiamsi nulla subsit rationis diversitas.*

67 *Testator cur in uno potiùs, quàm in altero casu ita disposuerit, inquirendum non est.*

68 *Repetitionem oneris excludit rationis diversitas.*

69 *Et satis est, probabilem esse rationem discriminis.*

70 *Alimenta præstari in Monasterio prædilecto à Testatore, eaque in alio Monasterio submistrari, diversum est.*

71 *Legatum pinguius relictum puellæ, quæ profiteretur in Monasterio herede instituto, eam probabilem habet caussam, ut puella alliceretur ad eligendum potiùs illud Monasterium.*

72 *Repetitionem oneris heredi impositi pro puella ingredieute certum Monasterium, excludit minor Testatoris dilectio erga aliud Monasterium.*

74 *Repetitio oneris cessat in duabus perfectis orationibus, quarum una ab altera non dependet.*

75 *Oratio ut dicatur perfecta, & independens, sufficit, adesse dictionem* = & =.

NOBILIS, ac pia Matrona Adola de Rospigliosis fidum obsequium præstans voluntati Pauli viri sui, ejusdem hereditate auctâ propriis facultatibus, & industriâ, dotavit Ven. Monasterium Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupatum *de Sala* Civitatis Pistoriensis, illique, præter plura onera, ad rem nostram minimè pertinentia, imposuit obligationem recipiendi inter Moniales duas puellas ex Descendentibus Dom. Laurentii Rospiliosi Consanguinei sui, jam ab ea honorati conspicuo Jurepatronatus, ab ipsa instituto.

Verba autem testamenti ita se habent = *Che dette Monache siano obligate ad accettare nel loro Monastero per Monache due figliole descendenti dalla linea di detto Signor Lorenzo Rospiglioſi, che vorranno esser Monache, senza dote, o corredi di alcuna sorta, a quali corredi deva supplire il Monastero in quella quantità, che averanno, o averanno avuto le altre Monache professe in detto Monastero, e mancando di dette fanciulle uno, o due luoghi per morte, o altrimente, succeda uno, o due respettivamente della detta linea, e descendenza di detto Signor Lorenzo in perpetuo, & in infinito, di modo che per le figliole, e Descendenti di detto Signor Lorenzo vi siano sempre due luoghi, che essendo pieni detti due luoghi dalle figliole, e Descendenti predette, non si possa da detto Signor Lorenzo, e suoi succedenti pretender altro, mentre vi siano pieni detti due luoghi, ma mancandone uno, o più, si possin pretendere per le sue figliole, e Descendenti. Ma, se per qualsivoglia occasione essendovi alcuni di detti due luoghi, le dette figliole, o Descendenti non potessero vestirsi in detto Monastero, allora, & in tal caso dette Monache da Sala siano obligate darli la dote, e corredi sufficienti conforme al grado di dette figliole, e Descendenti ad effetto di potersi monacare in altro Monastero a elezione di dette fanciulle* =.

Eadem pia Testatrix scripsit deindè codicillos, in quibus præfato Monasterio injunxit aliud simile onus, recipiendi videlicet in numerum Monialium unam ex filiabus, & Descendentibus Dom. Joannis de Panciatichis affinis sui = *Et ancora volse, & ordinò, che le medesime Monache da Sala siano obligate accettare, ed aver sempre un luogo vacuo per una figliola, o descendente dal Molto Illustre Signor Gio: del Signor Stefano Panciatichi di Pistoia in perpetuo, & in infinito, di modo, che volendo detta sua figliola, o descendente esser Monaca in detto Monastero da Sala, esse Monache siano obligate accettarla senza spesa alcuna di dote, corredi, corredini alimenti, o altra sorta di spesa, e se non volesse esser Monaca in detto Monastero, dette Monache siano obligate dargli la dote, e corredi, conforme al grado suo, nel modo, e forma, che è disposto nel mio testamento delle figliole del sopradetto Signor Lorenzo Rospiglioſi, alla cui disposizione detta Signora Adola in tutto, e per tutto si rimette* =.

Ad normam præfatæ testamentariæ, atque codicillaris dispositionis Moniales receperunt semper puellas de utrâque descendentiâ, Rospigliosâ nimirum, & Panciaticha: Verùm, cum nobilis puella D. Laura filia D. Equitis Jacobi de Panciatichis vocata ad dictum subsidium dotale, illud consequi cupiat prò suscipiendo habitu religioso, & professione emittendâ in Monasterio nuncupato *della Crocetta* Civitatis Florentiæ, contrâ verò Moniales Sanctæ Mariæ Angelorum *de Sala* paratas se se exhibeant eam recipere in ipsarum numero, plura examinanda proponuntur.

Primò, an puellæ de utraque descendentia, & linea, nimirum tàm Rospigliosa, quàm Panciaticha eligentes aliud Monasterium sive in Civitate Pistoriensi, sive in alia Civitate, consequi possint subsidium dotale, de quo agitur, etiamsi, nullâ allegatâ justâ causâ, talem electionem fecerint.

Secundo loco, posito, quod puella eligens profiteri in Monasterio extrà Civitatem Pistorii, consequi possit tale Legatum: quæritur, quale, & quantum illud esse debeat, & an Monasterium de Sala illi submistrare teneatur dotem dumtaxat, & corredum absque onere aliarum expen-

expensarum; an potiùs ultra dotem, & corredum persolvere etiam debeat omnes alias expensas, tum ex causa alimentorum, tum occasione susceptionis habitus, & Sancti Veli faciendas?

Renueram de his meam dicere sententiam, nam, exhibito mihi Responso D. mei Advocati Victorii de Martinis, omnia hæc luculenter ab eo enucleata, ac solidè resoluta videram. Quamobrem, cum ceteras ejus virtutes suspiciam, tum etiam eximiam ejusdem doctrinam, ac prudens in rebus judicandis admirer judicium, sinè cunctatione subscribebam sententiæ egregii viri, amicitiâ, usu, & ejusdem disciplinæ studiis mihi conjunctissimi, nihilominùs, ut morem geram requirenti, non pigebit, quæ ille cursim, & brevissimi temporis momentis doctè explicavit, longioris temporis commodo fusiori sermone exponere.

Assumendo itaque utriusque Dubii examen, quod attinet ad primum, verius esse crederem tum in casu, de quo agitur, tum etiam quoties contingeret, puellam aliquam ex vocatis ad hoc Legatum, Religiosum Institutum suscipere, ac Monasticam vitam profiteri velle in alio Monasterio, quàm illo de Sala tàm in Patria, quàm extra, illud consequi posse. Quæstio enim nulla est de casu, quo dictæ puellæ aliud eligant Monasterium in Patria; id enim expresè ipsis permissum reperitur à Testatrice: Verùm puto, licere eisdem aliud eligere Monasterium extrà Patriam; Nam, cum Testatrix nullo testa- 1
menti, vel suorum codicillorum loco id prohibuisse reperiatur, tacitè permisisse censenda est, 2
ex illa juris regula, quam pluribus exornat *Thabor. axiom. jur. lib.*14. *cap.*32. *axiom.* 2., *& latiùs eodem lib.*14. *cap.* 119. *axiom.* 23. *vers. & è contra*, eamque locum sibi vindicare in dispositionibus etiam testamentariis, tradiderunt *Bartol. in leg. pœnales actiones §. Si Titio in fin. ff. ad leg. falcidiam, Ripa in leg.* 4. *§. Denique nu.* 13. *ff. ad Senat. Consult. Trebell., Cephal. consil.* 716. *num.*33., *Menoch. de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*198. *num.*34., *Cancer. variar. resol. part.* 1. *cap.*2. *nu.* 31., cum aliis deductis per *Rot. ad ornat. Card. de Luca de testament. decis.*51. *num.* 7., *decis.*52., *& decis.*53. *utrobique num.*2.; Immò verò, cum Testatrix expresè disposuerit, quod in casu, quo aliquæ ex dictis puellis = *non potessero vestirsi in detto Monastero, allora, & in tal caso dette Monache da Sala siano obligate a darli la dote, e corredi sufficienti &c., ad effetto di potersi monacare in altro Monastero à elezione di dette fanciulle* = Et rursus in codicillis dixerit = *E se non volesse esser Monaca in detto Monastero, dette Monache siano obligate darli la dote, e corredi conforme al grado suo nel modo e forma &c.* = ; His sanè verbis expresè eisdem permissum censeri debet, ut quodcumque Monasterium etiam extra Patriam eligere possent, ità suaden- 3
te aliâ juris regulâ, quâ edocemur, quod, cum versamur in absolutè permissoriis, id omne permissum censetur, quod expresè prohibitum non reperitur; cum enim permissio favorabilior sit prohibitione, in dubio capienda est omnis inter- 4
pretatio pro illa præsumenda, *Menoch. de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*16.

Quæ potiori jure locum sibi vindicant in casu nostro, quia tum verba, tum mens disponentis latiorem hanc interpretationem admittere videntur, nam, si expendamus verba, pia Testatrix declaravit, quod, renuentibus puellis, ad dictum Legatum vocatis, Religiosum habitum suscipere in Monasterio de Sala, inque eo professionem edere, illud consequi possent = *ad effetto di potersi monacare in altro Monastero à elezione di dette fanciulle* = ; si igitur conceditur libera, & 5
absoluta electio alterius Monasterii, nullo prorsus circumscripta loco, aut alio adjuncto limitata, libera eadem omninò esse debet respectu cujuscumque alterius Monasterii, in quo magis commodè præfatæ puellæ monasticum Institutum suscipere possunt, per *Text. in leg. funeris ff. de Religios.*, *& sumpt. funer.*, *Bero cons.* 34. *ex num.*23., *Surd. cons.*308. *num.* 28. *vers.*, *& hoc casu cum duobus seqq.*, *Saminiat. contr.* 122. *num.*35., *& contr.*83. *num.*9., *Rota coram Beincasa decis.*42. *num.* 8., præsertim verò anim- 6
advertendo, quod Testatrix, si talem electionem coarctare voluisset ad Monasteria suæ Patriæ, facilè id declarare, ac superaddere potuisset, quamobrem, dum id omisit, consultò, & quia noluit, omisisse censetur; *Cur non enim*, ut loquitur *Anton. Fab. de error. pragmat. decad.* 28. *error.* 8. *nu.*7. *in fin.*, *Cur non enim sic loqui* 7
Testator potuisset, si id voluisset? quomodo Justinianus noster argumentatur in leg. unic. §. Ubi autem vers. sin autem ad deficientis Cod. de caduc. tollen., & sequitur *Rota coram Coccin. decis.* 1125. *nu.*9., *coram Priol. decis.*318. *num.*10., *in recent. decis.*80. *num.* 16. *part.* 19., *in Mantiss. Card. de Luca de Jurepatr. decis.*45. *num.*6., *& in Ferentina Legati pii* 26. *Junii* 1713. *§. Hinc extraneum in fin. cor. Falconerio.*

At magis urget mens piæ Testatricis, quæ peculiari dilectione prosequens puellas istas descendentes ex dictis duabus lineis, nedum illas hoc Legato honoravit, sed eisdem facultatem dedit eligendi aliud Monasterium; si igitur dicta Testatrix mota solâ affectione erga lineas, consanguinitate, & affinitate sibi conjunctas, puellas ex eisdem descendentes, gaudere voluit Legato ab ipsa relicto, etiamsi non ingrederentur Monasterium ab ipsa dotatum, & erga quod 8
dumtaxat considerari poterat verisimilis aliqua ejusdem prædilectio, quonam colore, aut quâ justâ ratione affirmari poterit, quod illas hujus Relicti commodo privare voluerit, si non ingrederentur aliquod aliud Monasterium suæ Patriæ, de quibus nullo testamenti loco ipsa locuta fuit, & erga quæ nullâ aliquâ speciali affectione movebatur, si enim id admitteretur, plura sequerentur absurda repugnantia verisimili menti piæ Testatricis; consanguineas enim, & affines suas privasse diceretur commodo Legati 9
contemplatione Monasteriorum, quæ in nulla

testamenti parte nominavit, &, quod magis est, commodum, quod dictis puellis non ademit contemplatione Monasterii ab ipsa dotati, ma-
10 gisque dilecti, ademisset contemplatione aliorum Monasteriorum, de quibus illa non cogitavit; Et denique, cum eadem perpetuum hoc Legatum ordinaverit, ut dictæ puellæ religiosæ vitæ Institutum susciperentes, Deo famulari possent, utque illas ad id alliceret, cogere noluerit ad ingrediendum Monasterium ab ipsa dotatum, sed facultatem concesserit eligendi etiam alia Monasteria; Profectò, si talis electio coarctata censeretur ad Monasteria Civitatis Pistoriensis, dicendum esset, quod Testatrix puellæ
11 optanti amplecti sanctius aliquod Institutum, quod in sua Patria minimè adesset, præclusisset viam illud sequendi, quod nemo non videt, quantum aberret ab illius pia mente, quæ modis omnibus dictas puellas allicere voluit ad sanctioris vitæ Institutum amplectendum; Quę sanè omnia cum adversentur rectæ, atque prudenti disponendi rationi, non permittunt, ut eam sequamur interpretationem, quâ contrâ mentem juris, & verisimilem voluntatem Testatricis facultatem eligendi restringamus ad Monasteria existentia in patria Civitate dumtaxat, per ea, quæ tradunt *Alexand. cons.* 204. *num.*6., *& seq. lib.* 2., *Gabriel. cons.* 96. *num.* 34. *lib.*1., *Castill. quotid. jur. contr. lib.* 4. *cap.* 12. *ex num.* 1., *Rota coram Coccin. decis.* 350. *num.*8., *decis.* 1545. *num.* 15., *& decis.* 2305. *num.*62., *coram Danoz.jun. decis.*814. *num.*6., *&* 7., *in recent. decis.*98. *num.*31., *& seq. part.* 17. *ad ornat. Cardin. de Luca de Donat. decis.*4. *num.* 14., *& decis.*31. *nu.*7., *& in Lucana Fideicommissi de Barsottis* 7. *Junii* 1709. *§. Alias enim coram Emo D. Card. Scotto.*

Nilque turbat, quod electio propriè sit inter
12 æqualia, atque similia, per ea, quæ tradit *Thabor. axiom. jur. lib.*5. *cap.*5. *axiom.*13., quia similitudo, atque æqualitas isthæc desumenda
13 non est ex valdè extrinseca, atque remotâ circumstantia loci, sed æstimanda extrinsecâ naturâ, & qualitatibus rei, ex animadversis per *Alciat. in leg. Creditor. in fin. ff. de verbor. signific.*, *Rub. in annot. ad decis.*262. *nu.*5. *&* 6. *part.* 8., *Rot. in recent. decis.*328. *num.*7. *part.*1., *& post Torr. de Primogen. Ital. decis.*73. *numer.* 40. *& seq.*; Quamobrem in nostro casu æqualitas,
14 & similitudo locum faciens electioni, concurrere dicenda erit, modò illa versetur inter Monasteria, in quibus Moniales profiteantur probatum Religiosæ vitæ Institutum.

Consulto omittam verba facere de contrariâ observantia desumptâ ex facto ejusdem D. Equitis Jacobi, qui cum D. Virginiam filiam in Mo-
15 nasterio nuncupato della Crocetta Florentiæ Religioni dicasset, tale Legatum non petiit, nam ex actu isto elici nequit observantia ulla præscriptiva, sive interpretativa, cujus virtute facultas eligendi restringi debeat ad Monasteria Civitatis Pistoriensis, quia, ut benè probatum fuit *in dicto Responso Domini mei Advocati de Martinis*, talis actus unicus est, non probatur, 16
quod D. Eques Jacobus sciverit testamentariam dispositionem bon. mem. Adolæ, & denique, quia, etiamsi illam non ignorasset, cum in ejus facultate esset uti, aut non uti beneficio ipsi 17
collato, ex tali actu merè facultativo induci nequit observantia, quæ, ut in nostro casu officere posset, probandum esset, quod ipse admitti petens ad consecutionem dicti Legati, rejectus fuisset, talique rejectioni adquievisset, juxtà notas juris nostri regulas, quibus prò statuenda, inducendaque observantia utimur.

An autem, ut locus esse queat electioni isti, concurrere debeat rationabilis aliqua, & justa causa, ità quidem, ut, eâ deficiente, integrum minimè sit sive in Patria, sive extra eligere aliquod aliud Monasterium diversum ab illo *de Sala* licèt inspectâ dispositione testamentariâ 18
dictæ piæ Matronæ, id requiri non videatur, dum illa facultatem eligendi conferens in arbitrium puellæ Monasterium ingressuræ, electionem non restrinxit ad casum, in quo justa aliqua concurreret causa, ob quam eadem justè 19
recusaret Religiosum institutum amplecti in Monasterio *de Sala*; Id enim summoperè adversaretur naturæ liberæ electionis, quæ utpotè cadens inter plura æqualiter eligibilia, considerari nequit inter ea, respectu quorum inter- 20
dat talis diversitas, quæ cogat unum reprobare alterum verò eligere, ad *Text. in leg. Cum quidam* 24. *in princip.*, *& leg. unum ex familia* 69. *§. Sed etsi*, *& §. Rogo ff. de legat.*2., *Bartol. in leg. Cum Pater* 79. *§. Rogo ff. eodem tit.*, *Decian. respons.*83. *num.*5. *lib.*2., *Molin. de Primogenit. Hispan. lib.*2. *cap.*5. *nu.* 2. *&* 3., *& in addit. ad cap.*1. *num.* 1., *& seqq. lib.* 2., *Reynos observat.* 14. *nu.*27. *in fin.*, *Carp. de execut. testament. lib.*2. *cap.*19. *num.* 50., *Rot. in Carpentoracten. Primogenituræ* 11. *Decembris* 1693. *§. Non obstat coram Rmo Molines*, *confirmata* 25. *Januar.* 1706. *§. Validitas coram Rmo Kaunitz. Episcopo Labacen.*, nihilominùs quæstio ista superflua videtur in casu nostro, in quo, ut egregiè probatum est in *dicto Responso*, nobilis puella D. Laura Panciatichi non ex animi levitate, sed justâ ex causâ, & prudenti ratione se Deo dicare cupit in Monasterio Civitatis Florentiæ, in quam Urbem D. Eques Jacobus ejus Pater lares, & domicilium transtulit, suprema Reipublicæ, ac Princi- 21
patus munera administrans, ideoque nemo non videt, quàm asperum, & quàm durum esset nobilem istam puellam à conspectu Parentum, & fratrum avellere, eamque privare solatio illos alloquendi, atque videndi, ut in proposito notarunt *Genuen. practicab. quæst. Eccles. quæst.*772. *num.*4. *vers. interest enim*, *Card. de Luc. de dot. disc.*155. *num.*38. *ad med. vers. multò fortiùs*, *Rot. in Asculana Matrimonii* 6. *Maii* 1715. *§. Clara siquidem & §. Repugnare coram Crispo*, in dicto Responso allegati.

Expeditus à primo, Dubio progredior ad secundum, in cujus prima parte quæritur, quæ, quantaque esse debeat dos præstanda puellæ, monasti-

haſticam vitam profiteri eligenti in alio Monaſterio, ſive in Patria, ſive extrà, ita quidem ut, ſi extrà Patriam elegerit Monaſterium aliquod, cui detur dos major illâ, tradi ſolita Monaſteriis Civitatis Piſtorienſis, major iſta dos ſolvenda ſit, & in hac quæſtione cum D. meo Advocato de Martinis ſentio, Monaſterium *de Sala* non teneri ad tradendam dotem majorem illâ, quæ maxima ſolveretur Piſtorii; Licèt enim Teſtatrix arbitrium puellæ, ſanctiori inſtituto Deo ſe dicare deliberantis, reſtringere noluerit ad Monaſteria Civitatis Piſtorii, veriſimile tamen non eſt, quod illa exploratas habens vires ſuæ hereditatis, heredi ſuo imponere voluerit onus majus illo, quod ferrè potuiſſet: prudentes enim Teſtatores ex viribus ſuæ hereditatis metientes onera, præſumuntur illa metiri voluiſſe ex eo, quod penes heredem remanſurum erat, ad *Text. in leg. quidam teſtamento ff. de legat.* 2., *Bartol. in leg.* 1. *num.* 14. *ff. eodem*, *Aretin. conſ.* 55. *num.* 3., *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*10. *num.* 25., *Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib.* 4. *dubitat.*3. *num.*24., *Mantic. de conject. lib.*6. *tit.* 12. *num.*1., *Rot. in recent. deciſ.*453. *num.*4. *in fin. p rt.*1., id autem, quod remanet penes Monaſterium, impar eſt ſolvendis dictis majoribus ſubſidiis.

Et ſanè quis dixerit, quod, ſi puella aliqua honorata tali Legato, vitam religioſam profiteri elegiſſet in aliquo ex præclariſſimis Monaſteriis Romæ, aut Neapolis, in quibus longè majores dotes ſolvuntur, quis, inquam, hoc caſu dixerit, Teſtatricem eo animo fuiſſe, ut extraderetur dos, Romæ, aut Neapoli præſtari ſolita; Ex eo autem, quod illa ſenſiſſet in hoc caſu, licèt non evenerit, arguere licet ejuſdem voluntatem in caſu, qui evenit, juxtà *Text. in leg. Cum res* 49. *§. final.*, *ibique Gloſs. in verb. vendere verſ. item nota* ibi = *Item nota, inſpici, quod evenire poteſt* = *ff. de legat.*1., *leg. ſi idem* 11. *§. final.*, *ibique Gloſſ. verb. adjudicari ff. de juriſd. omn. judic.*, *leg. ſi quis domum* 9. *§. Hic ſubjungi, verſ. & ait non recepturum, ibique Gloſſ. in verb. proſpicere ff. locati, leg. qui Bona* 13. *§. Cum inter ff. de damn. infect.*, *Peregrin. conſ.*54. *nu.*17. *lib.*4., *Manſ. conſult.* 74. *num.* 3., *Saminiat. contr.* 28. *num.*46., *& contr.*62. *num.*25., *Rot. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 130. *num.*20., *coram Beninca a deciſ.* 348. *num.* 7. *ad ornat. Card. de Luc. de donat. deciſ.*11. *num.*8., *& in Bononien. Immiſſionis* 16. *Junii* 1714. *§. Dictaque*, ibi = *ſufficit, quod ita accidere potuerit, ut indè fieri poſſit interpretatio voluntatis Defuncti* = *coram Cerro*, tantique valet argumentum indè deſumptum, ut prò expreſsè diſpoſito habendum ſit id, quod Teſtatrix veriſimiliter reſpondiſſet, ſi de caſu iſto interrogata fuiſſet, per ea, quæ tradunt Doctores *in leg. Lucius §. Titius ff. de liber. & poſth.*. *Dec. conſ.*323. *num.*2., *Lanar. conſ.*54. *nu.*3., *Merlin. Pignatell. centur.*2. *cap.*82. *num.* 27. *& ſeq.*, *Mantic. de conject. lib.*3. *tit.* 2. *num.* 7., *& tit.*19. *nu.* 4. *& ſeqq.*, *Caſtill. contr. jur. lib.*4. *cap.*25. *num.*39., *Franch. deciſ.* 91. *numer.* 24., *Rota in Romana Fideicommiſſi de Zuccaris* 8. *Februarii* 1700. *§. Cenſuerunt in fin. coram Emo Card. Scotto.*

Idemque fortiùs urget, ſi ſpectemus tum heredem, iſtiuſmodi Legati onere à Teſtatrice gravatum, tum etiam perſonas, quas illo honoravit. Porrò, ſi intueamur heredem, ille eſt Monaſterium, cui primo rei obtutu ſummoperè favet conjectura illa prædilectionis, quâ regulariter Teſtatores feruntur in eos, quibus honorabili inſtitutionis titulo ſubſtantiam omnem ſuam elargiuntur, per *Text. in leg. ſi filium §. Sed etſi portio ff. de legat. præſtand.*, *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*107. *num.*29., *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.*6. *tit.*11. *num.*24., *Palm. allegat.*332. *num.*29., *Rota in recent. deciſ.* 453. *num.*4. *in princip. part.*1., *coram Card. Cerro deciſ.*36. *nu.*17., *& ſeqq.*, *deciſ.*139. *num.*5., *in Maceraten. Legatorum, & fideicommiſſi* 18. *Junii* 1710. *§. Neque ultrà coram Anſaldo*, & benè ad rem noſtram *in Romana fundationis Monaſterii* 10. *Decembris* 1714. *§. Accedit poſt med. coram Lancetta*: Hæc autem ratio, ſi plurimùm ſemper valet favore heredis, certe longè magis valebit, quando Teſtatrix, ut in caſu noſtro, inſtituendo heredem Monaſterium, in illo contemplata fuit pietatem operis, & favorem animæ ſuæ; In his enim circumſtantiis in dubium revocari nequit maxima Teſtatricis affectio, atque talis heredis prædilectio, ut notarunt *Ruin. conſ.*357. *num.* 3., *Sadarin. reſponſ.*7. *num.*21., *Card. de Luca de legat. diſc.*13. *num.* 8., *Larrea deciſ. Granaten.*61. *num.* 44. *& ſeq.*, *& benè ad rem noſtram Rota in Romana fundationis Monaſterii* 10. *Decembris* 1714. *§. Accedit in princip. coram Lancetta*, *& in confirmatoria* 30. *Martii* 1716. *§. Fruſtrà pariter cor. Cerro.*

Ex qua prædilectione heredis, & favore animæ Teſtatricis, veluti ex neceſſario antecedente ſequitur, quod illum gravare noluerit ad præſtanda ſubſidia dotalia majora illis, de quibus ipſa cogitavit, & quæ in Patria ſolvi conſueviſſe, noverat, præſertim verò, ſi eadem ſupplenda eſſent ex Bonis ab ipsâ deſtinatis pro dotatione Monaſterii, quod erat opus primariò, &, veluti cauſſa finalis, ab ipſa volitum, *Bertazzol. conſ.* 87. *num.*14., *Burſat. conſ.*5. *num.* 5., *Pedroch. conſ.*2. *num.*99., *Menoch. conſ.* 1248. *numer.* 6., *Surd. conſ.* 107. *num.* 18., *Mantic. de conject. lib.* 3. *tit.*19. *num.* 11., *Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.*8. *artic.*5. *num.*7., *Saminiat. contr.* 40. *num.* 40., *Rot. in recent. deciſ.* 77. *num.* 41. *& plurib. ſeqq. part.*10., *in Romana fundationis Monaſterii* 10. *Decembris* 1714. *§. Accedit in fin.*, ibi = *nimis autem inveriſimile eſt, quod voluerit pro adimplemento operis, ergà quod cadit minor affectio, Legatum ſuppleri ex aliis Bonis, pro exequendo opere magis optato deſtinatos* = *coram Lancetta, & in confirmatoria* 30. *Martii* 1716. *§. Ex iſta in fin.*, ibi = *quâ quidem ſuppoſitâ majori dilectione comparativè ad Monaſterium erigendum &c., ſi non ſufficiant res deſtinatæ pro opere*

erga

erga quod minor cadebat affectio, ſuppletio nullo pacto admittenda eſt ex aliis rebus deſtinatis prò exequendo opere à Teſtatore magis optato= coram Cerro; Quid enim magis rectæ rationi a-
34 gendi congruit, quàm quod ex veriſimili Teſtatricis mente opus primariò ab ipſa intentum, prælatum cenſendum ſit operi minùs dilecto, & ſecundariò ab eadem volito, *Bartol. in leg. fin. num.2. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.,Corn. conſ. 290. num.4. lib.4., Ruin. conſ.158. num. 9., & conſ.168. num.6. lib.2., Curt. jun. conſ.22. num. 8., & conſ.69. num.2., Menoch. conſ. 525. num. 2., Rodulphin. allegat.140. num.8., Rota coram Buratto deciſ.199. numer.1.,in recent. deciſ.238. num.7. part.17., & in Terulen. Beneficii 25.Junii 1696. §. In hypotheſi cor. Muto.*

Potiori verò Jure id locum ſibi vindicabit, ſi
35 ex largiori interpretatione captâ favore pii Operis minùs dilecti, & ex magis effusâ liberalitate in eo adimplendo contingeret, aliquando abſumi poſſe ſubſtantiam omnem, à Teſtatrice relictam, atque deſtinatam prò opere ab ipsâ magis dilecto, & veluti causâ finali ſuæ diſpoſitionis ab
36 ipsâ exoptato, quo præterea perpetua animæ ſuæ ſuffragia comparare, & perenne Agnatis, Cognatiſque ſuis beneficium afferre voluit: Enim verò in nullâ unquam diſpoſitione tacitè voli-
37 tum dici poteſt id, quod directè opponitur, atque adverſatur expreſſæ Diſponentis voluntati, eamque privat ſuo plenario effectu, *Becc. conſtit. 39. num. 24., Decian. conſ. 34. num. 98. & ſeqq., Thabor. axiom. Jur. lib. 5. cap. 45. axiom. 11. verſ. declara hanc regulam, Rodulphin. allegat. 72. num.20.*, quamobrem, cum in noſtrâ hypotheſi in dubium revocari nequeat, quin pia illa, nobiliſque Matrona Adola de Roſpiglioſis
38 votis omnibus concupiverit ampliationem, conſervationemque Monaſterii, ab ipsâ dotati, id etiam omne voluiſſe cenſenda eſt, quod ad hunc finem conſequendum conferebat; contrà verò abhorruiſſe quidquid ejus vota intercipere, illaque irrita reddere poterat, *ad Text. in leg. Titia §.Lucius ff. de legat..2., leg. ad rem mobilem 56. ff. de Procuratorib.,leg 2. ff. de Juriſdict. omn. Judic., leg. Proculus ff. de uſufruct., leg. Denique §.Interdum ff. de pecul. legat., leg. Illud ff. de acquir. hered., Dec. conſ.323. num.1., Merlin. Pignatell. centur. 2. cap.82. num.19. & plurib.ſeq., & latè dictum fuit in Voto edito à Rmo Aldrovando, in Romanâ Primogenituræ Julii Cæſaris de Columna 21. Martii 1712. §. 20.*

Argumentum iſtud deſumptum ex favore, & prædilectione heredis,Monaſterii videlicèt à Teſtatrice dotati, & quod perpetuò conſervari, immò etiam augeri voluit, efficacius redditur, ſi intueamur perſonas, in quas illa tale Legatum contulit: noluit enim temporariâ quâdam munificentiâ,brevique duraturâ liberalitate præſidium ferre aliquibus dumtaxat puellis, Monaſticum Inſtitutum ſuſcipere exoptantibus, ſed ſpeciali ducta affectione ergà Conſanguineos, & affines ſuos, duo perpetuò parata eſſe voluit loca prò puellis, ex lineâ Roſpigliosâ,conſanguinitate ipſi conjunctis, alterum verò deſtinavit prò unâ puellâ de lineâ Panciatichâ, quam affinitate attingebat, &, donec utraque dicta linea duraret, adimpleri voluit Opus iſtud, ab ipsâ ordinatum, largitio nimirùm dd. ſubſidiorum dotalium: Inſpectà igitur naturà, & qualitate dictæ diſpoſitionis, huc redeunt argumenta omnia ſuperiùs adducta favore Monaſterii, ut nimirùm ea ſemper capienda ſit interpretatio, quà numquam intercidat, ſed perpetuò conſervetur, at- 39
que adimpleatur Teſtatricis voluntas: Quamobrem, cum Teſtatrix mandaverit, quod perpetuò tres nobiles puellæ, duæ de lineà Roſpigliosà, altera verò de lineà Panciatichà hoc pio Relicto fruerentur, *rapienda eſt occaſio, quæ præbet benignius reſponſum*, ex ſententià *Pauli in leg. rapiendâ 168. ff. de regul. Juris*, ità nempè interpretando, atque exequendo illius voluntatem, 40
ut utraque linea, omneſque tres puellæ perpetuò gaudere poſſint Teſtatricis liberalitate, & conſequi loca, illius munificentià ipſis deſtinata, atque parata,ad notata per *Spad. conſ. 327. n.26. lib. 3., Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit.3. num9., Torr. de Primog. Ital. part.2. quæſt. 50. num.68., Rot. in rec. deciſ.103. num.1., & 2. part.6., & coram Dunoz. jun. deciſ.882. nu.14., & in Romanâ Primogenituræ de Salviatis 22. Martii 1706. §.Quæ ſanè omnia 31. in fin. coram Molines;* Cum autem nemo non videat, quod, inſpectis viribus Monaſterii, & quantitate redi- 41
tuum,in hanc cauſam à Teſtatrice deſtinatorum; ſi puellæ eligentes Monaſticam vitam profiteri in præclaris ampliſſimarum Civitatum Monaſteriis, quibus ſolvuntur dotes grandiores illis, quæ in Civitate Piſtorienſi præſtari ſolent, conſequi poſſent tantas dotes, facilè contingeret, quod non tres, ſed vix una ex dd. tribus puellis, piâ Teſtatricis liberalitate gaudere poſſet, & una linea præriperet alteri beneficium, quod Teſtatrix utrique commune eſſe voluit, ea capienda erit interpretatio, quà munificentia Teſtatricis communitèr, atque æqualitèr in omnes exerceatur, & beneficium non itâ in unum conferatur, 42
ut ceteris omnibus æquè contemplatis, & æquè ab illà dilectis adimatur, *Menoch. conſ.87. n.84., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. Gloſſ.8. part. 1. num.80., Anſald. in annot. ad deciſ.69. n.37., Rota in Tyburtinâ Fideicommiſſi 2. Martii 1705. §.Utroque autem, & 8. Februarii 1706. §.Addebatur coram Anſaldo, & in Romanâ dotis 20. Junii 1712. §.Præcipuè quià coram Aldrovando.*

Eòque certiùs ità piam hanc Teſtatricis diſpoſitionem intelligere debemus, quia interpre- 43
tatio iſthæc conformis eſt menti legis, & cunctis Juris noſtri regulis, quibus admonemur, quod in conſtituendis dotibus ſpectandæ primùm ſint vires patrimonii, conſuetudo Regio- 44
nis, & id, quod ſervari ſolet ab ejuſdem conditionis perſonis, & familiis, ut de viribus patrimonii eſt *Text. in leg. quæro 61. in fin.*, ibi = *modus ex facultatibus* =,*leg.Sive generalis 62.,leg. Cum poſt 70. §.Gener in fin.*, ibi = *Dotis enim quantitas prò modo facultatum* = *ff. de Jur. dot.*

Can.

Can. nullum 30. *quæst.* 5., ibi = *Nullum sinè dote fiat conjugium; juxtà possibilitatem fiat dos* =, *Menoch. cons.* 8. *num.* 9., & 14., *Rot. post Salgad. in Labyrint. Credit. decis.* 24. *num.* 28., *in Fulginaten. Successionis*, & *dotium* 21. *Martii* 1707. *§. Fugata*, & *§. Prout nec refragatur coram Scotto, in Fanen. taxationis congruæ dotis* 12. *Decembris* 1710. *§. Quæ omnia coram Card. Priolo*; De
45 consuetudine Regionis tradunt *Ros. de execut. liter. Apostol. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 19. *in fin. vers.*, *nàm isto ultimo casu, Bertacchin. vot.* 59. *num.* 4., *Rot. coram Emerix jun. decis.* 578. *num.* 4., & *ult.*, *cum aliis in d. Fanen. taxationis congruæ dotis* 12 *Decembris* 1710. *§. Ultrà namque in princ.*, & *§. At nihilominùs coram Card. Priolo*, & denique de solito aliarum similium familiarum advertunt *Bald. Novell. de dot. part.* 6. *privil.* 17. *num.* 3. *vers. Tertio ad qualitatem*, *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 13. *num.* 15., *Card. de Luc. de dot. disc.* 2. *numer.* 2., Si autem hæc omnia expendamus, vires patrimonii relicti à Testatrice, pares quidem sunt solvendæ doti solitæ Monasteriis Civitatis Pistorii, at longè impares sunt graviori oneri, quod illi imponi contenditur, ut etiam, si ex verisimili mente Testatricis æstimare velimus quantitatem subsidii dotalis, ab ipsà in hanc causam destinati, ne-
46 mo non videt, quod, quemadmodum verisimile est, illam cogitasse de illis in Patriâ suâ præstari solitis, sic viceversà ab ejus prudenti judicio penitus aberrat, quod cogitaverit de ingentibus il-
47 lis dotibus, quæ amplissimis Monasteriis extrà Patriam extradi solent, præsertim verò si contingeret, quod ex Constitutione istà harum ingentium dotium imminuerentur opes Monasterii, vel ex nimis effusà beneficentià in unam collatà, ceteræ beneficio omni orbatæ remanerent.

Confirmantur hæc non absimili exemplo desumpto ex Testatoribus, puellas consanguineas
48 suas ex Bonis fideicommissariis dotari mandantibus, nequit enim aliqua ex his, ut congruam dotem det viro, longè superioris conditionis, evertere fideicommissum, sed contenta esse debet eà dote, quæ satis esset, si nuberet viro paris conditionis, *Card. de Luc. de dot. disc.* 2. *nu.* 12., & *disc.* 41. *num.* 6., *Rot. decis.* 24., & *decis.* 27. *post Salgad. in Labyrint. Credit.*, multò verò minùs eadem ampliorem istam dotem consequendo, efficere poterit, quod, si quæ adessent
49 aliæ puellæ habentes æquale Jus petendi similem dotem, eâ penitùs illæ priventur: quæ sanè omnia potiori Jure locum sibi vindicant, quando agitur de liberalitate exercita à personâ, quæ
50 nullâ obligatione ad dotem constituendam tenebatur, hoc enim casu puellæ istæ id dumtaxat Juris vindicare sibi poterunt, quod ipsis à Testatrice datum fuit, ad *Text. in leg. in fideicommissi* 3. *§. Nonnumquam vers. cum Pollidius ff. de usur.*, *leg. quoties* 13. *Cod. de hered. instituend. Gloss.*, *in leg. cum quis* 3. *§. Mulier. verb. cogetur ff. de dot. prælegat.*, *Arnold. Vinn. in Institut. tit. de hered. instituend. §. Etsi plures* 8. *ad fin.*, & *in §. Sed etsi priore* 3. *vers.* & *si rerum tit. quib. mod. Testament. infirment.*, & *in §. Si quis* 9. *in princ. Instit. de fideicomm. heredit.*, *Rot. ad Card. de Luc. de Testam. decis.* 58. *num.* 37., Quæ Juris nostri regulæ licèt loquantur de dotibus con-
stituendis puellis nubentibus in seculo, nihilo- 51
minùs eisdem rectè utimur prò interpretandâ Testatricis voluntate, etiam cum agitur de statuendâ quantitate dotis, pro nuptiis spiritualibus ab illâ relicto, argumento *Textus in cap. Inter corporalia §. Cum ergò*, & *§. Sicut ergò vers. cum de similibus*, *ibique Gloss. verb. similitudinem de translat. Episcop.*, *Abb. cons.* 89. *num.* 2. *vers. moveor. lib.* 2., *Rot. coram Carill. decis.* 80. *num.* 10. & *seqq.*, & *coram Ansaldo decis.* 99. *num.* 17. *inter ejus hactenus Romæ impress.*

Examinandum modò supereſt, an, sicuti in casu, quo nobilis puella de lineâ Panciatichâ Religiosam vitam vovere eligeret in Monasterio *de Sala*, Moniales tenerentur *accettarla senza spesa alcuna di dote*, *corredi*, *corredini*, *alimenti*, *ò vela*, *ò altra sorta di spesa*, ità etiam hæc omnia subministrare debeant eidem profiteri volenti in Monasterio *della Crocetta* Civitatis Florentiæ; Planè id definitum fuit à Testatrice eo codicilli loco, quo d. nobilem puellam ad hujus Legati participationem admisit, speciatim namque providens huic casui, ita disposuit = *E sè non volesse esser Monaca in d. Monastero, dd. Monache siano obligate darli la dote, e corredi conforme al grado suo nel modo, e forma, che è disposto nel mio testamento delle figliole del soprad. Sig. Lorenzo Rospiglioſi, alla di cui disposizione d. Sig. Adola in tutto, e per tutto si rimette* =, Cum itàque his verbis nulla ambiguitas sit, non debet 52
admitti voluntatis quæstio, juxtà famigeratam sententiam *Pauli in leg. ille*, *aut ille ff. de legat.* 3., Si enim Testatrix isto casu reliquit *la dote*, *e corredi* dumtaxat, sub hoc Relicto, tamquam li- 53
mitato ad certam dumtaxat speciem, comprehendi nequibunt *corredini*, *alimenti*, *ò vela*, *ò altra sorta di spesa*, per ea, quæ tradunt *Camarell. de legat. lib.* 3. *tit. de fund. instruct. quæst.* 5. *num.* 6. *fol.* 228., *Rot. in rec. decis.* 77. *num.* 41. *part.* 10., *decis.* 16. *num.* 25. *part.* 17., *Rota Januen. apud Balduc. decis.*, *ac rer. judicat. tit. de legat. decis.* 58. *num.* 42., 48., & *seqq.*

Nilque turbat, quod, dùm illà in immediatè antecedenti oratione puellæ isti de lineâ Panciatichâ casu, quo profiteretur in Monasterio *de Sala*, præter dotem, & corredum, alia etiam reliquerat, hæc ejusdem favore repetita censeri de- 54
beant in alio quoque casu, quo *non volesse esser Monaca in d. Monastero*; prò excludendâ enim repetitione istiusmodi odiosi gravaminis in nostro casu exuberarent clara verba Testatricis, quæ liberalitate illâ, quam exercuisset ergà puellam istam, Religiosum habitum suscipientem in Monasterio *de Sala*, uti in eamdem noluit, si alibi profiteretur, hoc namque casu minimè sè referens ad disposita illius favore in codicillis, in casu nempè, quo Religionem voveret in d. Monasterio, sè retulit ad ea, quæ disposuerat in testamento favore nobilium puellarum de lineâ Rospigliosâ, ibi = *nel modo, e forma, che è disposto*

nel

nel mio testamento delle figliole del soprad. Sig. Lorenzo Rospiglioſi, alla cui diſpoſizione detta Sig. Adola in tutto, e per tutto ſi rimette = At verò, ſi Teſtatrix conſiderans hunc caſum, non sè retulit ad ea, quæ ordinaverat: ſi d. puella profiteretur in Monaſterio *de Sala*, ſed sè expreſsè reſtrinxit, ac relationem habuit ad diſpoſita in alio caſu, id in diſpoſitione referente ordinaſſe cenſenda erit, quod voluit in diſpoſitione relata, quippè ea eſt relationis vis, atque natura, ut duæ diſpoſitiones, quarum una ad alteram refertur, non plures, ſed una, eademque eſſe videantur, ita quidem, ut quis fruſtrà contendat, plus ſibi conceſſum fuiſſe vigore unius, quàm expreſsè conceſſum reperiatur vigore alterius, ex noto *Textu in leg. Aſſe toto* 77. *ff. de hered. Inſtit.*, *leg. ait Prætor §. Si Judex ff. de re judicat.*, *leg. Certum, ibique Jaſon. in princ. ff. ſi cert. petat*, *Pariſ. conſtit. 9. num. 7. lib. 3.*, *Cravet. conſ.* 143. *num.* 6., *Peregrin. de fideicom. art.* 16. *nu.* 112., *Gratian. diſcept.* 183. *num.* 39., *& diſcep.* 751. *num.* 2., *Fattinell. reſp.* 39. *nu.* 53. *tom.* 2., *Rot. coram Dunoz. jun. deciſ.* 526. *num.* 5., *in Tyburtinâ fideicommiſſi* 14. *Decembris* 1711. *§. penult. coram Card. Priolo*, & dictum fuit *in Voto edito in Romanâ teſtamentorum ſuper foliis*, *& Legato habitationis* 27. *Auguſti* 1713. *§. Sejungendo coram Cerro*; Quamobrèm, cum in diſpoſitione relatâ, hoc eſt in teſtamento, Teſtatrix, injungens Monaſterio de Sala onus recipiendi duas puellas è ſuâ agnatione, illud obligaverit *à darli la dote*, *e corredi ſufficienti*, *conforme al grado di dette figliole*, *e deſcendenti*, colore nullo, nullâque juſtà ratione puella deſcendens de familiâ Panciatichâ, vigore diſpoſitionis referentis, nempè codicillorum petere poterit *alimenti*, *vela*, *ò altra ſorte di ſpeſa*, de quibus nulla mentio facta reperitur in teſtamento relato, & quæ non veniunt nomine *corredi*, comprehendentis ſolummodò linteamina, aliaque his ſimilia, ad cultum, & uſum corporis pertinentia, *Fenzon ad ſtatut. Urb. cap.* 32. *in annot. num.* 2., *Zaul ad ſtatut. Favent. tom.* 1. *lib.* 3. *fol.* 287. *in obſerv. num.* 1., *Rot in rec. deciſ.* 44. *in princ.*, *& num.* 6. *part.* 9.

Verùm enim verò, tametſi deficerent expreſſa verba, & clara diſpoſitio, quibus Teſtatrix hanc repetitionem excluſiſſet, nihilominùs illa juſtum locum ſibi vindicare minimè poſſet in caſu noſtro; Nam, cum agatur de inducendâ repetitione oneris, pro eadem tollendâ urgent plures, pluresque juris noſtri regulæ, quarum prima eſt, quod Teſtator ſemper præſumitur magis heredem, quàm Legatarium dilexiſſe, *ad Text. in leg. ſi ita ſit adſcriptum* 14. *ff. de legat.* 1., *Menoch. conſ.* 56. *num.* 20., *& ſeqq.*, *Spad. conſ.* 348. *num.* 8. *lib.* 3., *Mantic. de conject. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 9., *Franciſc. Palm. conſult.* 67. *num.* 43., *& ſeq.*, *Calderon. conſult.* 87. *num.* 13., *Sperell. deciſ.* 366. *num.* 7., *Rot. in rec. dec.* 239. *num.* 6. *part.* 7., Idcircòque ea ſemper capienda eſt interpretatio, quâ heres, quantò minùs fieri poteſt, gravatus eſſe intelligatur, *d. leg. ſi ita* 14., *& leg. idem Julianus* 41. *§. Scio ff. de legat.* 1., *leg. ſi ita* 44. *in princ.*, *leg. unum ex familia* 69. *§. Si rem ff. de legat.* 2., *leg. qui concubinam* 29., *& leg. nummis ff. de legat.* 3., *Becc. conſ.* 153. *num.* 9., *Surd. conſ.* 207. *num.* 16., *& ſeqq.*, *Spad. conſ.* 348. *num.* 9. *lib.* 3., *Altograd. conſ.* 68. *num.* 36. *lib.* 1., *Roſa conſult.* 63. *num.* 20., *Saminiat. contr.* 40. *num.* 39., *Rot. in rec. deciſ.* 77. *num.* 41. *part.* 10., *inter collect. apud Palm. deciſ.* 60. *num.* 23., *& ſeqq.*, *& apud Balduc. in collect. deciſ.*, *& rer. judicat. tit. de legat. deciſ.* 58. *num.* 48.; Quæ ſanè interpretatio ſequenda eſt, etiamſi agatur de Legato facto conjunctæ, atque prædilectæ perſonæ, quod pariter ſtrictè interpretandum eſſe, tradiderunt *Bim. conſ.* 5. *num.* 39. *verſ. verùm iſtorum opinio*, *& ſeqq.*, *Dec. conſ.* 92. *per tot.*, *Spad. d. con.* 348. *per tot. lib.* 3., *Mart. conſ.* 85. *num.* 9., *& de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 13. *art.* 6. *num.* 47., *Merlin. Pignatell. contr.* 65. *num.* 18. *verſ. quo ad ſecundum*, *& ſeqq. lib.* 2., *Calderon. reſol.* 87. *nu.* 15., *Rot. coram Puteo deciſ.* 20. *num.* 2., *& ſeq. lib.* 3., *& in rec. deciſ.* 282. *num.* 17., *& ſeqq. part.* 13.

Accedit his altera regula pro excluſione repetitionis deſumpta ex eo, quod eadem tota pendere dicatur à veriſimili, & conjecturata mente Defuncti, per *Text. in leg. cum ſervus ff. de condit.*, *& demonſtrat.*, *Bald. in leg.* 1. *in fin. Cod. de liber.*, *& poſthum.*, *Ruin. conſ.* 15. *num.* 8. *lib.* 1., *Odd. conſ.* 43. *num.* 30., *Papon. conſ.* 30. *num.* 37., *& conſ.* 56. *num.* 18., *Menoch. conſ.* 111. *num.* 88., *Mantic. de conject. lib.* 10. *tit.* 6. *num.* 15., *Peregrin. de fideicomm. art.* 16. *num.* 101., *Cyriac. contr.* 400. *num.* 94., *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.* 42. *num.* 26., *Saminiat. contr.* 109. *num.* 92.; Quamobrem, ſi Teſtatrix in primo caſu recipi, voluit puellam deſcendentem ex linea Joannis Panciatichi, *ſenza dote*, *corredi*, *corredini*, *alimenti*, *ò vela*, *ò altra ſorte di ſpeſa*, & in ſecundo caſu mentionem dumtaxat fecit de dote, & corredo, conſultò tacuiſſe cenſenda eſt de reliquis expenſis, prout ex *Textu in leg. Labeo* 7. *ad med.*, *Bald. in L. voluntatis in fin. Cod. de fideic.*, *Fuſar. conſ.* 75. *n.* 16., *Altograd. Sen. conſ.* 83. *num.* 58. *lib.* 2., *Palm. Sen. conſ.* 56. *nu.* 38., *&* 50., *Saminiat. contr.* 130. *num.* 5., ibi = *de alimentis verò nullum habetur verbum*, *& quod Teſtator non dixit*, *noluiſſe videtur* = *Rot. poſt Mel. ad Caſtill. deciſ.* 2. *num.* 5., ibi = *tum etiam quia*, *quando voluit ei legare uſumfructum alicujus rei*, *id expreſſit*, *prout fecit quoad domum*, *& vineam*, *unde hoc idem obſervaſſet quoad dd. fructus*, *ſi voluiſſet* = *in rec. deciſ.* 581. *num.* 7. *part.* 5., *deciſ.* 123. *ex num.* 16. *part.* 14., *deciſ.* 205. *num.* 5. *part.* 16., *deciſ.* 101. *num.* 12. *part.* 17., ibi = *Et ex hoc diverſo modo loquendi benè arguitur mens diſponentis*, *qui ſi voluiſſet in omnibus pariformiter diſponere*, *uſus fuiſſet eodem*, *non diverſo vocabulo* =, *& in Tyburtina Fideicommiſſi* 14. *Decembris* 1711. *§. Certiùs verò in fin. coram Card. Priolo*, *in Meleuitana Fideicommiſſi* 21. *Februarii* 1710. *§. Prout nec urget poſt med. coram eodem*, *confirmata* 20. *Martii* 1711. *§. Addito verſ. militante coram Criſpo*; Quod argumentum validius eſt in caſu noſtro, quia diſcretivus iſte loquendi modus, quo reſpectu utriuſque

que casus usa fuit Testatrix, adhibitus reperitur in proxima, & cohærenti oratione, non verò in diversâ, & penitus separatâ, *Adden. ad San. mem. Gregor. XV. decis.*301. *num.*18. *in fin.*, *Card. de Luc. de fideicommiss. disc.*121. *num.*9., *Rot. in rec. decis.*84. *num.*21. *part.*4., *decis.*194. *num.*101. *part.*5., *benè decis.*16. *num.*25. *part.* 17., *Rota Florentina apud Torr. de majorat*, *& Primogen. Ital. tom.*3. *decis.*57. *nu.*53., *& apud Palm. nep. decis.*263. *num.*21.

Plurimùm etiam ad rem nostram valet tertia juris regula promanans ex diversitate rationis, inter utrumque ex dd. casibus intercedente; Quæ sanè diversitas quamvis necessaria non sit,
66 cum sufficiat, Testatorem in dd. casibus usum fuisse diverso modo disponendi, ut enim monet *Rot. decis.*638. *num.*7. *part.*18., *& in Melevitana Fideicommissi* 13. *Junii* 1710. *S. Haud refragante coram Card. Priolo*, in ultimis voluntati-
67 bus inquirendum non est, cur Testator in uno potiùs, quàm in altero casu ità disposuerit, cum
68 stet prò ratione voluntas; attamen, si concurrat, certò certius excluſa remanet repetitio, *Ruin. cons.*93. *num.*13. *vers. & hoc præcipuè lib.*2., *Bim. cons.*111. *num.*21. *lib.*2., *Altograd. cons.* 83. *num.*80. *lib.*2., *Rodulphin. alleg.*11. *num.*5., *& allegat.*119. *num.*4., *Rocc. disput. jur. select. cap.*31. *num.*25., *& cap.*42. *num.*20., *& seq.*, *Saminiat. contr.*139. *num.*39., *& seq.*, *Rot. coram san.mem. Alexand.VIII. decis.*252. *num.*10., *& seqq.*, *coram Card. Cerro decis.*96. *num.*17., *& seqq.*, *apud Balducc. ad Ramon. decis.*27. *nu.* 18., *decis.*29. *num.*8., *& seq. tom.*1., *in Mediolanen. Cappellaniæ* 5. *Maii* 1702. *S. Nil relevante coram Card. Priolo*, *in Melevitana Fideicommissi* 13. *Junii* 1710. *S. Haud refragante coram eodem*, *in Lucana Fideicommissi de Barsottis* 28. *Martii* 1710. *S. Manifesta coram Crispo*; Im-
69 mò verò sufficit, si talis differentiæ ratio probabilis sit, *Bartol. in leg. si talis scriptura* 30. *S. final. num.*3. *vers. sed sic esset ff. de legat.*1., *Ruin. cons.*93. *num.*15. *lib.*2., *Soccin. cons.*158., *num.*48., *& seq. lib.*2., *Mantic. de conject. lib.* 6. *tit.*13. *num.*8. *ad finem. vers. & si quidem probabilis ratio differentiæ*, *Fusar. de substit. quæst.* 450. *num.*8., *& quæst.*403. *num.*23., *Rocc. disput. jur. select. cap.*42. *num.*19., *Saminiat. contr.*109. *num.*41., *Rot. coram san. mem. Alexand. VIII. decis.*252. *num.*10., *& duob. seqq.*, *in rec. decis.*80. *num.*20. *part.*19.; In dubium
70 autem revocari non potest, quin in nostro casu concurrat diversitas isthæc rationis, aliud quippè est, quod alimenta præstentur in Monasterio, à Testatrice prædilecto, aliud verò, quod subministrentur in diverso; potuit enim pia illa Matrona considerare, quod, si tenera puella educabatur in Monasterio prædilecto, vix ac nè vix quidem ulla major impensa requirebatur præterea eadem jubendo, expensas tam alimentorum,
71 quàm susceptionis habitus, & sacri veli, ac alias quascumque fieri à Monasterio *de Sala*, id egit, ut puellam Panciaticham alliceret ad religiosam vitam profitendam in eo Monasterio, ergà quod, utpotè suis opibus auctum, locupletatumque, majori amore ferebatur, quæ specialis dilectio cum considerari non valeat respectu al- 72
terius Monasterii, ejusdem idcircò favore locum habere nequit repetitio, ut observant *Adden. ad Buratt. decis.*272. *num.*19. *vers. eà ratione*, *Saminiat. contr.*109. *num.*39., *Rot. in rec. decis.*307. *num.*19. *part.*16.

Quamquam verò ex his pateat diversitatis ratio, inter utrumque casum intercedens, nihilominùs, si ea deficeret, immò verò concurreret rationis identitas, eadem nihil prodesset pro repetitione inducendâ, ex illâ in subjectâ mate- 73
riâ receptâ regulâ, quâ traditur, quod, cum duæ sibi obviant regulæ, altera nimirum affirmativa pro repetitione inducenda, altera verò negativa pro illa excludenda, negativa prævalet affirmativæ, *Dec. cons.*581. *num.*8., *Odd. cons.* 95. *num.*59., *Giovagnon. respons.*82. *num.*128. *ad med. vers. talisque argumentatio lib.*1., *Decian. resp.*17. *num.*40. *lib.*1., *Menoch. cons.*111. *num.*28., *Fusar. de substit. quæst.*450. *num.*15., *Rocc. disput. jur. select. cap.*42. *num.*28.; In nostro autem casu non una, sed plures, quarum suprà meminimus, concurrunt regulæ exclusivæ repetitionis, quibus addimus illam aliam, quod nimirum illa cesset, quoties agitur de duabus per- 74
fectis dispositionibus, quarum altera ab alia non dependeat, per ea, quæ notantur apud *Decian. resp.*10. *num.*57. *vers.*, *& idem lib.*3., *Cephal. cons.*715. *num.*9., *Odd. cons.*95. *num.*55., *Castill. quotidian. contr. jur. lib.*2. *cap.*4. *num.*131., *& seqq.*, *Rocc. disput. jur. select. cap.*42. *nu.*22., *& seqq.*, *Rot. coram Card. Cerro decis.*96. *nu.*6., *in rec. decis.*307. *num.*18., *& seqq.*, *part.*16., *decis.*67. *num.*8., *& seq.*, *decis.*274. *num.*15., *decis.*387. *num.*19. *part.*18., *ad ornat. Card. de Luc. de fideicomm. decis.*20. *num.*4., *decis.*21. *num.*3., *in Lucana fideicommissi de Barsottis* 28. *Martii* 1710. *S. Et licèt coram Crispo*; Pro excludendâ autem repetitione, ut oratio dicatur 75
perfecta, separata, atque independens, sufficit, quod adsit dictio, *&*, quæ stare dicitur incæptivè, ut ad rem tradunt *Paris. cons.*38. *num.*3., *&* 24., *&* *num.*26., *&* 28., *Odd. cons.*95. *num.*54., *& seq.*, *Gabriel. cons.*95. *num.*2. *lib.*1., *Decian. resp.*10. *num.*57. *lib.*3., *Menoch. cons.* 111. *num.*34., *Altograd. cons.*54. *num.*116. *vers. septimò demùm lib.*1., *Peregr. de fideicomm. art.* 16. *num.*47., *Castill. quotid. jur. contr. lib.*2. *cap.*4. *num.*131., *& trib. seqq.*, *Rocca disput. jur. select. cap.*42. *num.*24.

Januen.

Legatum dotis pro puella spirituales nuptias initura, comprehendit etiam vestes, apparatus, idque omne, quod sub vulgari *Acconcii* vocabulo continetur; munera item Monialibus dari solita à puella, quæ Monasterium ingreditur.

VOTUM XXV.

1 *Expensæ corredi necessariæ sunt.*
2 *Corredum pars est, & appendix dotis.*
3 *Dotis nomine corredum etiam comprehenditur.*
4 *Dotis obligatio continet etiam alteram corredi, sive* acconcii.
5 *Etiamsi agatur de dote Monialis.*
6 Acconcium, *sive corredum complectitur vestes, apparatus, & munera consueta pro ingressu in Monasterium.*
7 *De* Acconcio *idem judicandum est, ac de dote.*
8 Acconcium *comprehenditur sub dotis Legato, sive puro, sive conditionali.*
9 *Dotis Legatum conditionale esse solet.*
10 Acconcium *unà cum Legato dotis, etiamsi nullam de eo Testator mentionem fecerit, præstandum est.*
11 *Et, quod præstandum non sit, expressè cavere debet Testator.*
12 *Testator communi opinioni, & consuetudini se conformare præsumitur.*
13 Acconcium, *quod unà cum dote præbeatur, ex Italiæ consuetudine receptum est.*
14 Acconcium *unà cum dote puellæ Monasterium ingressuræ præstari solet ab Archiconfraternitate Sanctissimæ Annunciationis Urbis.*
15 Acconcium *unà cum Legato dotis puellæ Monasterio dicandæ præstari debet, etiamsi hæc Testatori extranea sit, heres verò sit Testatoris frater.*
16 *Legatarius in re legata heredi prædilectus præsumitur.*
17 *Præsertim in Legato dotis pro Moniali, respicientis favorem animæ ipsius Testatoris.*
18 *Legatum dotis pro Moniali, uti respiciens favorem animæ Testatoris, latam interpretationem exposcit.*
19 *Ita, ut, quod plus est, non quod minus, contineat.*

AVendo la buon' anima del Signor Abbate Gio: Tommaso Centurioni Cavaliere Genovese disposto nel suo ultimo testamento così = *Parimente ordinò, e lasciò, che, volendo la Signora Vittoria Grazioli figlia del Signor Gio: Battista Grazioli di Corinaldo della Marca, Diocesi di Sinigaglia, monacarsi nel Monistero di Sant' Anna di Corinaldo, o in altro di quelli contorni, se gli debba dare la dote proporzionata a quel Monistero, in quale professerà, e quando non professasse, resti nullo, & irrito il presente Legato* = Son ricercato di dire il mio sentimento pro veritate, se sotto nome di dote venga altresì l' acconcio solito a darsi alle Monache nell'atto della Professione?

Per tanto avendo io voluto vedere ciò, che fermano i Dottori in questo prōposito per potere dirittamente giudicare del caso propostomi, non hò trovato discrepanza trà loro, ma hò bensì riconosciuto, unirsi tutti a dire, che le spese dell' acconcio sono necessarie, e non si possono senza vergogna lasciare, *Alexand. cons. 36. num. 5., & 6. lib. 6., Bero. cons. 334. num. 19. lib. 2., Gabriel. cons. 111. num. 4., & 5. lib. 2. & cons. 153. num. 1., & 2. & num. 12., & seq. eodem lib. 2., Boss. de dot. cap. 4. §. 10. num. 154.* = 1
che l'acconcio è parte, additamento, e necessaria appendice della dote, *de Marin. variar. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 4., Boss. loco citato, & cap. 16. num. 110., Maresc ott. var. resolut. lib. 2. cap. 69. num. 15., Gratian. discept. 498. numer. 58., Francisc. Palm. consult. 91. num. 6., Rota in recent. decis. 242. numer. 10. part. 10., & in Spoletana Pecuniaria 29. Januarii 1717. §. penult. coram Cerro* =, e che perciò viene sotto nome di dote, e chi deve dare la dote, deve altresì pagare l' acconcio, come fermano concordemente in termini precisi della dote monastica *il Boss. de dot. cap. 4. §. 10. num. 154.*, ibi = *extenditur tertiò, ut Pater filiæ ingredienti Monasterium, præter dotem, teneatur dare solitum acconcium, quod complectitur vestes, apparatus, & regalia necessaria prò ingressu in Monasterium, ità expressè Rota &c., ratio est, quia hujusmodi acconcium censetur additamentum dotis, seu de appendiciis, & accessoriis dotis, ac proindè de eo idem judicandum est, ac de dote &c.* =, *Francisc. Palm. consultat. 91. num. 5., & 7.*, ibi = *appellatione dotis veniunt apparatus, & præparamenta &c., & propterea si dos alicui mulieri relinquatur, utique Testatoris heres non solùm dotem relictam præstare debet, sed, præter ipsam dotem, subministrare debet vestes &c., licèt in testamento non fuerint relictæ &c.* = *clar. mem. Card. de Luc. de dot. disc. 144. num. 6.*, ibi = *dotis autem nomine venit nedum ea quantitas, quæ Monasterio solvitur, sed etiam id, quod pro acconcio, ac expensis solitis Monasterii solitum est præstari &c., & disc. 167. num. 11.*, ibi = *dotis autem Monialium nomine non solùm venit id, quod sub dotis vocabulo in summa uniformi dari solet Monasterio, sed etiam totum id, quod ex Regionis, vel Monasterii consuetudine erogare oportet in vestes, ac supellectilia, quæ sub arredi, seu acconcii vocabulo nuncupari solent, nec non munera, vel distributiones, quæ dari solent Monialibus &c.* =, *Rota in recent. decis. 30. num. 27. part. 7.*, ibi = *Ex eadem prorsus ratione desumptum fuit, præstandum esse solitum acconcium, & regalia necessaria pro ingressu in Monasterium, quæ dotis appendices reputantur* =, *& in Romana, seu Reatina Census 12. Junii 1713. §. Altera verò coram Illustrissimo Falconerio Albæ Urbis Gubernatore.* 2 3 4 5 6

Dalle quali puntualissime autorità rimangono tolte le considerazioni fatte contro in una scrittura venuta di Genova, e primieramente, che il Legato, di cui oggi si tratta, sia condizionale, poichè nessuno de' Dottori di sopra allegati fà distinzione in questo proposito trà il Legato puro, e il condizionale, come si prega 8

di ri-

9 di riconoscere, anzi che si deve dire, che i medesimi parlino in termini del Legato condizionale, essendo regolarmente tale quello, che si lascia per dote, o si tratti di Matrimonio spirituale, o carnale.

Non osta parimente, che il Testatore abbia solamente nominata la dote, e non l'acconcio;
10 Imperocchè, se i Dottori dicono, che sotto nome di dote viene l'acconcio, che necessità v' era, che questo si nominasse dal Testatore? Bi-
11 sognava, che il Testatore nominasse l'acconcio, se non lo voleva dare, altrimenti si deve dire, che si sia voluto uniformare all' opi-
12 nione commune, ed alla universal consuetudine, come in questi precisi termini considera il *Gabriele cons.* 153. *num.* 13. *lib.* 2., *e Francesc. Palm. nella detta consult.* 91. *num.* 7.

Non sussiste l' osservanza per l' esclusione dell' acconcio, mentre le autorità da noi allegate fermano, esser ormai universale la consue-
13 tudine dell' Italia di dare l' acconcio, oltre la dote tanto spirituale, che temporale, e del costume inveterato nel Monastero, in cui vuol professare la Legataria, se ne porta ancora un particolare attestato; e l' unico esempio, che si porta in contrario della Ven. Archiconfra-
14 ternita dell'Annunziata di Roma, non solo non si verifica, ma si osserva tutto il contrario, mentre dalla medesima si paga l' acconcio, e l' altre spese necessarie per la monacazione, oltre alla dote, come attesta il medesimo *Cardinal de Luca de dote al detto discorso* 167. *num.* 14.

Non importa finalmente, che la Legata-
15 ria sia estranea, affatto al Testatore, e viceversa gli Eredi sieno i fratelli carnali; perlochè si debba prendere ogni favorevole interpretazione per questi, e non per quella: Imperocchè, se la regola della ragion commu-
16 ne favorisce più tosto il Legatario, il quale nella cosa legata si presume sempre più diletto, che l' Erede medesimo, *Peregrin. cons.* 65. *numer.* 3. *lib.* 3., *Gratian. discept.* 611. *num.* 36., *Francis. Palm. consultat.* 89. *num.* 8., *Rota in Bononien. Legati* 16. *Aprilis* 1714. *S. Ponderantibus coram Eminentissimo Cardin. Scotto*,
17 a più forte ragione ciò deve procedere nel Legato di dote, che contiene il favore dell' anima del Testatore, e perciò si deve latamente
18 interpretare, conforme bene avverte la *Rota coram Dunoz. Jun. decis.* 814. *num.* 8., *coram San. mem. Alexand. VIII. decis.* 813. *numer.* 24., *& seq., & in recent. decis.* 117. *num.* 7. *part.* 17.;
19 sicchè contenga, e abbracci più tosto quel, che è più, che quel, che è meno, come ben considerano il *Corn. consil.* 302. *num.* 2. *vers. tamen fallit volu.* 4., *Soccin. sen. cons.* 247. *num.* 7. *vol.* 2., *Surd. decis.* 298. *num.* 10., *Rota in rec. dicta decis.* 117. *num.* 8. *part.* 17.

Jurispatronatus.

Modus probandi Juspatronatus Potentium, à Sacro Concilio Tridentino præscriptus, servari debet, etiamsi Beneficia fita sint in iis locis, quorum Ordinarii esse soleant S. R. E. Cardinales: nec aliter modus iste servari potest, quàm si de immemorabili, vel centenaria quasi possessione Jurispatronatus doceatur per testes, vel per scripturas, ac præterea de duabus saltem præsentationibus, quæ per publicas, & authenticas scripturas, de actu ipso præsentationis confectas, appareant, ac spatio 50. annorum effectum sortitæ fuerint.

VOTUM XXVI.

1 *Jurispatronatus ordinariæ probationes non sufficiunt quoad personas potentes.*
2 *Probatio major requiritur, ubi Lex magis resistit.*
3 *Jurispatronatus adquisitioni favore personæ potentis Sacri Canones magis resistunt.*
4 *Contra Juspatronatus Privati alicujus sola urget præsumptio libertatis Ecclesiæ, & Beneficii.*
5 *Sed Juripatronatus Potentium obstat alia vehemens usurpationis præsumptio*, & num. 7. 10. 13.
6 *Juspatronatus Potentium probandum est, vel per instrumentum fundationis, vel per immemorabilem unà cum præsentationibus continuatis, & effectum sortitis spatio 50. annorum, plenèque probatis per authenticas scripturas*, & num. 43. 116., & 128.
8 *Et hæc probationis forma exactè, atque integrè omninò servanda est.*
9 *Adeò, ut, si vel in minimo deficiat, favendum sit libertati Ecclesiæ, & Beneficii.*
11 *Præsertim, si agatur in petitorio judicio.*
12 *Jurispatronatus probatio quoad personas potentes non adeò rigidè exigenda est, si quæstio non sit cum Ordinario, sed inter personas utrinque potentes, aut præsentatos ab eis.*
14 *Usurpationis suspicio potissima causa est, ob quam magis rigidæ probationes Jurispatronatus exigantur à personis potentibus.*
15 *Ratio dispositionis Concilii Tridentini cui congruit, congruit etiam dispositio.*
16 *Juspatronatus sibi asserens, uti Baroni, & Domino temporali Loci, non alios authores agnoscit, quàm antiquos Dominos, & possessores Baroniæ.*
17 *Et ideò Juspatronatus probandum est, servatâ dispositione Concilii quoad personas potentes.*
18 *Jurispatronatus usurpationis præsumptio vehemens redditur ex temporali jurisdictione in Loco Beneficii.*
19 *Potens persona quoad probationem Jurispatronatus illa dicitur, quæ exercet juris-*

dictionem temporalem in Loco Beneficii.

20 *Etiamsi hujusmodi jurisdictio plena, & absoluta non sit, sed subordinata.*

21 *Feudatariorum, & Baronum jurisdictio absoluta non est, sed subordinata.*

22 *Jurispatronatus usurpationis suspicio cessat, quando concurrit potentia æqualis, vel major in Patrono, & in Ordinario vindicante libertatem Ecclesiæ.*

23 *Et ideò cessare debet dispositio Sacri Concilii Tridentini ob rationem præsumptæ usurpationis.*

24 *Intellige, præsumptam usurpationem fortè cessare, quoties Ordinarius æquè potens in Loco resideat.*

25 *Residere non solent S.R.E. Cardinales in Monasteriis, quæ sibi commendata retinent, sed administrationem delegare solent Vicario, sive Officiali ab eis deputato.*

26 *In Vicario, sive Officiali ab Ordinariis delegato considerari nequit ratio æqualis, vel majoris potentiæ, quæ apta sit ad retundendam potentiam Baronis.*

27 *Ecclesiæ Metropolitanæ, vel Cathedrales antè Concilium Tridentinum commendari solebant absque onere residentiæ.*

28 *Disposita à Sacro Concilio Tridentino circa Iuspatronatus Potentium, locum habent, etiam concurrente potentiâ Ordinarii.*

29 *Jurispatronatus, quod à Parochianis prætenditur, ea plena & exacta probatio requiritur, quam Concilium Tridentinum præscribit in personis potentibus.*

30 *Idque nullâ habitâ distinctione, an Parochianorum potentia talis sit, adversus quam non sufficiat Episcopi authoritas.*

31 *Nec etiam habitâ distinctione, an concurrat major, vel æqualis potentia in Ordinario,* & num. 35. & 38.

32 *In Majorum nostrorum fide, & authoritate plerumque, etsi ratio non adsistat, quiescere debemus.*

33 *Cardinalatus dignitas maximam authoritatem, ac potestatem defert Ecclesiarum, ac Monasteriorum Commendatariis.*

34 *Jurispatronatus usurpationis periculum subesse potest, etiam ubi Ordinarii locorum Cardinalatus dignitate præfulgeant.*

36 *Dispositio Sac. Conc. Tridentini circa Juspatronatus Potentium, obtinet etiam in Episcopatibus, qui reguntur per Cardinales.*

37 *Rotæ Decisionum contumacialium authoritas longè minor est authoritate aliarum, in quibus, utrâque parte jura sua deducente, Causa examinatur.*

39 *Rigor Decreti Conciliaris in probanda immemorabili quoad Juspatronatus Potentium, an servandus sit, quando allegatur titulus fundationis, cujus tamen instrumentum exhiberi nequit ex casu fortuito?*

40 *Jurispatronatus usurpationis suspicio non tollitur ex æquali, vel etiam majori Ordinarii potentia.*

41 *Concilium Tridentinum quoad Juspatronatus Potentium includit quidem eas personas, in quibus id jus plerumque ex usurpatione potiùs quæsitum præsumi solet, sed alios Potentes non excludit.*

42 *Unde locum etiam habet in personis potentibus, à quibus procul abest verisimilis usurpationis suspicio.*

44 *Testes recenter ad perpetuam examinati, justam probationem non faciunt.*

45 *Vassalli Baronis pro eo testes idonei non sunt ad probandum Juspatronatus.*

46 *Ad probandam immemorabilem præsentandi possessionem testes deponere debent de visu proprio per annos quadraginta, & quod ab ipsis, eorumque Majoribus nil umquam in contrarium visum, & auditum fuerit.*

47 *Immemorabilis præsentandi possessio probari debet per testes, non verò per scripturas.*

48 *Immemorabilis possessionis vis consistit in eo, quod nihil umquam fuerit visum, vel auditum in contrarium.*

49 *Per scripturas probari nequit, quod nihil umquam fuerit visum, vel auditum in contrarium.*

50 *Probatio per testes eò suspectior est, quò potentiores sunt personæ, à quibus illa profertur.*

51 *Scripturæ tutiorem immemorabilis probationem faciunt.*

52 *Probatio sive centenariæ, sive immemorabilis per scripturas admittitur, etiam quoad Juspatronatus Potentium.*

53 *Immemorabilis, & centenaria pro synonimis quodammodo habentur.*

54 *Centenaria immemorabili æquipollet etiam ad probandum Juspatronatus Potentium,* & nu. 60. & 115.

55 *Immemorabilis ex antiquis scripturis regulariter non probatur.*

56 *Immemorabilem non probant scripturæ, quæ originem tituli præseferunt, vel contrariam observantiam necessariò non excludunt.*

57 *Immemorabilem probant scripturæ, quæ, nullâ factâ mentione principii adquisitionis immemorabilem ipsam sæpius enunciant.*

58 *Item, quæ rerum gestarum seriem demonstrant per tempus, hominum memoriam excedens, ita connexam, & continuatam, ut contrariam observantiam excludant.*

59 *Juspatronatus Potentium non probant scripturæ, quæ nec mentionem faciunt immemorabilis, neque contrariam observantiam excludunt.*

61 *Centenariam non probant præsentationes, quas non docetur effectum habuisse,* & numer. 110.

62 *Ad probandam centenariam præsentandi possessionem non prodest simplex copia instrumenti possessionis à præsentato captæ, quæ authentica non sit.*

63 *Vel quæ præsentationem factam solùm enunciet,* & num. 67. & 74.

64 *Ad*

64 *Ad probationem Juris patronatus Potentium pro forma requiruntur publicæ, & authenticæ scripturæ, rejectâ quacumque probatione per testes, aut per æquipollens*, & num. 66. 81., & 131.

65 *Præsentationis enunciatio emissa à Gubernatore Loci in favorem Baronis suspicione non vacat*, & num. 132.

68 *Præsentationis enunciativæ non magis probant, quàm testium depositiones.*

69 *Juspatronatus Potentium non probant enunciativæ præsentationis, quamvis desumptæ ex scripturis authenticis.*

70 *Juspatronatus Potentium probant scripturæ, quæ confectæ fuerint super actu ipso præsentationis.*

71 *Juspatronatus Potentium non probant enunciativæ præsentationum, licèt prodierint ab Episcopis, pluries, & in actu ipso collationis*, & num. 77. & 134.

72 *Episcopi faciles esse non solent ad enunciandas præsentationes.*

73 *Immemorabilem quoad Juspatronatus Potentium non probari per testes, & per enunciativas præsentationum, adeò certum est, ut Sacra Rota contra informantem responderit.*

75 *In Jurepatronatus potentium, præsentationem non probant, ejus enunciatio habitâ in simplici notula, ignoto charactere conscriptâ, & extractâ, ut in eâ dicitur, ex quodam libro visitationum*, & num. 133.

76 *Juspatronatus Potentium non probat præsentationis enunciatio ab Ordinario facta occasione visitationis.*

78 *Episcoporum assertionibus de Jurepatronatus non creditur.*

79 *In Episcoporum potestate non est Ecclesiarum libertati præjudicium inferre.*

80 *Publicæ, & authenticæ præsentationis scripturæ defectum non supplet fides Notarii de illius exhibitione testantis.*

82 *Publici documenti præsentationis loco haberi nequit attestatio Cancellarii.*

83 *Præsentationis documentum etiam authenticum, nisi doceatur, eam admissam fuisse ab Ordinario, Juspatronatus non probat.*

84 *Institutio ab Ordinario data alicui tamquam adprobato in concursu, præsentationis admissionem excludit*, & num. 122.

85 *Beneficia Juris patronatus Laicorum concursum non exigunt, sed solam Ordinarii adprobationem.*

86 *Additiones in literis institutionis factæ, quod ea data fuerit ad præsentationem Patroni, suspicione non carent.*

87 *Aliquid tamen probarent, si in iisdem institutionis literis facta esset mentio Juris patronatus.*

88 *Secus verò, si nulla in literis haberetur mentio Juris patronatus, sed solius concursus.*

89 *Additionis ex intervallo factæ suspicionem adauget diversitas characteris.*

90 *Sola suspicio in civilibus sufficit ad adimendam fidem scripturis.*

91 *Adsistentia juris, ut firma maneat pro libertate Ecclesiæ, sufficit turbidos reddere actus contrarios*, & num. 117.

92 *Pro libertate Ecclesiæ in dubio judicandum est.*

93 *Supplicatio à Sño signata pro obtinenda nova collatione Parochialis obtentæ in concursu, nullâ factâ mentione Juris patronatus, illud potiùs excludit.*

94 *Petens novam collationem Parochialis, & narrans in supplicatione, eam in concursu obtinuisse, narrasset quoque præsentationem pro se factam, si de ejus veritate non dubitasset.*

95 *Immò eam dispositivè, ac specificè, non verò conditionaliter exprimere debuisset*, & numer. 100.

96 *Juris patronatus mentio inter clausulas generales supplicationis, & conditionaliter facta, non sufficit.*

97 *Juris patronatus mentio dubitativè, & conditionaliter in generali derogatione facta, ad probandam ejus veritatem non confert*, & num. 107.

98 *Juspatronatus, de quo in supplicatione mentio facta est per verba* = quatenus exiſtat =, *neque à partibus, neque à Papa probatum censetur*, & num. 112.

99 *Consensus à Barone tamquam Patrono præstitus reservationi pensionis, & minimè in literis Apostolicis requisitus, Juspatronatus non probat.*

101 *Consensus à Barone præstitus reservationi pensionis, sed in literis Apostolicis non requisitus, verisimiliter à reservatario procuratus fuit pro evitandis molestiis, quas timere poterat ex potentia Baronis.*

102 *Præsentationis actus, qui potuit fieri ad majorem cautelam, & removendum obstaculum alterius, qui se Patronum assereret, minimè obest.*

103 *Juspatronatus non probat collatio Ecclesiæ Parochialis facta à Papa post lapsum semestre, Ordinario competens ad conferendum.*

104 *Quin immò illud excludit.*

105 *In Parochialibus liberis, & per concursum ab Ordinario providendis, locum habet Constitutio 32. S. Pii V.*

106 *Juspatronatus excludit provisio facta in vim Constit. 32. S. Pii V., prout alia quælibet provisio derivans ex reservatione.*

107 *Juris patronatus enunciatio in literis Apostolicis facta per verbum* = prætenditur =, *non probat*, & num. 111.

108 *Immò nec etiam probat facta adseverantibus verbis ad Partis supplicationem.*

109 *Probat tamen, si fiat motu proprio, & contineat factum proprium Summi Pontificis.*

113 *Jure devoluto Ordinarius, qui Juspatronatus non adprobavit, contuluisse dici non potest.*

114 *Juri devoluto ob negligentiam Patroni locus est,*

est, quoties Juspatronatus in dubium non revocatur.

118 *Reus vincit per non jus Actoris.*

119 *Pro Ecclesiæ libertate argumentum præbet nulla Jurispatronatus mentio habita in ejusdem Ecclesiæ visitatione.*

120 *Jurispatronatus mentio verisimiliter omissa non fuisset in visitatione Ecclesiæ, quæ asseritur patronatui subjecta.*

121 *Ordinarii solliciti esse solent in inquirendo statu, & qualitate Beneficiorum.*

123 *Juspatronatus excludit collatio Ecclesiæ Parochialis, uti liberæ, facta magis idoneo, in concursu ad probato.*

124 *Jurispatronatus probationem jam legitimè confectam evertere non potest ultimus status collationis Ecclesiæ, uti liberæ.*

125 *Plurimùm tamen valet pro excludendo Jurepatronatus, cujus probationes adeo claræ non sint.*

126 *Collatio Parochialis Ecclesiæ, uti liberæ, ab eo, qui Patronum se asserit, non impugnata, referri nequit ad obsequium nepotis erga Patruum conferentem, quando iste solicitus fuit nepotem admonere de præsentatione facienda ad alia Beneficia.*

127 *Et quando Patruus ipse optabat, jus hoc, valdè conspicuum, & honorificum in sua familia, modò ei competiisset, conservari.*

129 *Ad probationem Jurispatronatus Potentium, præter immemorabilem, duæ saltem præsentationes spatio 50. annorum cum subsecuto effectu concurrere debent.*

130 *Nec sufficit unica præsentatio, licèt continuata spatio 50. annorum, & ultra*, & num. 135.

136 *Ad probandum Juspatronatus Apostolica provisio non sufficit.*

137 *Præsentatio effectu caruisse videtur, quoties institutio alteri, quàm præsentato data fuerit.*

138 *Præsentatio pro Jurepatronatus probando ea esse debet, in cujus vim institutio ejusdem præsentati secuta fuerit.*

139 *Juspatronatus à Barone Loci frustra asseritur, si non doceat de immemorabili, aut centenaria.*

140 *Vel non adferat authenticas scripturas duarum saltem præsentationum, quæ per spatium 50. annorum effectum habuerint.*

EX clara, & aperta dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess.* 25. de reformat. *cap.* 9., constitutum reperitur, quod, quum agitur de probando Jurepatronatus favore alicujus familiæ, & personæ potentis, 1 non sufficit commune illud, & ordinarium probationum genus, quod regulariter admittitur favore privatorum, ob illam sanè summam, 2 justissimamque rationem, quod nempè, ubi magis Lex, sive canonica, sive civilis, juris alicujus adquisitioni resistit, ibi certior, clariorque requiratur probatio; quamobrem, cum ambigi nequeat, quin in adquisitione Jurispatronatus, Sacrorum Canonum regulæ, præsertim verò mox memoratæ Sacrosanctæ Tridentinæ 3 Synodi censura magis resistat potenti, quàm privato, quia respectu privati ea sola vincenda 4 est contraria præsumptio, quæ militat pro libertate Ecclesiæ, & Beneficii, respectu verò potentis sibi asserentis Juspatronatus, præter 5 præsumptionem libertatis, urget alia vehemens præsumptio, atque suspicio usurpationis; mirum idcirco videri non debet, si in hujusmodi personis, Juspatronatus non aliter probari potest, quàm 6 eâ pleniori, & rigidiori formâ, à Sacro Concilio præscripta *in dict. cap. 9.*, nimirum aut per Instrumentum fundationis, vel dotationis, aut, eo deficiente, per immemorabilem, unâ cum præsentationibus continuatis, & effectum sortitis spatio quinquaginta annorum, plenèque probatis per authenticas scripturas.

Plana profectò est dispositio Sacri Concilii in *dict. cap. 9.*, ita decernentis = *In iis verò personis seù Communitatibus, vel Universitatibus, in quibus id jus plerumque ex usurpatione potiùs* 7 *quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quàm si, præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes etiam continuatæ, non minori saltem, quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur* = Cui Decreto Doctores, & Tribunalia religiosè semper obsecuta, è quorum numero latè *Barbosa in annotat. ad hoc cap. à num. 32. ad plures seqq.*, *Maresc ott. var. resolut. lib. 2. cap. 52. num. 1.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 23. numer. 132.*, *& quæst. 38. num. 35.*, *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 18. num. 76. & seqq.*, *Rota coram Mantic. decis. 234. num. 1.*, *& decis. 253. num. 1.*, *& seqq. post Vivian. de Jurepatron. decis. 4. num. 2.*, *& decis. 87. num. 3.*, *coram Ludovis. decis. 222. num. 1.*, *ibique Adden. num. 11.*, *in recent. decis. 126. num. 3.*, *decis. 197. num. 36.*, *decis. 290. num. 16. part. 5.*, *decis. 468. num. 7.*, *& 8. part. 9. tom. 2.*, *decis. 136. part. 19.*, *& coram Cardin. Caprara decis. 497. utrobique num. 1.*; unanimiter tradunt etiam, in ejusmodi Causis adeò rigidè, 8 constanterque servandam esse formam à Sacro Concilio præscriptam, ut nec latum unguem ab ea recedere integrum sit; propterea que, si probatio ab illo injuncta, in aliquo etiam minimo deficiat, vel turbida, minùsque concludens 9 appareat, censent, favendum omninò esse libertati Beneficii, utpotè fulcitæ assistentiâ juris, suspectos prætereâ habentis personarum 10 potentium titulos, tanquam plerumque ex usurpatione quæsitos, ut pluries declaravit Sacra Congregatio Concilii, cujus resolutiones colligit, & refert *D. Advocatus Fargna tom. 3. part. 5. Can. 12. cas. 3. num. 2. & 3.*, & docent adducti *per bon. mem. Episcopum Imerien. de controvers. Patron. allegat. 97. num. 2. & 3.*, benè etiam admonens, rigorem hujusmodi firmiùs 11 reti-

retinendum, quoties Causa vertitur in petitorio, & remitti, ac relaxari solummodò posse in ca-
12 su, quo lis non sit cum Ordinario, aut alio vindicante libertatem Beneficii, sed agatur inter personas utrinque potentes, aut præsentatos ab eis, quemadmodum prius animadverterant *Barbos. de offic.*, *& potestat. Episcop. part. 3. allegat. 72. num. 67.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 13. num. 128.*, *Antonell. de regim. Eccles. lib. 3. cap. 6. §. 5. num. 49.*, *& de tempor. legal. lib. 2. cap. 104. num. 8.*, *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept. 597. num. 7.*, *Card. de Luca de Jurepatron. disc. 58. num. 23.*, *Rota coram Martin. Andr. decis. 5. num. 4.*, *in recent. decis. 82. num. 19.*, *& seqq. part. 7.*, apud quos etiam alii casus habentur, in quibus rigor Concilii non servatur, quos consultò omitto recensere, quia ad rem nostram minimè pertinent.

His itaque constabilitis certissimis juris nostri regulis, cum in casu mihi proposito, quæstio de Jurepatronatus Ecclesię Parochialis Sancti Vincentii Terræ N.N. in petitorio agatur inter Excellentissimum D. Principem N.N., qui illud sibi asserere contendit, & Eminentissimum D. Cardinalem N.N., qui, uti Abbas Commendatarius, est Ordinarius dicti Loci, & pro pastoralis solicitudinis munere vindicat Ecclesiæ libertatem; pro dirimenda idcircò, justoque judicio definienda hujusmodi controversia, duo præcipuè examinanda sese offerunt; num videlicet hodiernæ quæstioni congruat Conciliaris sanctio, ita quidem ut ad illius normam dijudicanda sit: & num etiam forma, per illam præscripta, rectè, & adamussim servata dici queat: cum autem in utroque benè meo judicio fundata reperiatur intentio Eminentissimi D. Cardinalis, secundùm Ecclesiæ libertatem respondendum pro veritate censerem.

Et sanè, quod attinet primum, ambigi certè nequit, quin in subjecta hypothesi spectanda, servandaque sit lex sancita à Sacro Concilio in *dict. cap. 9.*; quippè agitur de adjudicando Ju-
13 repatronatus personæ potenti, in quam ex illius mente, & censura cadit suspicio præsumptæ usurpationis, quæ fuit potissima causa injun-
14 gendi hujusmodi magis exactam, & rigorosam probandi formam, ideoque, probatis circum-
15 stantiis, quibus congruat ratio Concilii, procul dubio locum obtinere debet ejus dispositio, ad tradita per *Vivian. de Jurepatron. part. 2. lib. 11. cap. 5. nu. 71. & seqq.*, *Rota in Senogallien. Fundationis 13. Decembris 1709. §. Cui oneri coram Card. Priolo*, *& 16. Maii 1710. §. Præsupponebant coram bon. mem. Molines*, *& in Bovinen. Archipresbyteratus 10. Martii 1710. §. Addito insuper coram Rmo Aldrovando Decano*.

Neque verò in dubium revocandum est, quin ad rem nostram persona potens, & de usurpatione suspecta dicendus sit Excellentissimus D. Princeps N.N.; Nam, licèt inter Doctores disputari soleat: an videlicet sufficiat sola potentia absque jurisdictione in loco, & an rigor Conciliaris Decreti servandus sit, etiam quando persona potens causam habet à privato: attamen ejusmodi disputationes silent in casu nostro, quia præfatus Dominus Princeps nullum certè allegat titulum, à privato in eum transmissum vel aliunde validè quæsitum, sed Juspatronatus sibi attribuit uti Baroni, ad cujus temporale dominium pertinet dicta terra. Quamobrem ge- 16
rendo hanc personam, cum non possit alios agnoscere Authores, quàm antiquos Dominos, & possessores Baroniæ, indè sequitur, quod idem D. Princeps, sive consideretur ex perso- 17
na propria, sive ex persona suorum Authorum, semper, & quocumque respectu; obnoxius est dispositioni Concilii, quia illammet temporalem Jurisdictionem, quam illi habebant, & ipse actu habet in dicta terra.

Ex qua profectò jurisdictione in loco, sicuti 18
vehementior redditur suspicio præsumptæ usurpationis Jurispatronatus, ita indispensabilis indè oritur necessitas illud probandi eâ severiori, & rigidiori formâ à Sacro Concilio præscripta; extrâ enim dubitationis aleam hodiè positum est, personas potentes in proposito haberi illos, 19
qui exercent jurisdictionem temporalem in loco, in quo sita est Ecclesia, quamvis ejusmodi personæ potestas non sit plena, & absoluta, 20
sed subordinata, qualis est illa Feudatariorum, 21
& Baronum, ut communiter tradunt *Garz. de Benefic. part. 5. cap. 9. num. 99.*, *Vivian. de Jurepatron. part. 2. lib. 11. cap. 5. num. 73. & seqq.*, *& num. 90.*, *Barbos. ad Concil. Trident. dict. sess. 25. cap. 9. num. 37.*, *Cardin. de Luca de Jurepatronat. disc. 3. num. 3.*, *& disc. 58. num. 24.*, *Rota decis. 349. num. 1. & 2.*, *coram Merlino*, *decis. 222. nu. 1. coram Ludovis.*, *& ibi Adden. num. 11.*, ubi plures concordantes, *apud Posth. de manut. decis. 228. num. 13.*, *in recent. decis. 55. num. 2.*, *& 6. part. 2.*, *& decis. 421. num. 1.*, *& decis. 756. num. 3. eadem part. 2.*, &, aliis antiquioribus relatis, *decis. 197. num. 22. part. 5.*, *& decis. 187. num. 31. part. 12. recent.*, & ita censuit Sacra Congregatio Concilii, per hæc verba = *Congregatio censuit*, *Barones*, *& alios Dominos, jurisdictionem perpetuam habentes, comprehendi in hoc Decreto* = ut refertur à *Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloss. 18. num. 60.*

Frustrà verò obtenderetur, suspicionem præsumptæ usurpationis consideratam in Conciliari Decreto, removeri, quando respectu Ordina- 22
rii vindicantis libertatem Ecclesiæ, concurrit potentia æqualis, vel major illâ, quam habet is, qui Ecclesiam Jurispatronatus servituti obnoxiam esse contendit; propterea que, cum dictarum Abbatiarum Commendatarii semper esse consueverint graviores, & spectabiliores S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qualis est hodiernus Eminentissimus Commendatarius, ve- 23
luti idcircò cessante ratione sanctissimæ alioquin legis, cesset ejus dispositio, juxtà in nostra specie firmata per *Rotam* in una *Toletana* relata per *Cost. de fact. scient.*, *& ignorant. distinct.*

ſtinct. 90. cent. 1. num. 95., *& ſeqq.*, quam ſequitur *Mareſcot. variar. reſolut. cap. 52. num. 5. lib. 2.*, *Rota poſt Vivian. de Jurepatron. deciſ. 34. num. 3.*, *& ſeq.*, *& in Pennen. Juriſpatronatus 4. Julii 1727. §. Parum officiente coram Reverendiſſimo Aldrovando*; Patet enim, ejuſmodi objectum corruere tàm in antecedente, quàm in conſequente.

Et quidem, quod attinet antecedens, idem admitti fortè poſſet, quando Ordinarius, Cardinalitiæ Dignitatis potentiâ pollens, perſonaliter in loco reſideret; at aliter res ſe habet, ceſſante hujuſmodi perſonali reſidentiâ, numquàm ſervari ſolitâ in ſimilibus Monaſteriis, quæ à S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus retinentur in Commendam, delegatâ adminiſtratione Vicario, ſive alii Officiali ab eis deputato, & in loco reſidenti, in quo certè conſiderari nequit ratio illa æqualis, ſive majoris potentiæ, quæ apta ſit ad retundendam, vel temperandam potentiam Baronis, ut benè advertit *Cardin. de Luca de Jurepatron. diſc. 58. num. 1.*, ibi = *ac etiam potiſſimè, quia antè Concilium Tridentinum uſus erat concedendi etiam Eccleſias Metropolitanas, vel Cathedrales in Commendam abſque onere reſidentiæ, undè propterea erant ſub regimine ſimplicis Vicarii, qui multò minùs perſonis potentibus reſiſtere poterat, ſeù faciliùs earum gratiam affectabat = & num. 17.*, ibi = *adeout Eccleſiæ Metropolitanæ, & Cathedrales per reſidentes in Curia tenerentur in Commendam eo modo, quo de præſenti tenentur Monaſteria, ita operabilis non remanebat in ſimplici Vicario, vel Adminiſtratore dicta ratio majoris potentiæ* = .

Verùm, quod magis eſt, ratio ſive color iſte pro removenda præſumptione uſurpationis quæſitus ex potentia Ordinarii, veluti futilis, & inanis, omninò reijciendus videtur ex reſolutis à Sacra Congregatione Concilii *die 24. Septembris 1595.*; diſputato namque in ea Dubio = *An ad probationem Juriſpatronatus, quod à Parochianis prætenditur, requiratur illa plenior, & exactior probatio, quam Concilium Tridentinum cap. 9. ſeſſ. 25. de reformation. præſcribit in iis perſonis, Communitatibus nempè, & Univerſitatibus, in quibus id jus plerumque ex uſurpatione quæſitum præſumi ſolet* =, omnes fuere in ea ſententia, ut efflagitetur dicta probatio, eò quod de jure communi in Parochianis præſumatur uſurpatio; & licèt Cardinalis Cuſanus huic ſententiæ unâ cum aliis aſſentiretur, cum illa tamen limitatione, quando videlicet Parochiani eſſent viri potentes, & tantæ authoritatis, ut prudenter, ac juſtè æſtimari poſſet, quod Epiſcopi authoritas non fuerit ſufficiens ad impediendam talem uſurpationem = *omnes tamen alii fuere abſolutè in ſententia, ut in Parochianis cadat uſurpatio abſque ullâ diſtinctione* = quemadmodum totidem ferè verbis refert *Fagnan. in cap. querelam de election. num. 8.*

Hac itaque immotâ manente Sacræ Congregationis reſolutione, ea ſola ſufficeret, ut opponi ampliùs non poſſet antiqua illa *deciſio* in *Toletana Juris decimandi coram Blanchetto*, mox in objecto allegata, in qua generaliter dicebatur, *quod, dato concurſu páris, vel majoris potentiæ Epiſcopi, ceſſat uſurpationis præſumptio*, ſed prætereâ eadem *Sacra Rota* in contrariam abiit ſententiam in una *Sorana Juriſpatronatus*, *& in Jacen. Parochialis coram Pamphilio*, ut teſtatur ipſamet *Rotá deciſ. 34. numer. 2. poſt Vivian. de Jurepatron.*, *& deciſ. 197. num. 29. part. 5. recent. tom. 1.*, & habetur apud *Barboſ. ad Concil. Tridentin. dict. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. num. 67.*, ibi = *formam traditam à Concilio eſſe ſervandam, etiamſi concurreret major, vel æqualis potentia in Ordinario, prout, reprobatá deciſione Toletana Juris decimandi coram Cardinal. Blanchetto, dixit Rota in Sorana &c.* & conſonant *Antonell. de regimin. Eccleſ. lib. 9. cap. 6. §. 5. nu. 43.*, ibi = *addunt Doctores, diſpoſitionem Concilii dict. cap. 9. procedere, etiamſi concurreret major, vel æqualis potentia in Ordinario* =, *clar. mem. Cardin. de Luca de Jurepatron. diſc. 58. num. 17.*, ibi = *In caſibus autem, in quibus intrat dicta forma conciliaris, ampliatur, ut procedat, quamvis in Ordinario æqualis, vel etiam major potentia concurrat* = bene etiam poſteâ ad rem ſubdens, quod dicta ampliatio omninò recipienda eſt, & non licet eam negligere, quia Majoribus noſtris ità placuit, & viſum eſt, in quorum fide, vel authoritate, in pleriſque ambulare oportet, quamvis ratio non aſſiſtat, & *Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ. 222. ſub num. 11.*, ibi =, *& hæc forma tradita à Concilio, eſt ſervanda, etiamſi concurreret major, vel æqualis potentia in Ordinario, prout, reprobatá deciſione Toletana Juris decimandi coram Cardin. Blanchetto, dixit Rota in Sorana Juriſpatronatus 1603. coram Cardin. Pamphilio, & in Jacen. Parochialis 23. Junii 1603. coram eodem* =, idemque firmavit *Rota deciſ. 34 num. 1.*, *& duobus ſeqq. poſt Vivian. de Jurepatron.*, *& deciſ. 197. num. 28.*, *& 29. part. 5. tom. 1. rec.*

Licèt igitur ſumma, ſupremaque Cardinalatus Dignitas maximam authoritatem, poteſtatemque deferat ejuſmodi Eccleſiarum, & Monaſteriorum Commendatariis; nihilominùs tamen jure, meritòque *Card. de Luca de Jurepatron. diſc. 3.* cenſuit, quod eadem illas eximere non valeat à periculo uſurpationis Juriſpatronatus, quoties perſonæ, tametſi minori potentiâ præditæ, illud ſibi arrogant, atque ita in Foro receptum eſſe, teſtatur: agens enim in *dicto diſcurſu* de Eminentiſſimo Cardinali Epiſcopo Prænestino, qui, præter authoritatem, ipſi à tanta Dignitate conciliatam, Epiſcopali Juriſdictione in ſua Diœceſi pollebat, quamvis ipſe in ea Cauſa ſcriberet pro D. Principe Burgheſio Barone Terræ Olibani, adhuc *num. 4.* ità loquitur = *Et quamvis in iſta Diœceſi dici valeat, quod Epiſcopus eſſet majoris potentiæ, & qualitatis, cum ſit unus ex ſex Epiſcopis Sacri Collegii Cardinalium: attamen, quia receptum quoque eſt, ut in hoc propoſito non ſpectetur qualitas*

litas, seu major, vel minor Episcopi potentia, sed attendatur solùm qualitas prætendentis habere Juspatronatus ex consuetudine, seù antiqua possessione, an dicatur, nec ne persona potens ob malam usurpationis præsumptionem, generaliter à dicto Decreto Conciliari inductam, ut pariter advertitur dict. discurs. 58.; hinc proindè ex laudabili Curiæ stylo hujusmodi superfluos apparatus resecandi, dictáque necessitate præsuppositâ, strictè assumpta fuit disputatio, an justificata essent, nec ne duo necessaria requisita =, & priùs ità censuerant *Paris. in tract. de confident. quæst. 28. numer. 140., & Gonzal. ad regul. 8., Gloss. 18. num. 67.*, ajentes, Concilium habere lo-
6 cum etiam in Episcopatibus possessiis per Cardinales, & patet ex firmatis *in Senogallien. fundationis 16. Maii 1710. §. Quin dubitari, & seq. coram bon. mem. Molines*, ubi potentem, & de usurpatione suspectam ad mentem Concilii, firmat esse Communitatem Senogalliæ, non obstante, quod esset Episcopus Cardinalis Rusticuccius.

Nullo itaque numero habendæ videntur authoritates in contrarium nuper citatæ, nam, ut probatum est *§. Hac itaque, decisio Toletana coram Blanchetto* fuit ab eâdem Sacrâ *Rotâ* reprobata, ideoque reprobandi etiam *Marescott.*, & *Costa*, illam sequentes; *Rota post Vivian. de Jurepatronat. decis. 34.*, ut superiùs animadversum est, nobis favet; & demum noviissima *decisio in Pennen. Juris patronatus 4. Julii 1727.*
37 *coram Reverendissimo Aldrovando Decano*, utpotè contumacialis, certè reputanda non esset authoritatis paris illi, quam obtinent decisiones, in quibus utrâque Parte informante, suaque jura deducente, maturiùs Causa examinatur, Jurisque articuli deciduntur. Prætereâ in eadem non definitur, quod, datâ majori, sive æquali potentiâ Ordinarii, cesset rigor Concilii, quinimmò expresè admittit, cum ejus dis-
38 positione procedendum esse in hoc etiam casu, ut liquet ex *§. Quamvis*; solummodò firmans in *§. Parum officiente*, quod rigor hujusmodi
39 locum non habet respectu immemorabilis probandæ per Baronem, quando is allegat Juspatronatus ex titulo legitimo fundationis, aut dotationis, cujus tamen Instrumentum exhibere non potest ex casu fortuito, citrâ ejus culpam secuto: licèt Causæ ratio de his agi non requireret, quia reverâ in eo casu concurrebat perfecta probatio, à Conciliari Decreto præscripta, ut constat ex notatis in eodem *§. Parum officiente vers. quamvis de cetero*.

Planè ex his omnibus corruit antecedens il-
40 lud, quod suspicio quævis usurpationis sublata dici queat, quoties in Ordinario concurrit potentia æqualis, vel major illâ, quam habet is, qui Juspatronatus sibi adscribit. Verùm, ut mox dicebam *§. Frustra §. In fine*, admisso etiam tali antecedente, nihilominus nullo pacto sustineri posset illatio, & consequentia indè deducta; nam, præter ea, quæ *§. Verùm quod magis* allata fuerunt, quod videlicet pro excludenda præsumptione usurpationis, spectanda non sit potentia Ordinarii, sed timenda, suspectaque habenda semper sit potentia illius, qui Ecclesiam sub servitute retinere contendit; Juvat tamen his addere, quod Sacrum Concilium lo- 41
quendo de iis personis = *in quibus id Jus plerumque ex usurpatione potiùs quæsitum præsumi solet, includit quidem specialiter illas, quæ sunt de usurpatione suspectæ, sed alias potentes non ex-* 42
cludit =; quamobrem, ponderatâ illâ dictione = *plerumque* = Concilium procedere etiam in personis potentibus, tametsi procul absit justus timor, & ver similis suspicio usurpatiouis, resolvit Sacra Congregatio Concilii, & firmavit *Rota in dicta Sorana Juris patronatus, & Jacen. Parochialis coram Pamphilio*, ut habetur *in decis. 34. num. 1. & 2. post Vivian. de Jurepatron.*, & melius *in decis. 197. nu. 27. & seqq. part. 5. tom. 1. recent.*, ibi = *æget eâdem probatione, quia Decretum prædictum Concilii sess. 25. c. 9. de reformat. propter dictionem = plerumque =, quâ utitur, habet locum etiam quando cessat præsumptio usurpationis, si Juspatronatus prætendatur à persona potenti, vel magnate, sive Universitate, ut censuit Sacra Congregatio Illustrissimorum Interpretum, & dixit Rota in Causa Sorana Juris patronatus &c.* =.

Jam verò juxtà *primam* quæstionis partem planè constito, in subjecta facti specie servandam esse formam, retinendumque rigorem probationum, Conciliari Decreto injunctum; progredior *ad secundam*, & constantissimè, firmissimèque arbitror, dictam formam in nostra hypothesi servatam dici minimè posse. Concilium 43
namque requirit, aut quod exhibeatur publicum Instrumentum fundationis, vel dotationis, aut quod doceatur de immemorabili, unâ cum præsentationibus continuatis, & effectum sortitis spatio quinquaginta annorum, & quidem per authenticas scripturas probatis, ut latè dictum est superioribus locis. Porrò, quod attinet fundationem, aut dotationem, nullum de ea affertur legitimum documentum; Propterea-que totum Causæ momentum redigitur ad alteram probationis speciem, à Sacro Concilio præscriptam.

Quod igitur eam attinet, nec de immemorabili, nec authenticis scripturis docetur de præsentationibus, spatio quinquaginta annorum effectum sortitis; Immemorabilis namque non testibus, non scripturis, pro parte Excellentissimi D. Principis allatis, ullo pacto probata dici valet; Duo quippè testes, omisso, quod, utpotè noviissimè ad perpetuam dumtaxat examinati, 44
nullum justæ probationis gradum constituere valent, aliis etiam obnoxii sunt exceptionibus; Iidem enim tamquam Vassalli Baronis, ne- 45
dum omni exceptione majores testes censeri nequeunt, verùm nec idonei, nec integræ fidei reputantur, ad tradita in specie per *Campanil. diversor. jur. canon. rubr. 11. cap. 13. n. 412., Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 18. nu. 70., & seqq.*, ubi reiicit *Ricc. in prax. Cur. Archiep. Neap.*

Neap. contrarium tenentem, *Pariſ. de conſid. quæſt.*28. *num.*252., *Rot. coram Verall. deciſ.* 136. *part.*2., & *coram Martin. Andr. deciſ.* 45. *num.*7.; præterea non deponunt cum notis requiſitis celebris *Gloſſæ in cap.*1. *de præſcript.* 46 *in 6.*; nihil enim dicunt de viſu proprio per annos quadraginta, nec, quod ab ipſis, eorumque Majoribus nil umquam in contrarium viſum, & auditum fuerit, quinimmò impoſſibile eſt, hoc ab illis deponi potuiſſe, cum ex infra dicendis conſtet, omnes penè collationes, tamquam de libero factas fuiſſe; quamobrem teſtes prædicti omnino reijciendi ſunt, ex iis, quæ ad rem optimè firmat *Rota* in magiſtrali *deciſ.*405. *per tot. part.*4. *tom.*1. *rec.*, *Epiſcopus Imerien. de controverſ. Patron. alleg.*97. *num.*14. cum ibi adductis.

Deficiente autem juſtâ immemorabilis probatione factâ per idoneos teſtes; fruſtrà Excellentiſſimus Baro illam mutuari conaretur ex ſcripturis, eò quod ejuſmodi probationis genus 47 in noſtra ſpecie reprobatum reperiatur per *Rotam deciſ.*126. *num.*21., & 22. *part.*5. *rec. tom.* 1., ibi = *Quæ immemorabilis probari debet per Te-* 48 *ſtes, & non per ſcripturas, per quas non poteſt probari, quod nihil umquam fuerit viſum, vel auditum in contrarium, in quo potiſſimùm conſiſtit vis, & efficacia immemorabilis* =, & *coram Remboldo deciſ.*586. *num.*5., = ibi *quia immemorabilis non poteſt probari per ſcripturas cujuſcumque temporis* =, & *num.*6., & *aliis ſeqq. uſque ad finem*, ubi contrarios explicat, & declarat, & tandem *num.*10. concludit, quod juxtà opinionem, quam Rota ſervat, immemo- 49 rabilis probari non poteſt per ſcripturas = *non enim probari poteſt per ſcripturas, quod nihil umquam fuerit viſum, vel auditum in contrarium, in quo potiſſimùm conſiſtit vis, & efficacia immemorabilis* = & eſt in hac materia magiſtralis *deciſ.*405. *num.*9. *part.*4. *tom.*1. *rec.*, repetita *poſt Vivian. de jurepatron. deciſ.*11.

Verùm enim verò, tametſi recipienda eſſet probatio quoque facta per ſcripturas, ob peculiarem illam rationem, quam in propoſito prudenter more ſuo conſiderat *Card. de Luc. de jurepatron. diſc.*57. *num.*27., & *diſc.*58. *num.*4., 50 quia nimirum eò magis ſuſpecta eſt probatio per Teſtes, quò magis potentes ſunt perſonæ, 51 a quibus proferuntur, & conſequenter tutior reputanda ſit probatio per ſcripturas; Præſer- 52 tim verò, quia, ſicuti illæ admittuntur ad probandam centenariam, ita admitti etiam debent ad probandam immemorabilem, quæ ſæpè 53 confunditur cum centenaria, & promiſcuè accipitur cum illa, adeo quidem, ut prò Synonimis quodammodo habeantur, maximè poſtquam Sacra Rota recedendo ab antiqua opinio- 54 ne docuit, centenariam etiam in ſubjecta materia æquipollere immemorabili, ut dictum fuit in illa *Marſicana Abbatiæ* 13. *Junii* 1721. §. *His ità in facto coram de Gamaches*.

Nihilominùs tamen non ità indiſtinctè id locum habet in quolibet caſu, ſed intelligendum eſt eo modo, quo explicat, & declarat *Sacra Rota* in magiſtrali *deciſ.*168. *num.*35., & *duob. ſeqq. part.*10. *rec.*, perſpicuè loquens his verbis = *Licèt enim ex ſcripturis etiam antiquis* 55 *immemorabilis regulariter non probetur, quia vel originem tituli præſeferre ſolent, quod repu-* 56 *gnat ejus eſſentiæ, vel contrariam obſervantiam perneceſſe, ut requiritur, non excludunt, juxtà Textum in cap.*1. & *c. Tamen, quando ejuſmodi ſunt ſcripturæ, quæ nullâ factâ mentione principii* 57 *acquiſitionis, vel immemorabilem ipſam ſæpius enunciant, vel rerum geſtarum ſeriem demon-* 58 *ſtrant per tempus, hominum memoriam excedens, ità connexam, ac continuatum, ut contrariæ obſervantiæ negativam in effectu convincant, tunc quidem ex illis reſultat per indirectum ſufficiens probatio immemorabilis, vel ſaltem æquipolleus* = Cum itaque, in hypotheſi, ſcripturæ à D. Principe productæ, mihique exhibitæ, nec ullam 59 mentionem faciant immemorabilis, nec contrariam obſervantiam excludant, ut patebit ex infra dicendis; manifeſtum inde fit, illas in præſenti admitti minimè poſſe ad probandam immemorabilem, a Sacro Concilio requiſitam.

Idque probè agnoviſſe videtur Excellentiſſimus ipſe Princeps, qui propterea immemorabili, parum, aut nihil confiſus, centenariæ potiſſimùm innititur, quæ juxtà noviſſimam opi- 60 nionem, receptam apud Sacram Rotam, in omnibus æquipollere dicitur immemorabili, etiam ad effectum, de quo agitur, implendi nimirum formam à Sacro Concilio præſcriptam *in d.cap.*9., recedendo, ut dixi, à priori opinione, quæ veluti magis conſona literæ Conciliaris Decreti, re maturè diſcuſsâ, atque examinatâ, magiſtraliter conſtabilita fuerat *deciſ.*586. *per tot. coram Remboldo*, & *deciſ.*126. *num.*20., & *ſeqq. part.*5. *rec. tom.*1., & alibi frequentiſſimè; quod tamen hìc obiter dictum ſit, cùm ceteroquin nos obſequentes ſenſui Sacræ Rotæ, cujus veluti omnium magiſtræ opinio reverenter, ſummaque cum veneratione inſpicienda, ſuſcipiendaque eſt, aggrediamur examen centenariæ, & eam quoque probatam minimè dici poſſe opinemur; Quippe eadem probari contenditur ex præſentationibus, quæ continuatæ, & effectum ſortitæ ſupponuntur centum annis, & ultra; ab anno nimirum 1563.; ſed fruſtra Excellentiſſimi Principis conatus impenſos credimus.; Nam aſſertarum præſentationum, aut 61 nulla affertur concludens, & legitima probatio, aut non docetur, illas effectum habuiſſe, quin potiùs eo omnino caruiſſe videntur.

Remque ordiendo à prima, quæ anno 1563. ab Iſidoro Talenti tunc temporis Barone facta dicitur favore Ludovici de Burgos, nullum profectò exhibetur documentum præſeferens actum præſentationis à d. Iſidoro factæ, aut inſtitutionis Ludovico datæ ab Ordinario, ſed ſolùm affertur quoddam exemplar, ſeù ſimplex copia inſtrumenti poſſeſſionis captæ ab ipſo Ludovico, & rogati a Gubernatore loci, in qua enunciatur præſentatio d. Iſidori, proindeque nemo poteſt eſſe,

esse, qui non agnoscat, quæ fides in hac materia, de usurpatione, suspectissima, præstanda sit copiæ hujusmodi, juxtà notas regulas, suâpte naturâ, legalis probationis vim, gradumque
62 nullum obtinenti; quippè eadem, nec authentica est, utpotè carens recognitione, ideoque tamquam informis, prorsùs reiicienda, *Rota coram Coccino decis.*1295. *num.*2., & *seqq.*, & *decis.*1351. *num.*3., *coram Gregor. decis.*550. *in fine*, *in Recanaten. Beneficii* 20. *Martii* 1702. §. *Denique in fine coram Card. Caprara inter ejus impress. decis.*595. *num.*16., & 17. *part.*2., & *in Cremonen. Beneficii* 14. *Maii* 1706. §. *Productionem coram Kaunitz*; nec aliud continet,
63 quàm simplicem enunciativam præsentationis, emissam à d. Gubernatore Ministro, & Officiali Baronis; quando Concilium pro forma
64 omnino requirit publicas, & authenticas scripturas, de quibus tantummodo confidit, rejectâ quacumque probatione factà per æquipollens, sivè per Testes, ut declarasse Sacram Congregationem Concilii, refert *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. & Ioss.*18. *num.*79., per hæc verba = *Congregatio communi omnium consensu censuit, requiri pro forma, ut probatio fiat per authenticas scripturas, & regulam esse constituendam, quod probatio per Testes non sufficiat* = quam declarationem sequitur idem *Gonzal. num.*80., & *tribus seqq.*, ubi etiam contrarios reiicit, *Barbos. ad Concil. d. sess.*25. *cap.*9. *num.*61., & 64., & *seqq.*, ubi plures concordantes, & *de offic.*, & *potest. Episcop. part.*3. *allegat.*72. *num.*55., & *seqq.*, *Pax. Jordan. tom.*2. *lucubrat. lib.*10. *tit.*7. *num.*113. *vers. quinto tandem*, *Antonell. de regim. Eccles. lib.*3. *cap.*6. §.5. *num.*41., *Gratian. discept.*168. *num.*21. *usque ad finem*, *Adden. ad Ludovis. decis.*222. *num.*11., *Rot. post Vivian. de jurepatr. decis.*9. *num.*9., *coram Mantic. decis.*89. *num.*2., ubi etiam, quod ita respondit *Sacra Congregatio Concilii*, *coram Coccin. decis.*1784. *num.*51., & *coram Merlino decis.*349. *num.*6., *in rec. decis.*197. *num.*62., & *seqq. part.*5. *tom.*1., *in d. Cremonen. Beneficii* 11. *Maii* 1705. §. *Minusque*, & 14. *Maii* 1706. §. *Quamvis coram Kaunitz*, & *in Senogallien. Fundationis* 13. *Decembris* 1719. §. *Cui oneri coram Card. Priolo*.

Quamobrem enunciativa prædicta, quam-
65 vis etiam exhiberetur in forma authentica, nullo numero habenda esset, quia suspicione non vacat tamquam emissa à Gubernatore loci favore Baronis, & Domini, *Rota coram Seraphino decis.*1567. *num.*5., & *post Vivian. de jurepatron. decis.*9. *num.*5., etiam quia, cum Concilium, ut dictum est, in subjecta materia, de
66 usurpatione, suspecta, non confidat Testibus, ideoque, eisdem exclusis, requirat prò forma scripturas authenticas, consequens his est, ut
67 non sint admittendæ tales enunciativæ, quæ nihil aliud esse videntur, nilque magis operari
68 possunt, quàm Testium depositiones, ut benè in proposito dixit *Rota coram Merlino decis.*349. *num.*7., & *seqq.*, in qua mirâ, doctrinâ, ac summâ maturitate re enucleatâ, planè demonstratur, non censeri satisfactum menti Concilii, quamvis scripturæ, undè hujusmodi enun- 69
ciativæ desumuntur, essent authenticæ, quia Concilium excludens quodcumque testimonium, sive testificationem non solùm implicitam, sed etiam expressam, adeò exposcit authentica documenta ipsarum præsentationum, ut nedum scriptura, verùm etiam probatio ipsa authentica sit; Id quod fieri sanè nequit, nisi 70
per scripturas, quæ confectæ fuerint super actu ipso præsentationis, ità quidem, ut super ipsis præsentationibus primariò, ac directè celebratæ fuerint, alioquin enim redderetur elusoria dispositio Concilii reiiciens Testes; quippè sequeretur, semper posse admitti probationes per Testes redactas in instrumenta, & in scripturas authenticas, quia hæc etiam posset dici probatio per scripturas authenticas, & latiùs habetur *in d. decisione coram Merlino*, cujus tenorem refert, & sequitur *Barbos. ad Concil. loc. mox citat. sub num.*65., *Adden. ad Burat. decis.*139. *num.*13. 14., & *seqq.*

Quæ profectò rationes, eò fortiùs urgere noscentur, si duo potissimè animadvertantur; Primum est, quod in dicta decisione rejecta fuit probatio præsentationum facta per ejusmodi 71
enunciativas, licèt hæ prodiissent ab Episcopis (qui ceteroquin ad eas emittendas faciles esse 72
non solent) eædemque essent plures, antiquæ, nec obiter editæ, sed in actu ipsius collationis; & nihilominùs Sacra Rota illas rejecit, ob eam rationem, quia talis probatio non erat illa, à Concilio requisita pro forma; Alterum verò est, id adeò certum, & firmum visum esse illis sapientissimis Patribus, ut quamvis in Cau- 73
sa, de qua agebatur, solus Baro informaret, & immemorabilem satis probasset per Testes; nrhilominùs, quia præsentationes non aliunde probabantur, quàm ex similibus enunciativis, non dubitarunt respondere = *contra Informantem* = & in terminis alterius enunciativæ emissæ occasione possessionis traditæ à Vicario, *Rota in* 74
Bononien. Archipresbyteratus 10. *Martii* 1710. §. *Nullum*, & §. *Non in genere coram Patriarcha Hierosolymitano*.

Non absimili responsione reiicitur secunda etiam præsentatio, quæ anno 1607. a Laurentio Bonvicino tunc Barone, & loci Domino facta dicitur favore Jacobi Tursellini; Ista enim est simplex notula, sive partita ignoto charac- 75
re conscripta, eademque dicitur extracta ex quodam Libro Visitationum, quam sanè informèm præsentationem, seù præsentationis enunciativam ab illegali, & minùs authentico Libro extractam implere non posse gradum illum probationis, a Concilio volitæ, facilè deprehenditur ex iis, quæ mox diximus; Immò verò, quatenus etiam illa fidem aliquam sibi vindicare posset, tamquam extracta à dicto Libro Visitationis; attamen in præsenti judicio parvi facienda esset, quia præsefert solummodo meram enunciativam jurispatronatus, quæ quidem enunciativa, licèt ab Ordinario emissa dici vale- 76
ret occasione Visitationis; nihilominùs esset prorsùs

sùs inefficax ad ſatisfaciendum formæ à Concilio imperatæ, ut in ſpecie ſimilium enunciativa-
77 rum editarum in Viſitationibus, ſive collationibus Ordinariorum, articulo magiſtraliter diſcuſſo, firmavit optimè *Rota coram Merlino d. deciſ.349. num.3., & ſeqq. uſque ad finem*, & conſonat eadem *Sacra Rota deciſ.197. num.63. ad 67. part.5. rec. tom.1., & deciſ.1367. num.5. coram Seraphino, & deciſ.1584. num.51., & 52. coram Coccino, & deciſ.174. num.8. coram Carill.*,& ſequitur *Barboſ.ad Concil.Trid.ſeſſ.25. de reform. cap.9. num.65., & de jur. Eccleſ. lib.3. cap.12. num.123., Rot. in d. Bovinen. Archipresbyteratus* 10. *Martii* 1710. *§. Nullum, & §. Non in genere coram Patriarcha Hieroſolymitano*; Regulare ſiquidem eſt, quod
78 Epiſcoporum aſſertionibus in materia juriſpatronatus non creditur, niſi aliundè juſtificen-
79 tur, quia in eorùm poteſtate non eſt Eccleſiarum libertati præjudicium inferre, *Card. de Luc. de jurepatr. diſc.3. num.3., & ſeqq., Rota coram Celſo deciſ.145. num.7., & ſeqq., in rec. deciſ.421. in fin. part.2., & deciſ.197. num.53., & 80. part.5. tom.1., & in Placentina juriſpatronatus* 1. *Decembris* 1704. *§. final. coram Omanna*.

Nulla pariter ratio habenda eſt præſentationis, quæ facta aſſeritur anno 1610. ab eodem Laurentio Bonvicino favore Dominici Sardini: deficit enim primo loco publicum, & authen-
80 ticum documentum ejuſdem præſentationis, ſinè quo fruſtrà affertur fides Notarii, de illius exhibitione teſtantis; Concilium namque, ut
81 diximus, requirit pro forma ſcripturas authenticas ipſarum præſentationum, & aliàs ſimilem Notarii fidem allatam per Barones in propoſito rejecit *Rota coram Pen. deciſ.431. num.9., & coram Merlino deciſ.349. num.8., & in Trivicana juriſpatronatus* 17. *Junii* 1718. *§. Conſta-*
82 *bilita*, ibi = *Non aliud exhibitum fuit documentum, niſi ſimplex atteſtatio Cancellarii, quæ de per sè nullam probationem conſtituit* = *coram Foſcaro*.

Quinimmò, licèt exhiberetur authenticum
83 documentum iſtiuſmodi præſentationis factæ à Barone, non ſuffragaretur, niſi prætereà doceretur, illam admiſſam fuiſſe ab Ordinario; Tantum verò abeſt, quod id in noſtra hypotheſi probetur, ut potiùs perſpicuè pateat, inſtitutionem fuiſſe ab Ordinario datam Domini-
84 co Sardino non uti præſentato a Barone, ſed tamquam approbato, & idoneo reperto *in concurſu*; ex quo profectò intelligitur, nullam de dicta præſentatione, quatenus etiam verè, & rea-
85 liter præceſſiſſet, rationem ab Ordinario habitam fuiſſe, alioquin concurſum minimè indixiſſet, tamquam hoc caſu non neceſſarium, ideoque non indicendum, quia ſufficiebat ſola approbatio, juxtà notata per *Fagnan. in cap. Cum autem à num.31. de jurepatr., Vivian. eodem tract. lib.10. cap.1. num.58., Antonell. de regim. Eccleſ. lib.3. cap.6. §.2. num.7., & 18., Anaclet. Reiffenſtuel. theolog. moral. tract.11. de Benefic. diſtinct.3. quæſt.2. num.41., & alios in d. Bovinen. Archipresbyteratus* 10. *Martii* 1710. *§. Validior, & §. Maximè coram Patriarcha Hieroſolymitano*.

Nec eſt, cur prò coadjuvanda d. præſentatione, ejuſque effectuatione afferantur nonnullæ apo- 86
ſtillæ, ſivè additiones in calce literarum d. proviſionis appoſitæ, quaſi ex his elici valeat, inſtitutionem datam fuiſſe ad præſentationem Baronis; quoniam additiones iſtæ vehementi ſuſpicione laborant, & quamvis juvare fortè poſſent, ſi factà aliquando in corpore ipſarum literarum mentione juriſpatronatus, ſive præſen- 87
tationis, aliæ poſtea illius enunciationes ſuperadditæ reperirentur per ejuſmodi apoſtillas, quia tunc per errorem, & incuriam à Secretario omiſſæ cenſeri poſſent: aliter certè res sè habet in caſu noſtro, in quo nullâ umquam in 88
ipſis literis habitâ mentione juriſpatronatus, ſivè præſentationis, è contrario legitur factus concurſus pugnans cum jurepatronatus; & totum id, quod pertinet ad expreſſionem ejuſdem juriſpatronatus, & præſentationis factæ à Soderino, ſuperadditum legitur per apoſtillas; Tunc enim, ſicuti veriſimile non eſt, quod id per errorem, ſivè negligentiam à Secretario omiſſum fuerit, itâ juſtâ ſuſpicione conijcitur, quod deindè fuerit confictum, & ex intervallo ſuperadditum; Concurrente præſertim ad augendam hujuſmodi ſuſpicionem tum diverſitate 89
characteris, quo dictæ apoſtillæ conſcriptæ leguntur, tum, & fortiùs urgente repugnantiâ concurſus habiti coram Examinatoribus ſynodalibus, & in dictis literis expreſſi; quamobrem, ſi ſola ſuſpicio in civilibus ſufficit ad adimendam 90
fidem ſcripturæ, în noſtra certè hypotheſi nullatenus attendi debent præfatæ apoſtillæ, cum undique ex ſupradictis ſuſpectiſſimæ ſint, ut in terminis ſimilis ſuperadditionis verborum habetur *in Comen. Cappellaniæ* 22. *Junii* 1725. *§. Ad hæc coram de Gamaches, & in Caputaquen. Cappellaniæ* 11. *Junii* 1728. §. 41. *coram Calcagnino*, & generaliter traditur *in Tuden. Parochialis de Calvos* 27. *Januarii* 1727. *§. De prædicto coram Ratto*, fit itaque locus regulæ, 91
quâ traditur, quod ſufficiat reddere turbidos actus contrarios, ut firma maneat præſumptio, & aſſiſtentia juris prò libertate Eccleſiæ, prò 92
qua etiam in dubio judicandum eſſe, probat *Epiſcopus Imerien. de patron. allegat.97. num.9., & 10. tom.2.*

Nec ad comprobandam veritatem d. præſentationis prodeſſe poteſt aut derogatio juriſpatronatus, quæ facta legitur in quadam ſupplicatione, anno 1621. ſignata à Gregorio XV. ad inſtantiam d. Dominici Sardini ſupplicantis prò nova collatione dictæ Parochialis cum reſervatione Penſionis favore Anaſtaſii Geſneri, aut conſenſus à Barone præſtitus dict. reſervationi Penſionis.

Etenim ſupplicatio à Sanctiſſimo ſignata, excludit potiùs, quàm confirmet Juſpatronatus; in 93
illâ namque Sardinus petendo novam proviſionem, à Summo Pontifice ob timorem nullitatis primæ, ut ſuprà, ab Ordinario obtentæ; narrat

qui-

quidem Papæ, ipsum obtinuisse dictam Parochialem in *Concursu servatâ formâ Concilii*, sed nihil in illâ dicit de Jurepatronatus, & præsentatione ejus favore factâ à Barone, prout certè exprimere non omisisset, quatenus de veritate Juris-
94 patronatus, & præsentationis, quæ in priori collatione per apostillas superaddita fuerant, dubitari non potuisset, *Rot. coram Buratto de-*
95 *cis.* 178. *num.* 7., Immò verò id dispositivè, specificè, & determinatè exprimi debuisset, non autem conditionalitèr, ex regulâ 42. Cancellariæ notat *Vivian. de Jurepatron. lib.* 14. *nu.* 100.,
96 *& cap.* 2. *num.* 1., multòque minùs sufficere illius mentionem, inter clausulas generales supplicationis conditionalitèr in casu nostro emissam, nisi dispositivè in corpore sit expressa, probat *Gonzal. ad regul.* 8. *Gloss.* 32. *num.* 16.; Ex his
97 itaque patet, quod sola mentio Jurispatronatus dubitativè, & conditionalitèr in generali derogatione, & citrà approbationem facta, in nostrâ hypothesi, nihil confert ad probandam illius veritatem, & existentiam, sivè spectetur intentio
98 Partium, sivè illa Papæ, quia Partes illud non specificè, & dispositivè expresserunt, sed tantùm dubitativè, & conditionalitèr, *quatenus existat*, & Papa illud expresè approbare non intellexit, juxtà deducta per *Panimoll. decis.* 10. *annotat.* 1. *nu.* 52., *Episcop. Imerien. contr. patron. alleg.* 97. *num.* 25., *Rot. decis.* 178. *num.* 14., *&* 18. *coram Buratto*.

Consensus verò Baronis reservationi Pensio-
99 nis, minùs obesse potest, utpotè minimè præstitus, minimèque requisitus in ipsis literis Apo-
100 stolicis, in quibus mentio nulla habebatur Jurispatronatus, dispositivè, ut diximus, in eisdem facienda, sed conditionaliter in generali tantummodò derogatione enunciati. In his autem
101 circumstantiis spontaneus ille consensus à Barone exhibitus, nihili faciendus videtur, veluti probabilitèr procuratus à reservatario Pensionis ad majorem cautelam, prò evitandis nempè molestiis, & redimendis vexationibus, quas fortè timere poterat ex potentiâ Baronis, propterea-que non præjudicat libertati Ecclesiæ, *Rota coram Cavaler. decis.* 159. *num.* 6., *& in Comen. Cappellanie* 22. *Junii* 1725. *S. Tum quia*, ibi =
102 *Tùm quia actus hujus donationis, & præsentationis cum dicta enunciativa potuit fieri ad majorem cautelam, & ad removendum obstaculum alterius, qui sè Patronum assereret, & ea, quæ ad cautelam aguntur, minimè obsunt, Noguerol &c. coram de Gamaches*. =

Longè minùs ad probandum Jusparonatus juxtà formam à Concilio præscriptam confert status anni 1670., in quo, vacante controversâ, Parochiali per obitum Dominici Sardini, Clemens X. illam contulit Francisco de Perinis: Nàm hujusmodi collatio à Papa facta, non indè
103 evenit, quod lapsum fuisset quadrimestre datum Patronis laicis ad præsentandum, sed ex eo quia excurrerat semestre competens Ordinario ad conferendum per Concursum Parochiales liberæ collationis, de quibus præcisè loquitur *Constitutio* 32. *S. Pii V.*, cujus vigore Papa ad hujusmodi collationem devenire profitetur; Quo sanè compertum fit, nullam de d. collatione 104
haberi posse rationem ad effectum probandi Jusparonatus; quinimmò idem per illam excludi, utpotè factam vigore reservationis inductæ ex Constitutione S. Pii V., quæ locum habet in 105
Parochialibus liberis, & per Concursum ab Ordinario providendis, juxtà notata *apud Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. Gloss.* 6. *num.* 130., *Garz. de Benefic. part.* 10. *cap.* 2. *nu.* 7. *& seqq.*, *& nu.* 22. *& seqq.*, *Rota coram Seraphin. decis.* 702. *per tot.*, *coram Celso decis.* 231. *num.* 7., *&* 8., *& coram Priolo decis.* 48. *num.* 1., *&* 4., *in rec. decis.* 136. *num.* 42. *part.* 19. *tom.* 1., propterea que est omnino incompatibilis cum Jurepatronatus, 106
prout quælibet alia provisio derivans ex reservatione, illud excludit, *Episcop. Imerien. de controvers. Patron. allegat.* 97. *num.* 18. *tom.* 2.

Parvi proindè refert, quod in literis dictæ provisionis mentio Juris patronatus aliquando facta legatur: cum enim idem conditionalitèr dumtaxat, & dubitativè, ac citrà approbatio- 107
nem, per verbum videlicèt *prætenditur*, enunciatum appareat, similes enunciativæ, quæ tendunt potiùs ad negandum, quàm ad firmandum Jusparonatus, nihil prorsus prodesse valent ad effectum, de quo agitur; habentur enim perindè, ac si factæ non fuissent, *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 32. *num.* 10., *&* 13., *Panimoll. decis.* 10. *annot.* 1. *num.* 52., *Rota coram Durano decis.* 71. *num.* 4., & alibi sæpe, ut per *Adden. ad Burat. decis.* 111. *num.* 16., *& decis.* 178. *sub numer.* 14., *&* 18., *& apud Episcop. Imerien. de controvers. Patron. allegat.* 197. *num.* 25., immò verò in difficiliori casu, enunciativæ nimirùm Jurispatronatus, non dubitativè, & impugnati- 108
vè, ut in casu nostro, à Papa in literis emissæ, sed positivè, & affirmativè conceptæ, per hæc verba = *quæ de Jurepatronatus laicorum nobilium &c. ex fundatione, vel dotatione juxtà Capitulationem faventinam existit* = quod nihilominùs non probet Jusparonatus, nisi sit facta motu proprio, & non ad Partis supplicationem, 109
dixit optimè *Rota decis.* 9. *num.* 7. *post Vivian. de Jurepatr.*, *& decis.* 197. *part.* 5. *rec. num.* 68., *&* 70., ibi = *nec potest juvari ex enunciativa Papæ, quia, cum non fuerit facta motu proprio, nec contineat factum proprium ipsius San. mem. Pauli V., sed sit ad supplicationem Partis, non tribuit aliquod Jus, nec probat Jusparonatus, de quo principalitèr dubitatur* = & benè etiam in proposito firmatum fuit *in decis.* 431. *num.* 4. *coram Penia*, traditque *Rota decis.* 595. *numer.* 20., *&* 21. *coram Card. Caprara*, *Panimoll. decis.* 10. *annot.* 2. *num.* 9., *&* 10.

Nil denique turbat postremus actus præsentationis factæ anno 1689. à Barone Prædecessore favore Caroli Bencivenga; Convenit enim inter Partes, quod ista præsentatio effectum non 110
habuerit; nàm collatio facta fuit Jure ordinario, tamquam de Parochiali, & prævio Concursu ad formam Concilii, cum subsecutâ Institutione Antonii Moroni, frustràque dicitur, id evenisse ob non exhibitam præsentationem intrà

legi-

legitimum tempus, cùm id non probetur, nec elici poſſit ex literis Ordinarii, quoniam in illis enunciatur quidem Juſpatronatus Baronis tam-
111 quam ab illo prætenſum; At non tamquam ab Ordinario agnitum, & approbatum; dùm verò ibidem ſubditur, lapſum fuiſſe tempus datum Patronis laicis ad præſentandum, id tamen non
112 abſolutè, & ſimplicitèr, ſed conditionalitèr enunciatur, quatenus nempè Juſpatronatus exiſteret, ex quo planè intelligitur, nullam ſuper exiſtentiâ Juriſpatronatus adhibitam fuiſſe cognitionem, quia Religioſiſſimus Præſul approbare certè noluit Juſpatronatus, prout de facto infrà claris verbis sè explicavit illud non approbare; At verò, ſi non approbavit Juſpatronatus,
113 quomodo aſſeri poteſt, ob lapſum temporis jure devoluto contuliſſe? hoc enim ſupponit omninò exiſtentiam Juriſpatronatus, de quo tamen dubitavit, nulloque pacto approbaſſe profitetur, proindèque dicendum eſt, collationem factam fuiſſe jure ordinario, principalitèr, & abſolutè
114 in literis expreſſo, non autem jure devoluto, cui locus eſt, quum Juſpatronatus in dubium non revocatur, & conſequentèr nihil indè Baroni proficuum elici poteſt, ad tradita in ſpecie per *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.3. num.12., 13., & 23., & in annotat. ad Concil. Trident. diſc.11. num. 15., Rot. deciſ. 321. num.26. part.9. rec., & in Colonien. Præpoſituræ 1. Decembris 1727. §. 22. coram Calcagnino*; Omnes igitur præſentationes, & proviſiones hactenus expenſæ, non ſolùm dubiæ, turbidæ, & inſubſiſtentes ſunt; Verùm, quod magis eſt, earum aliquæ apertè confirmant libertatem Eccleſiæ Parochialis, de qua agitur.

Quamobrem, ſi Excellentiſſimus Baro contendens, illam obnoxiam eſſe Juripatronatus, nullo pacto ſatisfecit formæ, in illius probatione, juxtà Concilii Decretum, ſervandæ: non enim docuit
115 de immemorabili, immò nec de centenariâ, juxtà recentiorem opinionem prò ſufficiente re-
116 putatâ, ut etiam non attulit præſentationes, ſpatio quinquaginta annorum effectum ſortitas, & per authenticas ſcripturas legitimè probatas; palàm eſt, Eminentiſſimum Abbatem Commendatarium cauſam habere ſuperiorem; Baro quippè gerens perſonam Actoris deficit in probatione ſuæ intentionis, petitionis nempè, & actionis ab ipſo propoſitæ, ut diſponitur in *leg. Ei incumbit. 2., leg. Ab eâ parte 5., & leg. Veniens 21. ff. de probation., leg. Si de poſſeſſione 20., & leg. Actor*
117 *23. Cod. eodem*, Adeò quidem, ut Reo, qualis in hâc Causâ eſt Eccleſia, tamquam exempto à cujuſcumque probationis onere, pro repellendo Actore ſatis ſit dubias reddidiſſe actionem, & probationes ab illo allatas, per *Text. in Cap. In præſenti 8. de probationib., & ibi Gloſſa verb. dubium, Rot coram Priol. deciſ. 273. num. 13., in rec. deciſ. 466. num. 18. part.19.*, Hoc namque
118 caſu fit locus communi Juris axiomati, quo edocemur, Reum vincere per non jus Actoris, *ut in d. leg. Actor., & leg.4. Cod. de edend.* cum concordan. *apud Thabor. axiom. Jur. lib. 1. cap. 24. axiom.8.*; Ceterùm, licèt Eccleſia prò ſuâ tuendâ libertate, alio non egeat adminiculo; nihilominùs tamen prævalidis etiam argumentis illam meo judicio confirmat.

Affertur enim Viſitatio dictæ Parochialis, anno 1640. facta à Vicario Generali, in quâ nulla 119
mentio habetur aſſerti Juriſpatronatus Baronis, id quod veriſimilitèr omiſſum non fuiſſet in hu- 120
juſmodi actu admodum proportionato; Ordinarii namque hâc occaſione ſolliciti, & diligentes eſſe ſolent in inquirendo ſtatu, & quali- 121
tate Beneficiorum; quamobrem benè indè arguitur inſubſiſtentia dicti Juriſpatronatus, ad firmata per *Rotam in Capataquen. Cappellaniæ 11. Junii 1728. §.43. coram Calcagnino*.

Certiùs verò, quia in ultimo ſtatu anni 1693. eadem Parochialis proviſa fuit ab Ordinario, 122
tamquam libera, prævio Concurſu ad formam Concilii, abſque ullà mentione aſſerti Juriſpatronatus, neglectàque prorsùs præſentatione Hieronymi Bonanni, à Barone factà; Vicarius Generalis mandavit procedi ad ulteriora in concurſu, poſt quem expletum, Parochialis uti libera collata fuit Michaeli Guicciotto, tamquam 123
in illo reperto magis idoneo, abſque eo quod idem Baro umquam reclamaverit ab hujuſmodi ſuæ præſentationis rejectione; Ex quo ſanè clariſſimè evincitur excluſio aſſerti Juriſpatronatus; Etſi enim ultimus hic ſtatus obeſſe fortè non 124
poſſet, ſi afferretur contrà probationem Juriſpatronatus jàm legitimè confectam, omnibuſque numeris abſolutam; Certè, quoties, ut in hy- 125
potheſi, deſideratur omninò ejuſmodi perfecta probatio, nemo eſt, qui non videat, quanti ad excludendum Juſpatronatus valeat ultimus ſtatus adeò qualificatus, prout in præſenti concurrit, ex benè in propoſito firmatis *per Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.5. num.15., & 16., Rota deciſ.374. num.21. part.11., in Auximana Juriſpatronatus 27. Junii 1701. §. Et ſanè coram Anſaldo, & in Pennen. Beneficii ſuper pertinentia 17. Martii 1710. §. Eòque certiùs coram Patriarcha Hieroſolymitano, & in aliis apud Epiſcop. Imerien. de contr. Patron. allegat. 97. numer.18.*

Parvi verò pendenda videtur reſponſio, quâ Eminentiſſimus Baro referre ſtudet adquieſcentiam Prædeceſſoris ad obſequium, & reverentiam erga Ordinarium tamquam Patruum ſuum; colorata namque hæc excuſatio, tamquam futilis illicò rejicitur, ſi animadvertatur, quod idem Patruus occaſione alterius vacatio- 126
nis ſecutæ anno 1689. ſolicitus fuit de præſentatione, quatenus ei locus eſſet, à Nepote facienda, illumque hâc de re monitum fecit per epiſtolam, ideòque fruſtrà ſupponitur, ipſum ægrè, & moleſtè ferre potuiſſe nepotis contradictio- 127
nem prò vindicando aſſerto Jurepatronatus, quod tamquam jus valdè conſpicuum, & honorificum optabat in ſuâ familiâ perpetuò ſtatui, & conſervari, modò eidem competiiſſet: quapropter, ſi nihilominùs Baro Jus ſuum perſequi neglexit, id utique non eſt, cur referatur ad obſequium ergà Patruum, ſed magis congruit illud referre ad obſequium veritatis, & ad agnitionem proprii

prii mali Juris, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 2. num. 44., & ſeqq., Hodiern. contr. forenſ. lib. 1. cap. 13. num. 49., & ſeqq., & ad Surd. deciſ. 5. numer. 12., Panimoll. deciſ. 159. annotat. 2. numer. 76., Rota coram Seraphin. deciſ 1027. numer. 14. in fin., coram Merlin. deciſ. 124. num. 10., & in Auximana Juriſpatronatus 12. Maii 1719. §. Abſque eo quod coram Lancetta.*

Verumtamen, quando etiam nullo numero habito, tùm dicto ultimo ſtatu anni 1693., tùm etiam viſitatione anni 1640., & neglectis demùm collationibus, tamquam de libero factis ſpatio centum annorum, probata dicenda eſſet immemorabilis, ſivè centenaria favore Baronis, eumdem nihilominùs causâ cadere oporteret; Concilium namque, ut alibi dictum eſt, requirit omninò prò formâ,
128 præter immemorabilem, aut centenariam, plures præſentationes, quinquaginta annis effectum ſortitas, & communis, atque receptiſſima eſt Doctorum, & Tribunalium omnium ſenten-
129 tia, quod duæ ſaltem præſentationes ſpatio quinquaginta annorum concurrere debeant cum ſubſecuto effectu, ita quidem, ut unam tantummodo effectum habuiſſe, minimè ſufficiat: quemadmodum docent *Barboſa ad Concil. dicta Seſſ. 25. cap. 9. numer. 60.*, ibi = *Non ſuf-*
130 *ficit unica præſentatio, licèt fuerit effectuata ſpatio quinquaginta annorum, & ultrà, quia Concilium non contentatur unicâ præſentatione, cum requirat plures, eaſque effectuatas* = *& de offic., & poteſt. Epiſcop. allegat. 72. numer. 31., & ſeqq., Campanil. diverſor. Jur. canon. rubr. 11. cap. 13. numer. 425., Cardin. de Luca de Jurepatronat. diſcurſ. 58. num. 10., & in annotat. ad Concil. Tridentin. diſcurſ. 11. numer. 19., Garz. de Benefic. part. 5. cap. 9. num. 97.*, ubi reprobat *Zerol.* tenentem primam opinionem, tamquam loquentem ſinè fundamento, *Panimolla deciſ. 10. annotat. 1. num. 29. & ſeqq., Adden. ad Burat. deciſ. 139. num. 12., Rota inter diverſ. deciſ. 557. ſub numer. 1. part. 4., & coram Coccin. deciſ. 1603. num. 4.*, ibi = *ità ut nec ſufficiat unica præſentatio effectum ſortita ſpatio quinquaginta annorum, quia Concilium requirit plures præſentationes, ut fuit reſolutum in Cauſa Brittinorien. Juriſpatronatus &c.*, & cum hac opinione pertranſiſſe videtur etiam *Rota cor. Burat. deciſ. 178. nu. 17.*

Percurrendo autem ſingulas præſentationes ab anno 1563. uſque ad annum 1693., aut nulla profectò invenitur, quæ ad formam Concilii legitimè probata, & effectuata cenſeri poſſit: aut ſi aliqua hujuſmodi eſt, ad unicam dumtaxat redigitur, quæ non eſt ſufficiens, ex ſuprà firmatis. Prima namque anni 1563. non poteſt dici legitimè probata ad
131 formam Concilii, quod præcipit, præſentationes probari per ſcripturas authenticas; de hâc enim præſentatione nullum omninò aut privatum, aut publicum documentum exhibetur, ſed, ut alibi dictum eſt, ea elicitur dumtaxat ex ſimplici enunciativâ emiſsâ à Guber- 132
natore Loci in quodam aſſerto Inſtrumento poſſeſſionis captæ de controversâ Parochiali, quæ in his terminis nihil probat, ex rationibus adductis per *Rotam deciſ. 349. numer. 7. ad fin. cor. Merlin., & in Bovinen. Archipresbyteratus 10. Martii 1710. §. Nullum, & §. Non in genere coram Patriarcha Hieroſolymitano*, & ſupra latiùs expenſis. Secunda præſentatio anni 1607. eruitur ex quadam informi notulâ cu- 133
juſdam Viſitationis, quæ pariter ad iſtum effectum nullatenus attendi meretur ob eamdem rationem mox inſinuatam, aliaque pleniùs deducta ſuperioribus locis, & apud *Epiſcopum Imerien. de controverſ. Patronor. alleg. 97. nu. 7. & duob. ſeqq. tom. 2.*

Tertia præſentatio anni 1620. caret tùm legitimâ juſtificatione, tum etiam effectuatione, quia literæ collationis, ſivè Inſtitutionis laborant vehementi ſuſpicione alterationis, ut ſupra probatum eſt, &, quatenus etiam procul abeſſet omnis ſuſpicio, adhuc nihil prodeſſet, ſivè quia 134
deducitur ſolùm ex enunciativis Epiſcopi, in collatione emiſſis, quæ in his terminis non ſufficiunt, benè *Rota deciſ. 197. num. 67. & ſeqq. part. 5. tom. 1., deciſ. 9. num. 9. poſt Vivian. de Jurepatr., & deciſ. 349. per tot. coram Merlino*; ſivè quia in omnem caſum hæc eſſet unica illa 135
præſentatio effectuata, quam ſupra diximus eſſe prorſus inſufficientem; reliquæ autem omnes, quæ poſtea ſequuntur, ad rem noſtram ineptæ ſunt, nàm de anno 1670. nulla datur præſentatio, ſed tantùm Apoſtolica proviſio, quæ non 136
ſufficit ad probandum Juſpatronatus, *Rot. d. deciſ. 9. num. 8. poſt Vivian. de Jurepatr.* Illæ demùm anni 1689., & 1693. effectu caruiſſe videntur, quia inſtituti fuerunt alii, quàm præſentati; ut enim præſentatio ad mentem Conci- 137
lii dicatur effectum habuiſſe, neceſſe eſt, præſentatum illius vigore & inſtitutionem obtinere, & poſſeſſionem adipiſci, ex regulâ tradi- 138
tâ à *Calderino conſ. 12. de Jurepatron., & Oldrado conſ. 229. num. 2.*, frequenter approbata per *Rotam*, ut ex antiquioribus deciſionibus relatis per *Gonzalez. ad regul. 8. gloſſ. 18. num. 85.*, & aliis recentioribus, quæ cumulantur *in Marſicana Abbatiæ 1. Julii 1720. §. Et ſanè coram Criſpo.*

Quæ cum ita ſint, intrepidè, ac prò veritate concludo, *non conſtare de Jurepatronatus Excellentiſſimi Domini Principis N. N.*, ſivè quia 139
non docet de immemoràbili, aut centenaria, ſivè quia duas ſaltem non affert præſentationes 140
per ſcripturas authenticas legitimè probatas, & per ſpatium quinquaginta annorum effectum ſortitas, prout Sacrum Concilium prò forma omninò efflagitat.

IN-

FACULTAD DE DERECHO * BIBLIOTECA * GRANADA

INDEX RERUM

Quæ in Votis, ad Rem Eccleſiaſticam pertinentibus, continentur.

A

ABBAS.

Bbas Caſſinenſis ampliſſimum territorium habet cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, *vot.* 16. *num.* 6.

Et cum Diœceſi ſeparata, quæ inter Epiſcopales in Libris Cancellariæ deſcribitur, *ibid. num.* 7.

ABDICATIO.

Abdicatio, & translatio penſionis adeo correſpectiva ſunt, ut, alterutrâ non valente, corruat, & altera, *vot.* 23. *num.* 4.

ABSENS.

Pro *abſente* Notarium acceptaſſe, ſatis eſt in Civitate Bononiæ, *vot.* 23. *num.* 26.

ABSTINERE.

Ab iis, quæ licent, quandoque abſtinendum eſt, *vot.* 18. *num.* 2.

ACCONCIUM.

Acconcium, ſive *Corredum* complectitur veſtes, apparatus, & munera conſueta pro ingreſſu in Monaſterium, *vot.* 25. *num.* 6.

De *Acconcio* idem judicandum eſt, ac de dote, *vot.* 25. *num.* 7.

Acconcium comprehenditur ſub dotis Legato, ſive puro, ſivè conditionali, *vot.* 25. *num.* 8.

Acconcium quod unà cum dote præbeatur, ex Italiæ conſuetudine receptum eſt, *vot.* 25. *nu.* 13.

Acconcium unàcum dote Puellæ, Monaſterium ingreſſuræ, præſtari ſolet ab Archiconfraternitate Sanctiſſimæ Annnnciationis Urbis, *vot.* 25. *num.* 14.

Acconcium unàcum Legato dotis, etiamſi nullam de eo teſtator mentionem fecerit, præſtandum eſt, *vot.* 25. *num.* 10.

Et, quod præſtandum non ſit, expreſsè cavere debet Teſtator, *ibid. num.* 11.

Acconcium unà cum Legato dotis puellæ, Monaſterio dicandæ præſtari debet, etiamſi hæc teſtatori extranea ſit, heres verò ſit teſtatoris frater, *vot.* 25. *num.* 15.

Vid. *Dos*, *Legatum*, *Monaſterium*.

ACTIO, ACTOR.

Actio, cujus extrema conſiſtunt in veritate crediti, & hypotheca Bonorum, nihil habet ſpiritualitatis, *vot.* 11. *num.* 11.

Jure *actionis* quando ad aliquid quis cogi nequit, æquitate canonicâ tenetur, *vot.* 18. *num.* 66.

Actor ſequitur forum Rei, *vot.* 11. *num.* 2.

ACTUS.

Juxta naturam *actus* quiſque agere præſumitur, *vot.* 2. *num.* 70.

Agere ſecundum Leges, ſive Quiritum, ſive municipales, quilibet voluiſſe præſumitur, *vot.* 3. *num.* 67.

In *Agentis* intentione quid primùm fuerit, ſubſecutus oſtendit effectus, *vot.* 14. *num.* 92.

In *actibus* compatibilibus incluſio unius non eſt excluſio alterius, *vot.* 2. *num.* 159.

Actus compatibilis cum jure alterius, illi non nocet, *vot.* 2. *num.* 160.

Ex *Actu* litigioſo, &, amicâ concordiâ ſopito, Commendæ ſtatus elici nequit, *vot.* 8. *num.* 36. & 55.

Actum ab initio impedire valens cauſſa, ſi ex poſt facto ſuperveniat, ejus effectum impedit, *vot.* 17. *num.* 75.

Actus recentes, & qui dederunt cauſſam liti, nullius ſunt roboris, *vot.* 14. *num.* 110.

Per unicum *actum* quaſi poſſeſſio adquiritur, *vot.* 2. *num.* 157.

Actus præſentationis, qui fieri potuit ad majorem cautelam, & removendum obſtaculum alterius, qui ſe Patronum aſſereret, non obeſt, *vot.* 26. *num.* 102.

Actus lucrativi ratihabitio inducitur ex ſola ſcientia, *vot.* 23. *num.* 28.

ADITIO.

Aditio hereditatis ex ſola præſentatione inducitur, *vot.* 22. *num.* 45.

ADDITIO.

Additionis ex intervallo factæ ſuſpicionem adauget diverſitas characteris, *vot.* 28. *num.* 89.

Additiones in Literis inſtitutionis factæ quod ea data fuerit ad præſentationem Patroni, ſuſpicione non carent, *vot.* 26. *num.* 86.

Aliquid tamen probarent, ſi in iiſdem inſtitutionis Literis facta eſſet mentio juriſpatronatus, *ibid. num.* 87.

Secus verò, ſi nulla in Literis haberetur mentio juriſpatronatus, ſed ſolius concurſus, *ibid. num.* 88.

ADMINISTRATIO.

Adminiſtratio Hoſpitalis, & alia pia Opera, Eccleſiaſtici Beneficii titulo deſtituta, non ſubjacent Apoſtolicis reſervationibus, etiam vacationis in Curia, *vot.* 7. *num.* 37.

ADMINISTRATOR.

Adminiſtratorum Montis, pro aliqua re tractanda congregatorum, ſuffragatio unico actu expleri debet, *vot.* 14. *num.* 78.

Ab *Adminiſtratoribus* Montis Pietatis habita deliberatio abſque ſedulâ negotii diſcuſſione, nullam vim habet, *vot.* 14. *num.* 72.

Præsertim, si adversetur alteri præcedenti resolutioni, legitimè, ac maturè captæ, *ibid. nu.* 73.
Administratoribus Montis Pietatis concessâ facultate ejus reditus Seminario assignandi, non ideo verificatur, assignationem ab eisdem Administratoribus factam esse, *vot.* 14. *num.* 88.

ADPROBATIO.

Adprobatio Ordinarii præpollet voluntati Fundatoris, præcedenter expressæ, *vot.* 2. *num.* 55.

ADQUIRENS, ADQUISITIO.

A primo *Adquirente* potest Jus patronatus gentilitium mutari in hereditarium, & è contra, *vot.* 2. *num.* 57.
Potest itidem in hereditarium mutari à successoribus, sed non è contra, *ibid.*
Solidali *adquisitioni* locus non est, quum unusquisque pro portione sua recipit, *vot.* 15. *num.* 13.

ÆQUITAS.

Æquitate canonicâ quispiam tenetur, quando jure actionis ad aliquid cogi nequit, *vot.* 18. *n.* 66.
Æquitate potiùs, quàm stricto juris rigore agendum est, ne Fideles à piis fundationibus avertantur, *vot.* 9. *num.* 31.

ÆSTIMATIO.

Æstimatio annui reditus, quoties ex facultate per transactionem data, Debitor ab eo liberare se velit solutione summæ capitalis, facienda est, inspecto solutionis tempore, *vot.* 9. *num.* 30.
Vid. *annuus reditus*, *Opus pium*.

AFFECTIO.

Affectio Testatoris quoad plura pia Opera non eadem est, *vot.* 21. *num.* 35.
Major *affectio* Legantis colligitur ex majori pietate Operis, devotione Legantis, & favore animæ ipsius, *vot.* 21. *num.* 36.

AGNATIO.

Agnationis votum in fideicommissis numquam præsumitur, sed in dubio potiùs contra eam respondendum est, *vot.* 2. *num.* 129.
Agnationis rationem admixtam habet majoratus, aut primogenitura, ad quam semper Masculi sint vocati, *vot.* 4. *num.* 47.
Excipe, nisi vocentur Masculi descendentes ex femina, nullaque concurrat agnationis conjectura, *ibid. num.* 48.
Agnationis contemplatio desumitur ex multiplici serie vocationis Masculorum suæ familiæ, *vot.* 4. *num.* 45.
Agnationis contemplatio ex Masculorum prælatione colligitur, etiam in Jurepatronatus, *vot.* 2. *num.* 36.
Tametsi post Masculos vocentur feminæ, *ibid. num.* 37.
Agnationis votum ex sola Masculorum prælatione non colligitur, *vot.* 3. *num.* 24.
Agnationis prædilectionem non indicat Masculorum prælatio, nisi alia concurrant, *vot.* 2. *n.* 94.
Agnationis votum colligitur ex perpetua feminarum exclusione, *vot.* 3. *num.* 58.
Agnationis votum in substitutione reciproca lineari totum operatur, *vot.* 2. *num.* 143.
Agnationis ratio Masculum ex fœmina excludit, *vot.* 2. *num.* 38.
Agnationis conservandæ voto existente, fœmina non admittitur, donec adest Masculus etiam remotior, & alterius lineæ, *vot.* 2. *num.* 124.
Agnationis ratione deficiente, Masculus ex fœmina sub appellatione Masculorum comprehenditur, *vot.* 2. *num.* 39., & *num.* 145.
Non tamen admittitur, concurrente Masculo agnato, *ibid. num.* 40.
Agnationis voto deficiente, Masculorum prælatio tunc solùm excludit fœminas, quando adest Masculus in eodem gradu, *vot.* 2. *num.* 127.
Vel saltem in eadem linea, *ibid. num.* 128., & *num.* 130.
Agnationis contemplatio sola quandoque sufficit ad inducendam substitutionem reciprocam de linea ad lineam, exclusis fœminis, *vot.* 3. *nu.* 23.
Agnationis voto existente, inter Masculos omnes agnatos inducta censetur linearis reciproca substitutio, *vot.* 2. *num.* 125.
Sola *agnationis* contemplatio substitutionem reciprocam linearem non inducit, *vot.* 3. *num.* 26.
Agnationis votum efficit unitatem lineæ, *vot.* 3. *num.* 50.
Vid. *Linea*, *Masculus*, *primogenitura*.

AGNATITIA QUALITAS.

Agnatitia primogenituræ *qualitas* non præsumitur, sed vehementibus conjecturis probanda est, *vot.* 3. *num.* 36.

AGNATUS.

Agnatus remotior ne fœminam à Jurepatronatus excludat, in dubio judicandum est, *vot.* 2. *num.* 142.

ALIENARE, ALIENATIO.

Alienare in Consortes non prohibemur, *vot.* 15. *num.* 70.
Alienare inter se non prohibentur, qui prohibiti non fuerunt dividere, *vot.* 15. *num.* 27.
Alienatio rei emphyteuticæ permissa est inter Cives, qui cum universi, tum singuli in emphyteusi comprehensi fuerunt, *vot.* 15. *num.* 3., & *num.* 71.
Alienatio inter Emphyteutas permissa est, etiamsi promiserint non alienare, irrequisito Domino, sub pœnâ caducitatis, aut aliâ, *vot.* 15. *num.* 4.
Alienatio inter personas, in emphyteusi comprehensas, & re ac verbis conjunctas est potiùs mutatio quædam, aut præventiva restitutio, *vot.* 15. *num.* 49.
Alienationis prohibitioni, in emphyteusi, naturâ suâ inest clausula =*prout de jure*=, *vot.* 15. *num.* 69.
Alienationes rei emphyteuticæ inter aliquos factæ, irrequisito Domino, & ab ipso postea adprobatæ, illorum in emphyteusi comprehensionem probant, *vot.* 15. *num.* 10.
Alienationem inter omnes, in emphyteusi comprehensos, Dominus directus haud prohibuisse præsumitur, *vot.* 15. *num.* 6., & *num.* 26., & 29.
Alienatio Emphyteutæ prohibita illa est, per quam Bona ad Extraneos deferuntur, *vot.* 15. *num.* 68.
Pro *alienatione* rei emphyteuticæ inter Emphyteutas ipsos, re simul, & verbis conjunctos, Lau-

Laudemium non debetur, *vot.* 15. *nu.* 30., & 67.

ALIMENTA.

Alimenta naturali quodam jure debentur, *vot.* 18. *num.* 37.

Alimentorum Causa pia est, *vot.* 18. *num.* 33.

In *alimentorum* Causa sequenda potiùs est Canonica æquitas, quàm rigor Juris Civilis, *vot.* 18. *num.* 38.

Alimenta, quæ ex industria quæruntur, propter humanarum virium fragilitatem, vel alium casum, variari, & minui possunt, *vot.* 18. *n.* 73.

In *alimentorum* præstatione decernenda non futurum contingens, sed præsens rerum status est inspiciendus, *vot.* 18. *num.* 74.

Alimenta qui præstare tenetur, juxta conditionem ejus, qui alitur, præbere debet, *vot.* 18. *num.* 15.

Alimenta juxta qualitatem, & dignitatem personæ, cui præbentur, semper decernenda sunt, *ibid. num.* 16.

Alimenta, quoties petuntur ex dispositione hominis, vel loco Legitimæ, jure actionis debentur, *vot.* 18. *num.* 58.

Aliis in casibus debentur nobili judicis officio, *vot.* 18. *num.* 59.

Et hæc non debentur, nisi aliundè non suppetant, quæ ad victum necessaria sunt, *ibid. num.* 60., & *num.* 72.

Alimenta ex mero judicis officio debita, præstanda sunt secundùm solam naturalem indigentiam, non verò secundùm status dignitatem, *vot.* 18. *num.* 82.

Secus verò, si agatur de alimentis, quæ jure actionis debentur, *vot.* 18. *num.* 83.

Legalis alendi obligatio cessat, quoties ex industria suâ quis *alimenta* sibi comparare potest, *vot.* 18. *num.* 71.

Alimenta ex propria industria quærere valens, id tantùm consequi potest, quod, propriâ collatâ industriâ, illi deest, *vot.* 18. *num.* 75.

Alimenta, quæ jure actionis debentur, peti possunt ab eo, qui ex propria industria vivere potest, *vot.* 18. *num.* 76.

Ad *alendam* filiam pauperem, jam nuptam, Patris heredes in subsidium cogi possunt, *vot.* 18. *num.* 1.

Alimenta sorori, & aliis sanguine conjunctis tribui, naturalis æquitas suggerit, *vot.* 18. *num.* 7.

Alendi fratris, vel sororis pauperis obligationem jura imponunt, *vot.* 18. *num.* 8., & *num.* 67.

Et hæc obligatio quoad sororem benignius est interpretanda, *vot.* 18. *num.* 9.

Alimenta sorori etiam, vel fratri naturali pauperi præstanda sunt, *vot.* 18. *num.* 21.

Pro *alimentis* consequendis, Judicis officium opitulatur sorori pauperi, actione destitutæ, *vot.* 18. *num.* 65., & 73.

Ad *alimenta*, sibi à fratre Clerico præstanda, soror inops implorare potest officium Judicis, *vot.* 18. *num.* 26.

Alimenta fratri, vel sorori pauperi præstanda sunt, etiamsi ex propria industria victum sibi parare queat, *vot.* 18. *num.* 39.

Dummodo tot careat fortunæ Bonis, ex quibus vivere possit, *ibid. num.* 40.

Ab *alendæ* sororis pauperis obligatione Clericatus non eximit, *vot.* 18. *num.* 22.

Alimenta ut soror, vel frater inops congrua habeat, frater propriis ex Bonis supplere debet, *vot.* 18. *num.* 14.

Alendi fratris, vel sororis pauperis obligationem non adimit justa eorum exheredatio, *vot.* 18. *num.* 11.

Immo nec etiam præceptum Patris, alimentorum præstationem prohibens, *ibid. num.* 12.

Alendi filii prohibitio à Patre facta, naturali æquitati repugnat, *vot.* 18. *num.* 13.

Alimenta sorori pauperi Clericus ex Bonis patrimonialibus præstare tenetur, *vot.* 18. *num.* 24.

Et, si illis careat, ex reditibus ecclesiasticis eam alere debet, *ibid. num.* 25. *Intellige ut infra.*

Obligatio *alendi* fratrem, vel sororem pauperem solâ æquitate nititur, *vot.* 18. *num.* 63.

Nec vera, & propria obligatio est, quæ pariat, actionem, *ibid. num.* 64.

Alimentorum præstatio sorori pauperi decerni debet ex fructibus Beneficii, postquam ii fuerint à fratre Clerico percepti, *vot.* 18. *num.* 44.

Alimenta sorori pauperi parciùs ex Ecclesiæ reditibus, quàm ex Bonis patrimonialibus præstanda sunt, *vot.* 18. *num.* 84.

Alimentorum caussam ex Ecclesiæ reditibus non natura præstat, sed gratia, *vot.* 18. *num.* 85.

Alimenta ex Beneficii fructibus soror pauper petere nequit, nisi, deficientibus omnibus Bonis patrimonialibus, &, nullis aliis extantibus, quibus validior inhæreat alendi obligatio, *vot.* 18. *num.* 55., & 93.

Alimentorum subsidium soror, congruam dotem habens, frustra petit à fratre, *vot.* 18. *num.* 89.

Alimentorum subsidium soror, nonnisi deficientibus aliis personis, quæ eam alere teneantur, à fratre petere potest, *vot.* 18. *num.* 92.

Alimenta petens soror, probare debet, illa aliunde habere non posse, *vot.* 18. *num.* 69.

Alimenta à fratre petere non potest soror, quæ Regali inserviens Aulæ, honestam, & decoram sustentationem consequitur, *vot.* 18. *n.* 70.

Alimenta ut soror à fratre consequatur, probare debet, dotem suam absque ullâ ipsius culpâ periisse, *vot.* 18. *num.* 90., & *num.* 97.

Alimenta, nonnisi ad meram vitæ indigentiam petere potest soror, quæ ex levissima etiam culpa dotem suam perdidit, *vot.* 18. *num.* 91.

Alimenta ut soror à fratre consequatur, probare debet, virum suum ipsi alendæ imparem esse, *vot.* 18. *num.* 98.

Alimenta quotiens uxor à viro consequi potest, uxoris frater præstare non tenetur, *vot.* 18. *num.* 94.

Alendæ uxoris, etiam indotatæ, obligatio viro incumbit, *vot.* 18. *num.* 95.

Etiamsi uxor adhuc Patrem, vel Matrem habeat, *ibid. num.* 96.

Alimentorum præstatio pro Matrona septuagenaria, ab alienæ munificentiæ, atque voluntatis arbi-

arbitrio pendere non debet, *vot.* 18. *num.* 41.
Alimenta præſtari in Monaſterio prædilecto à Teſtatore, eaque in alio Monaſterio ſubminiſtrari, diverſum eſt, *vot.* 24. *num.* 70.
Argumentum ab *alimentis* ad dotem & è contrà familiare eſt, *vot.* 18. *num.* 19.

ALUMNUS.

Alumnos ad Eccleſiæ inſerviendum admittens obſervantia, plurimùm attendenda eſt, *vot.* 12. *num.* 24.
Vid. Seminarium.

ANNUUS REDITUS, QUANTITAS.

Annuo reditui à Teſtatore relicto æquivalere debent Bona, pro eo adſignata, *vot.* 9. *num.* 22.
Annui reditus, ex tota hereditate præſtandi, interitus, vel diminutio heredis damno cedit, *vot.* 9. *num.* 24.
Annuo reditu legato ex certo fundo, heres præſtatione fundi liberatur, *vot.* 9. *num.* 23.
Annui reditus æſtimatio facienda eſt eo tempore quo ceſſit, & venit dies Legati, *vot.* 9. *num.* 25. *&* *num.* 29.
Annui reditus æſtimatio, quoties ex facultate per tranſactionem data, debitor ab eo liberare ſe velit ſolutione ſummæ capitalis, facienda eſt, inſpecto ſolutionis tempore, *vot.* 9. *num.* 30.
Annua quantitas ſcutorum 120. ſufficit pro eleemosyna duplicis Miſſæ quotidianæ diebus Dominicis, *vot.* 9. *num.* 32.
Vid. *Legatum*.

ANTECESSOR.

Anteceſſorum factum Primogenitis Succeſſoribus obeſſe nequit, *vot.* 6. *num.* 52.

IN ANTIQUIS.

In *antiquis* enunciativa probat præcipuè inter eaſdem partes, *vot.* 2. *num.* 106.

APOSTILLA.

Apoſtillæ in Literis inſtitutionis factæ, quod ea data fuerit ad præſentationem Patroni, ſuſpicione non carent, *vot.* 26. *num.* 86.
Aliquid tamen probarent, ſi in iiſdem inſtitutionis Literis facta eſſet mentio Juriſpatronatus, *ibid.* *num.* 87.
Secùs verò, ſi nulla in Literis haberetur mentio Juriſpatronatus, ſed ſolius Concurſus, *ibid.* *num.* 88.
Apoſtillæ, ex intervallo factæ, ſuſpicionem adauget diverſitas characteris, *vot.* 26. *num.* 89.

APPELLATIO.

Per *appellationem* ſuſpenditur vis ſententiæ inſtitutionis Beneficii, *vot.* 7. *num.* 99.
Appellatio, non obſtante quocumque temporis lapſu, præſervat Patronorum jura, *vot.* 7. *n.* 97.
Apellatio ab executione gratiæ in *forma Commiſſaria*, vel cum clauſula = *veris exiſtentibus narratis* = denegari non poteſt, *vot.* 18. *n.* 104.

APPLICATIO.

Applicationi redituum Montis pietatis pro Seminario, omnes ejus Montis Curatores conſentire debent, nec ſufficit major pars, *vot.* 14. *num.* 82.

ARCHICONFRATERNITAS.

Ab *Archiconfraternitate* Sanctiſſimæ Annunciationis Urbis acconcium unà cum dote puellæ, Monaſterium ingreſſuræ, præſtari ſolet, *vot.* 25. *num.* 14.

ARCHIDUCATUS.

Archiducatus Auſtriæ Cataſtra nuncupata = *Cinlag* = in quibus deſcripta ſunt Bona illius Regionis Ordinum, pleniſſimè probant, *vot.* 8. *n.* 5.

ARCHIVISTA.

Archiviſtæ ſubſcriptio, & teſtimonium ad legalem ſcripturæ ex archivio publico extractionem ſufficit, *vot.* 16. *num.* 34.
Tametſi extractio facta eſſet ſinè compulſoriâ, & citatione Partis, *ibid.* *num.* 35.
Secus dicendum de extractione ſcripturæ ab Archivio privato, *ibid.* *num.* 37.

ARCHIVIUM.

Archivii authoritas nunquam efficit, ut ſcripturæ, non authenticæ, pro authenticis habeantur, *vot.* 16. *num.* 31.
Maximè in damnum tertii, & non ſubditi, *ibid.* *num.* 32.
Vel in judicio criminali, aut alio expoſcente rigidas probationes, *ibid.* *num.* 33.
Scriptura in *archivio* reperta ſi aliæ ibidem adſint authenticæ, & non authenticæ, non habetur pro authentica, *vot.* 16. *num.* 12. *&* 26.
Archivii cuſtos, ut ſcripturæ, ex eo extractæ, probent, ſuſpectus eſſe non debet, *vot.* 16. *n.* 22.
Reperto, in *archivio*, teſtamenti exemplo fides non adhibetur, niſi exhibeatur originale, *vot.* 16. *num.* 11.
Ex *archivio* Monaſterii extractæ ſcripturæ, in favorem ejuſdem Monaſterii non probant, *vot.* 16. *num.* 24. *&* 39.
Ab *archivio* Baſilicæ Vaticanæ extractæ ſcripturæ, pro ea non probant, *vot.* 16. *num.* 25.
Ex *Archivio* Monaſterii deſumptæ ſcripturæ, eam inter Religioſos auctoritatem habent, quam Archivium tribuere ſolet, *vot.* 16. *n.* 30.
Archivium Monaſterii, ut probet, requiritur, aliquem deputatum eſſe pro ſervandis archivii clavibus, & ita ab antiquo tempore obſervari conſueviſſe, *vot.* 16. *num.* 20.
Et quod Cuſtos deputatus non ſit ſubditus ſuperiori ejus Loci, *ibid.* *num.* 21.
Archivia, tametſi publica, minimè probant contra non Subditos, *vot.* 16. *num.* 15.
Niſi ea ſint celeberrima, *ibid.* *num.* 16.
Ut eſt Caſſinenſe, *ibid.* *num.* 17.
Archivium publicum non ad privatam, ſed publicam Monaſterii utilitatem inſtitutum eſſe debet, *vot.* 16. *num.* 2. *&* 19.
Et juriſdictionem requirit, *ibid.* *num.* 3. *&* 18.
Archivii publici enunciatio, ab ejus Cuſtode facta, non ſufficit, ſed aliunde id probandum eſt, *vot.* 16. *num.* 27.
Et quidem ex aliis, quàm ex teſtibus intereſſe habentibus, *ibid.* *num.* 28.
Archivio publico officialis publicus præeſt, *vot.* 16. *num.* 8.
Archivium publicum ſcripturæ informi vim nullam tribuit, *vot.* 16. *num.* 10. *&* *num.* 38.
Ex publicis *Archiviis* depromptæ ſcripturæ, ut pro-

probant, requiritur, ut inter authenticas ibidem repoſitæ fuerint, *vot.* 16. *num.* 9.
Scripturis in *archivio* privato repertis fides non adhibetur, *vot.* 16. *num.* 1.
Publica ſunt *archivia* Principum, Magiſtratuum, Epiſcoporum, & Civitatum, *vot.* 16. *num.* 4. & 36.
Archivium Caſſinenſe publicum eſt, *vot.* 16. *n.* 5.

ARGUMENTUM.

Argumentum à ſimili procedit in his, in quibus res æquiparantur, *vot.* 2. *num.* 62.
Argumentum à ſimili eſt quædam inductio ab expreſſo ad tacitum, *vot.* 2. *num.* 63.
Et ceſſat, quando uterque caſus habet expreſſam juris diſpoſitionem, *ibid. num.* 64.
Argumentum à tacito, & præſumpto numquam ſumitur contra id, quod expreſſum eſt, *vot.* 21. *num.* 48.
Argumentum à ſuperfluitate leve eſt, *vot.* 3. *n.* 69.
Argumentum ab alimentis ad dotem, & è contra familiare eſt, *vot.* 18. *num.* 19.
Argumentum ex diſpoſitionis ordine deſumptum, parùm valet pro Legati demonſtrativi natura conſtituenda, *vot.* 21. *num.* 99.

ARTICULUS.

Articuli non continent abſolutam confeſſionem, *vot.* 2. *num.* 104.
Validum tamen præbent adminiculum, *ibid. num.* 105.

ASSIGNARE, ASSIGNATIO.

Aſſignare ſuâpte naturâ ſignificat rem in alterius dominium transferre, *vot.* 14. *num.* 87.
Aſſignationem redituum Seminario factam eſſe, verum non eſt, ſi Adminiſtratoribus Montis Pietatis aſſignandi facultas data fuit, *vot.* 14. *n.* 88.
Aſſignationem redituum ab alterius facultate non pendere, ſupponit Pontifex, ſi gratiam aſſignationis executioni demandari jubeat, *vot.* 14. *num.* 95.

ATTESTATIO.

Atteſtatio Cancellarii de patrimonii ſacri ſubrogatione referens ſe ad inſtrumenta, ſatis probat, *vot.* 10. *num.* 33.
Atteſtatio Cancellarii loco publici præſentationis documenti haberi nequit, *vot.* 26. *num.* 82.
Atteſtatio Notarii ſuſpecta, prorſus eſt rejicienda, *vot.* 10. *num.* 31.
Vid *Cancellarius*, *Notarius*, *Teſtis*.

AUDITOR GENERALIS AVENIONENSIS.

Auditoris generalis Avenionenſis favore admittitur obſervantia, illi tribuens juriſdictionem cognoſcendi Cauſas eccleſiaſticas, *vot.* 11. *n.* 12.

B

BAGNARIÆ CASTRUM.

Bagnariæ Caſtrum ab Othone IV. Imperatore Epiſcopis Imolenſibus donatum fuit, *vot.* 15. *num.* 1.

BARO.

Baronum, & Feudatariorum juriſdictio abſoluta non eſt, ſed ſubordinata, *vot.* 26. *num.* 21.
A *Barone*, tamquam Patrono, præſtitus conſenſus reſervationi penſionis, & minimè in Literis Apoſtolicis requiſitus, Juſpatronatus non probat, *vot.* 26. *num.* 99.
A *Barone*, tamquam Patrono, reſervationi penſionis præſtitus conſenſus, ſed in Literis Apoſtolicis non requiſitus, veriſimiliter à reſervatario procuratus fuit pro evitandis moleſtiis, quas ex potentia Baronis timere poterat, *vot.* 26. *num.* 101.
A *Barone* Loci fruſtra Juſpatronatus aſſeritur, ſi non doceat de immemorabili, aut centenaria, *vot.* 26. *num.* 139.
Vel non afferat authenticas ſcripturas duarum ſaltem præſentationum, quæ per ſpatium 50. annorum effectum ſortitæ fuerint, *vot.* 26. *n.* 140.
Vid. *Juſpatronatus*, *Potens*, *Potentia*.

IN BENEFICIALIBUS.

In *Beneficialibus* poteſtas Summi Pontificis ampliſſima eſt, *vot.* 7. *num.* 53.

BENEFICIARIUS.

Ad *Beneficiarium* pleno jure ſpectant Beneficii fructus, *vot.* 18. *num.* 54.
Beneficiariis res Eccleſiæ concreditæ ſunt, ut & ipſi proviſores ſint pauperum, *vot.* 18. *n.* 28.
Beneficiario conceditur, ut de Altario vivat, non luxurietur, *vot.* 18. *num.* 87.
Beneficiarius conſanguineo inopi tantum conferre poteſt, quantum ille, adhibens ſimul induſtriam & laborem, indiguerit, *vot.* 18. *n.* 72.

BENEFICIUM.

Beneficiorum nomine veniunt etiam Cappellaniæ manuales, *vot.* 7. *num.* 84.
Sed an propriè Beneficia ſint, diſputant Doctores, *ibid. num.* 85.
Beneficium manuale eſſe, & conferri debere Clericis, non repugnat, *vot.* 7. *nu.* 111.
Beneficii Eccleſiaſtici naturam excludit facultas nominandi perſonas laicas, atque etiam fœminas, *vot.* 7. *num.* 2.
Beneficio dumtaxat eccleſiaſtico convenit modus providendi per renunciationem, & collationem Eccleſiæ ſinè Curâ, & Hoſpitalis, *vot.* 7. *num.* 14.
Beneficiis adnumerantur Commendæ militarium Ordinum, *vot.* 8. *num.* 1.
Etiamſi Ordines militares illi ſint, quorum Equites uxorem ducere non prohibentur, *ibid. num.* 2.
Beneficiorum regulæ in Ordinum militarium Commendis locum habent, *vot.* 8. *num.* 3.
Beneficia ſecularia, & regularia, aliaque diverſæ naturæ in unâ, eademque Eccleſia reperiri, frequens eſt, *vot.* 8. *nu.* 53.
Beneficii nomen, & titulus omniaque jura perſonalia per unionem ſubjectivam amittuntur, *vot.* 12. *nu.* 1., & 24.
Beneficii ſubjectivè uniti, jura non pereunt quoad eum, cui unio facta eſt, *vot.* 12. *num.* 23.
Et in eum, cui unio facta eſt, jura omnia, & emolumenta ipſius Beneficii transferuntur, *d. vot.* 7. *num.* 11.

Beneficii, aut Eccleſiæ onus tranſit in Seminarium, cui unio facta eſt, *vot.*12. *num.* 3.
Beneficii Monaſterio uniti, onera expleri debent per Monachos, *vot.*12. *num.*6.
Beneficii unio Seminario facta cultum Divinum minuere non debet, *vot.*12. *num.*9.
Beneficii fundatio, nondum interpoſitâ Ordinarii authoritate, perfecta non eſt, *vot.* 2. *num.* 47.
Sed accedente Ordinarii conſenſu, fit irrevocabilis, *ibid. num.*48.
Beneficii fundatio illa ſola agnoſcitur, cui authoritas Ordinarii acceſſerit, *vot* 2. *num.* 51.
Etiamſi adverſetur priori, *ibid.*, & *nu.*58.
Beneficii fundationi adijci poſſunt conditiones, etiam contrariæ diſpoſitioni Juris communis, *vot.*7. *num.*29. & 40.
Dummodo turpes non ſint, aut impoſſibiles, aut contra ſubſtantiam Beneficii, & Juriſpatronatus, *ibid. nu.* 30.
Beneficii fundationi adjectæ conditiones, alterari deinceps non poſſunt, ſed religiosè ſervandæ ſunt, *vot.*7. *nu.*31. & 39.
Beneficium adjudicandum eſt præſentato ab iis, penes quos reſidet Juſpatronatus, ſive exercitium juris nominandi, *vot.* 7. *nu.*22.
Beneficia Juriſpatronatus Laicorum concurſum non exigunt, ſed ſolam Ordinarii adprobationem, *vot.*26. *num.*85.
Beneficium Juriſpatronatus laicalis exemptum eſt à generalibus reſervationibus menſium, & ſimilibus, *vot.*7. *nu.*3.
Beneficium Juriſpatronatus laicalis ſubjacet conſuetudini derogandi juribus Patronorum ob vacationem in Curia, *vot.* 7. *num.* 4., & *num.* 27.
Beneficium Juriſpatronatus laicalis non ſubjacet Apoſtolicæ *reſervationi* ob vacationem in Curia, *vot.*7. *num.*26.
Beneficia omnium Curialium, aliorumque, qui ſequuntur Curiam, & apud S. Sedem decedunt, *reſervavit* Clemens III., ſeù, ut alii vocant, IV. *vot.*20. *nu.*3.
Reſervatio hujuſmodi eſt localis; eſtque ſola, & unica reſervatio, quæ ſit clauſa in corpore juris, *ibid. num.*4.
Aliæ, quæ poſt eamdem reſervationem prodierunt, Apoſtolicæ Conſtitutiones, clauſæ in corpore juris, novas reſervationes non induxere, ſed ſolùm explicarunt mentem Summi Pontificis, *ibid. num.*5.
Antiquam conſuetudinem reſervantem *Beneficia* vacantia in Curia, Clemens IV. in Legem ſcriptam redigere profitetur, *vot.* 7. *num.* 49.
Beneficia Officialium Papæ, & Romanæ Curiæ, ubicumque etiam ultra duas dietas hi decedant, ſemper in Curia vacare dicuntur, *vot.* 20. *num.*10.
Impetrans *Beneficium*, tamquam vacans in Curia, exprimere tenetur Legem fundationis excludentis quaſcumque *reſervationes*, *vot.* 7. *num.*58.
Beneficium ab Apoſtolica *reſervatione* ob vacationem in Curia eximere Fundator poteſt, *vot.* 7. *num.*28. & 34.
Beneficium ne ſubjaceat *reſervationi* ob vacationem in Curia, ſufficit, id aut expreſsè, aut tacitè ex verbis fundationis deduci, *vot.*7. *nu.* 36. & *num.*42.
Pro eximendo *Beneficio* à quacumque Apoſtolica *reſervatione* ſufficit, ut ita Fundatorem voluiſſe, conſtet, *vot.*7. *num.*42.
Etiamſi agatur de reſervatione clauſa in corpore juris, *vot.*7. *num.*43.
Beneficia contra expreſſam Fundatorum voluntatem ſub Apoſtolicis *reſervationibus* comprehendere voluiſſe Papa non præſumitur, *vot.* 7. *num.* 52.
Beneficio ab Apoſtolicis *reſervationibus* ex Lege fundationis exempto, contraria obſervantia non juvat, niſi probetur, à Papa illud uti reſervatum conferri conſueviſſe, *vot.*7. *nu.*68.
Beneficium, qui fundavit ante inductas Apoſtolicas *reſervationes*, cogitare non potuit de illis excludendis, *vot.*7. *nu.*47.
Beneficii fundationem præceſſiſſe, vel ſubſecutam fuiſſe uſum Apoſtolicarum *reſervationum*, nil refert, quoties perſpicua eſt voluntas eaſdem reſervationes excludendi, *vot.*7. *num.*51.
Reſervationem Beneficii ob vacationem in Curia excludunt plures ampliſſimæ clauſulæ, quibus Fundator expreſſit, plenum, & liberum exercitium juris nominandi ſemper ad heredes, & Succeſſores ſuos ſpectare, & aliter factam ordinationem irritam eſſe, *vot.*7. *num.*38.
Beneficii comprehenſio ſub prætenſâ *reſervatione*, ſufficit, ut à Patronis dubia reddatur, *vot.*7. *num.*23.
Singulares *Beneficiorum reſervationes* exprimere non eſt neceſſe, *vot.*20. *num.*26.
Ab impetrante *Beneficium* tamquam *vacans in Curia*, Juriſpatronatus Laicalis mentio facienda eſt, *vot.*7. *num.*55.
In impetratione *Beneficii* tamquam *vacantis in Curia*, Juriſpatronatus Laicalis derogatio neceſſaria eſt, *vot.*7. *num.*56.
Aliter gratia ob ſubreptionis vitium irrita redditur, etiam conceſſa motu proprio, *ibid. num.* 57.
Beneficium, ſi, nondum latâ ſententiâ contraventionis, ejus poſſeſſor decedat, non per privationem, ſed per obitum *vacare* dicitur, *vot.* 20. *num.*36.
Limita, ubi privatio non ſit ab homine, ſed à Lege, *ibid. num.*37., & *ratio ibid.*
Beneficia medio illo tempore inter contraventionem, ejuſque declaratoriam non poſſunt *vacare*, & *non vacare*, *vot.*20. *nu.*38.
Tempus enim, quo Beneficium vacat, momentaneum, atque individuum eſt, *ibid.*
Beneficii vacatio ipſo jure, verificatur, quando contraventio committitur, non quando ſequitur amotio, *vot.*20. *num.*39.
Prima *Beneficii vacatio* per contraventionem ſequen-

quentem aliam per obitum impedit, *vot.* 20. *num.* 40.
Beneficii vacatio priùs ex uno capite, & postea ex alio dari non potest, *vot.* 20. *numer.* 41.
Beneficium post contractum etiam Matrimonium à Beneficiato retentum; eo decedente, non per obitum, sed antea per Matrimonium *vacasse* dicitur, *vot.*20. *num.*42.
Beneficii privatione ipso jure inductâ, possessor nequit, etiam ante declaratoriam, validè illud resignare, aut permutare, *vot.*20. *nu.* 43.
Nec amplius suos facit fructus, & quos percepit, restituere tenetur, *ibid.num.*44.
Beneficium obtinens ex reservatione contenta in Decreto Eminentissimi Urbis Vicarii, quænam pro ea verificanda justificare debeat? *vot.* 20. *num.* 45.
Beneficia omnia antea obtenta, per promotionem ad Episcopatum vacant, *vot.*7. *nu.*5.
Nec solùm in Curia, sed etiam in Consistorio Papæ *vacare* dicuntur, *ibid. num.*6.
Vid. *Curialis*, *reservatio*, *sententia*, *vacantia*.
Beneficiorum retentionis gratia promotis ad Episcopatum concedi solet, sub titulo Commendæ, eâque lege, ut, illo defuncto, nullus alius, præter Romanum Pontificem de iisdem Beneficiis disponere possit, *vot.*7. *nu.*7.
Beneficiorum pluralitas à Sacris Canonibus improbatur, *vot.*13. *num.*1.
Beneficiorum pluralitatis deformitas variis ex circumstantiis tolli potest, *vot.*13. *num.*4.
Incompatibilium Beneficiorum retentio vetita est eam præcipuè ob causam, quod una eademque persona pluribus in Ecclesiis sedem habere nequeat, *vot.*13. *nu.*17.
Beneficia incompatibilia sunt Episcopatus, & Canonicatus; *vot.*13. *num.*3.
Plurium *incompatibilium*, & residentialium *Beneficiorum* retentio pluries à S. Sede permissa est, *vot.*13. *num.*5.
Obtinens plura *incompatibilia Beneficia* ex Apostolica dispensatione, canonicè obtinere dicitur, *vot.*13. *num.*7.
Dummodo justa ratio dispensationi causam dederit, *ibid. nu.*8.
Retinendi plura *Beneficia incompatibilia* dispensationem S. Sedes, nonnisi Causâ cognitâ, elargiri consuevit, *vot.*13. *num.*9.
Et quænam concedendæ hujus dispensationis causæ? *ibid. nu* 10.
Incompatibilia Beneficia retinendi justam semper causam præbuit redituum tenuitas, *vot.* 13. *num.* 12.
Plura *Beneficia incompatibilia* retinendi dispensatio non aliter concedi intelligitur, nisi cum clausula = *dummodo Beneficia ipsa debitis non fraudentur obsequiis* = *vot.*13. *num.* 35.
Ejusmodi dispensatio elusoria dicenda non est, *ibid. nu.*36.
Et clausula prædicta dispensationi adjecta, intelligi debet de obsequiis, quæ invicem sint compatibilia, *ibid. nu.*37.
Nimirum quoties Ecclesiæ vicinæ sint, vel servitium diversis temporibus sit exhibendum, *ibid. num.*38.
Vel intelligenda est de iis oneribus, quæ per Substitutum expleri possunt, *ibid.num.*39.
Incompatibilia Beneficia retinendi dispensationis utilitas præcipua est, quod quis in altero Beneficio residere non teneatur, *vot.*13. *nu.*19.
Incompatibilia Beneficia obtinens in digniori residere tenetur, *vot.* 13. *num.*21.
Aut si ambo æqualia sint, potest alterutri deservire, *ibid. num.*22.
Utrique verò deservire debet, si Ecclesiarum vicinitas, & servitii ratio id patiatur, *ibid. nu.*23.
Beneficia incompatibilia obtinens residere debet in ea Ecclesia, cui imminet Cura animarum, *vot.*13. *num.*24.
Et ei deserviens, alterius Beneficii fructus lucratur, *ibid.num.*25., & *nu.*40.
Beneficium residentiam non requirere dicitur, quoties ea est causativa, *vot.*12. *nu.*15.
Beneficia servitoria *residentiam* causativam exigunt, *vot.*12. *nu.*20.
Et illis per Substitutum deserviri potest, *ibid. num.* 21.
Beneficium, ut congruum dicatur, computandi sunt *fructus* certi, & ii, qui ex proprio labore percipiuntur, *vot.*10. *num.*13.
Uti sunt distributiones quotidianæ, *ibid. nu.* 14.
Procedit, etiamsi Beneficiarius ex aliquo accidenti onera adimplere non valens, fructuum diminutionem pateretur, *ibid. num.* 15.
Beneficii fructus dicuntur detractis oneribus, *vot.* 10. *num.* 10.
Intellige de oneribus realibus, *ibid. nu.*11.
Ex *Beneficii fructibus* non detrahuntur onera celebrationis Missarum, & alia venientia ex natura ejusdem Beneficii, *vot.*10. *num.*12.
Beneficium, sive Bona, ab Ordinato adquisita, an ad congruam vitæ *substentationem* sufficiant, inquirere ad Episcopum spectat, *vot.*10. *nu.*21.
Ex *Beneficii* fructibus *alimenta* sorori pauperi decerni debent, *vot.*18. *num.*44.
Intellige postquam à fratre percepti fuerint, *ibid.*
Ex *Beneficii* fructibus soror pauper *alimenta* petere nequit, nisi deficientibus omnibus Bonis patrimonialibus, & nullis aliis extantibus, quibus validior inhæreat alendi obligatio, *vot.* 18. *num.*55., & *num.*93.
Per assecutionem *Beneficii* non fit ipso jure locus pacto resolutivo *patrimonii sacri*, *vot.* 10. *num.*19.
Sed requiritur authoritas Episcopi subrogantis Beneficium, vel Bona, postea adquisita, in locum prioris patrimonii, *ibid. nu.*20.
Pro *Beneficii* subrogatione in *patrimonii* locum instare potest Communitas, *vot.*10. *num.* 36.
Beneficii resignatio solemniter, & frequenti Populo publicanda est, *vot.*7. *num.*10.
Et publicata, innotuisse præsumitur iis, quorum interest, *ibid. num.*11.
Beneficii resignationem adprobasse censentur Patro

troni, qui eam longiſſimi temporis ſpatio non impugnarunt, *vot.*7. *num.*12., *&* *num.*80.
Beneficium non abdicatur à *Reſignante*, niſi irrevocabiliter, & cum effectu Reſignatario adquiratur, *vot.*23. *num.*3.
Beneficii reſignatio, & proviſio, nullâ factâ Juriſpatronatus laicalis mentione, non valet, *vot.*7. *num.*69.
Beneficii ultimus *ſtatus* non derogat ejus ſtatui, & naturæ legitimè probatæ, *vot.*22. *num.*33.
Beneficii ſtatus talis præſumitur, qualis reperitur in ultimis vacationibus, *vot.*7. *num.* 105.
Ex *Beneficii* collationibus deſumpta obſervantia, ſpectanda eſt ad normam *ſtatus*, quem conſtituebant tales collatiònes, *vot.*7. *num.*67.
Ad *Beneficii ſtatum* efformandum requiritur pacifica proviſi poſſeſſio, *vot.*7. *nu.*96.
Ad *Beneficii* novum *ſtatum* efformandum requiritur probatio undequaque concludens, *vot.*7. *num.* 94.
Beneficii ſtatus Libris Epiſcopi probatur, *vot.* 8. *num.* 7.
In inquirendo *Beneficiorum ſtatu* & qualitate ſolliciti Ordinarii eſſe ſolent, *vot.* 26. *num.*121.
Ultimus *Beneficii ſtatus* reſultat ex conſenſu à Patronis præſtito reſignationi Rectoriæ tamquam de vero Eccleſiaſtico Beneficio, *vot.*7. *num.*13.
Ad *Beneficii ſtatum* efformandum inepta eſt reſignatio, & proviſio, ſubreptionis vitio infecta, *vot.*7. *num.*70., *&* 81.
Beneficii ſtatum efformare non valet neque reſignatio vitio ſubreptionis infecta, neque Patronorum conſenſus ei præſtitus, *vot.*7. *num.*82.
Beneficii ſtatus ex collatione, quæ liti cauſam dedit, induci non poteſt, *vot.*7. *num.*95.
Ultimum *Beneficii ſtatum* metiri non poſſumus ex proviſione 150. annorum metam excedente, *vot.*7. *num.*103.
Beneficii proviſio facta ab Epiſcopo tempore, quo Proceres Civitatis Patroni vexabantur publicis Belli calamitatibus, novum *ſtatum* non inducit, *vot.*7. *num.*101.
Manualis *Beneficii ſtatus* quoties ex fundationis inſtrumento apparet, à Patronis immutari poteſt, *vot.*7. *num.*87.
Beneficii ſtatum in ejus erectione conſtabilitum, Patroni mutare nequeunt, *vot.* 7. *num.*88.
Etiamſi id expreſsè agere velle profiteantur, *ibid. nu.*89.
Et accedat conſenſus Epiſcopi, *ibid.nu.*90.
Beneficiorum ſtatum per enunciativas immutare Patronis non licet, *vot.*7. *num.*92. *&* 98.
Ultimus *Beneficii ſtatus* re adhuc integrâ, quoties exhibeatur publicum fundationis inſtrumentum non attenditur, *vot.*7. *num.* 104.
Adverſus ultimum *Beneficii ſtatum* opponi nequit fundationis inſtrumentum, quoties res non ſit integra, & Patronus non ſit in cauſa, *vot.*7. *num.*108.
Manualis *Beneficii ſtatus* Apoſtolicâ proviſione non mutatur, *vot.*7. *nu.*73.
Beneficii ſtatum non immutat proviſio Apoſtolica ex cauſa reſignationis, *vot.*7. *num.*72.
Beneficii ſtatum Apoſtolicæ proviſiones non immutant, neque Patrono præjudicant, *vot.* 7. *num.*71.
Beneficii ſtatum Papa alterare voluiſſe non præſumitur, *vot.*7. *num.*74.
Præſertim, quando ex fundationis inſtrumento conſtat de ſtatu contrario, *ibid. num.* 75.
Beneficii ſtatum, in ejus erectione conſtabilitum, immutare ſoli Pontifici reſervatum eſt, *vot.* 7. *num.*91.
Naturali *Beneficiorum ſtatui* non repugnat, immo conformis eſt reſervationum Apoſtolicarum excluſio, *vot.*7. *num.*32., *&* 33.

BENEPLACITUM APOSTOLICUM.

Beneplacitum Apoſtolicum tranſactioni acceſſiſſe ex centenaria obſervantia præſumitur, *vot.* 9. *num.*20.
Vid. *Centenaria*.

BONIFACIUS VIII.

Bonifacius VIII., Author *Sexti Decretal.*, Summus Pontifex creatus eſt *9.Kal.Januar.* 1294., *vot.*7. *num.*46.

BONA.

Bona in eodem contractu, & eodem modo conceſſa, diverſo inter ſe jure cenſeri non debent, *vot.*15. *num.*53.
Bonorum naturam immutari, quod Princeps permiſerit, non præſumitur, *vot.*8. *num.* 18.
Ad *Bona* vendita, hypothecariâ actione redire nequit recipiens partem eorum pretii, *vot.*11. *num.*20.
Intellige, ſi receperit ſciens, eſſe pretium rei, pro ipſo dimittendo venditæ, non verò, ſi receperit velut partem debiti ab ipſo debitore de ſuis pecuniis, aut Bonis ſibi hypothecatis, *ibid. nu.*21.
Bona eccleſiaſtica ab oneribus collectarum exempta ſunt, *vot.*10. *num.*1.
Bona ſubjecta cenſui deſtinato in celebrationem Miſſarum, non gaudent privilegio pii Operis, aut Bonorum Eccleſiaſticorum, *vot.*11. *num.*7.
Bona Cappellanorum Ordinis Hieroſolymitani non gaudent privilegiis, & exemptionibus, quibus fruuntur Bona Equitum, *vot.*8. *nu.*13., *&* *num.*38.
Sed duplicato contributionis onere gravantur, *ibid. nu.*14.
Super *Bonis* Eccleſiæ ut tranſactio valeat, juſta cauſa requiritur, *vot.*9. *num.*1.
Bona patrimonialia, Clericus, ſinè licentiâ Epiſcopi alienare prohibetur, *vot.* 10. *num.* 23., *&* 35.
Bona ab herede aſſignata, annuo reditui, à Teſtatore relicto, æquivalere debent, *vot.* 9. *num.*22.
Bona, ex quibus Teſtator Legatum reliquit, ejus ſubſtantiam reſpiciunt, *vot.*21. *num.*84.
Bonorum deſignatio ſub eâdem Legati oratione comprehenſa, ad Legati ſubſtantiam, non verò ad ejus executionem pertinet, quoties oratio ab uno, eodemque regitur principali verbo, *vot.*21. *num.*19.
Bonorum deſignatio pro pio Opere implendo, ipſum-

ſumque pium Opus unico verbo regi dicuntur, ubi Teſtator de utroque per unicum verbum aliquem rogaverit, *vot.*21. *num.*82.

Vel ſi Bona adjecta fuerint ſubſtantiæ Legati, *ibid. nu.*83.

Bona demonſtrativè deſignata pro Monaſterii erectione, ſi non ſufficiant, ex aliis Bonis ſupplere heres tenetur, *vot.* 21. *numer.* 1.

Secùs verò, ſi Bona deſignata, taxativè relicta eſſent, *ibid. num.*2.94., & 117.

Bona taxativè relicta pro Monaſterii erectione quoties non ſufficiant, ad Fabricam S. Petri devolvuntur, *vot.*21.*nu.*3.

Bona relicta pro fundatione Monaſterii, non cenſentur taxativè adjecta, ex deſtinatione aliorum Bonorum in alia pia Opera, ſub conditione, & longè poſt perfectam Monaſterii fundationem adimplenda, *vot.*21.*nu.*52.

Bona à Teſtatore deſignata licèt deficiant, adhuc pium Opus implendum eſt, ſi id ſuadeat tacita, & veroſimilis Teſtatoris voluntas, *vot.*21. *num.* 45.

Bonorum deſtinationem ſi præcedat ac ſub diverſâ oratione, Legatum, explicatum ſit, omnino implendum eſt; *vot.*21. *nu.*24.

Procedit, etiamſi nulla ſubſequeretur Bonorum deſtinatio, *ibid.*

Ex *Bonis* hereditariis explenda eſt Cappellaniæ fundatio, abſolutè à Teſtatore demandata, & abſque ullâ deſtinatione Bonorum, vel redituum, *vot.*21. *nu.*25.

Bona pro erectione Monaſterii deſignata à Teſtatore, licèt deficiant, adhuc Monaſterii erectio perficienda eſt, quoties in ipſius Monaſterii Eccleſia, Cappellaniæ ex Teſtatoris præcepto erigi debeant, *vot.*21. *num.*26.

Bona, de quibus Teſtator dixit, = *ſe ne edifichi detto Monaſtero e ſe li faccia il fondo dotale* = taxativè relicta cenſentur, *vot.* 21. *num.*77. 78., & 85.

Bona poſteriùs à Teſtatore in pium Opus deſignata per dictionem = *item* =, taxativè relicta cenſentur, ſi taxativè relicta fuerunt Bona, priùs enumerata, *vot.*21. *nu.*87.

Præſertim, ſi concurrat eadem ratio, & cauſſa, *ibid. num.*88., & 89.

Bona in erectionem Monaſterii ſi Teſtator demonſtrationis gratiâ deſignare voluiſſet, ſatis habuiſſet cauſſam erectionis exprimere, *vot.*21. *nu.*91.

Nec opus fuiſſet addere, quod Monaſterium ædificaretur, & dotaretur ex eorum Bonorum pretio, *ibid. num.*92.

Ex *Bonis* deſtinatis in aliud pium Opus, magis à Teſtatore optatum, ſuppleri Legatum non debet, *vot.*24. *num.*33., & *num.*38.

BONIFACIUS VIII.

Bonifacius VIII. Author ſexti Decretalium Summus Pontifex creatus eſt 9. *Kal. Jan.* 1294., *vot.*7. *num.*46.

BONONIA.

In Civitate *Bononiæ* ſat eſt, pro abſente Notarium acceptaſſe, *vot.*23. *nu.*26.

De Re Eccleſiaſt.

BONUM.

Bonum quod in ſe eſt, ob extrinſecas circumſtantias, & malum exemplum quandoque minùs honeſtum, & pernicioſum redditur, *vot.* 18. *num.*3.

BREVE.

Breve Summi Pontificis executioni demandatum, licèt fuerit in forma Commiſſaria, juſtificatum præſumitur, *vot.* 14. *numer.* 1., & *num.* 29.

Et onus reijcit contrarium probandi in alterum, *ibid. num.*2., & *num.*36.

Brevis Pontificii executio, ſervatâ formâ in eo præſcriptâ, nec de exceſſu, nec de nullitate redargui poteſt, *vot.*14. *num.*4.

Breve Apoſtolicum executioni demandatum, & & probatum ab iis, quorum intereſt, infringi ampliùs non poteſt, niſi per manifeſtam probationem nullitatis, aut ſubreptionis, *vot.*14. *num.* 8.

Breve Apoſtolicum pro erogandis certis reditibus Montis Pietatis in commodum Seminarii, ſubreptitium non redditur ex non facta mentione deſtinationis eorumdem redituum ad certos uſus, *vot.*14. *num.*9., & *num.*15.

Brevis executio, nullâ præhabitâ narratorum juſtificatione, invalida eſt, *vot.*14. *num.*24.

Brevis Pontificii juſtificatio conſtare debet ex actis, *vot.*14. *nu.*27.

Intellige, niſi ejus executio commiſſa fuerit arbitrio, & conſcientiæ executoris, *ibid. nu.* 28.

Vid. *Mons Pietatis*, *reditus*, *Executio*.

C

CANCELLARIUS.

Cancellarii atteſtatio loco publici præſentationis documenti haberi nequit, *vot.* 26. *num.* 82.

CANONES.

Canones poſteriores ſervandi ſunt, *vot.* 19. *nu.* 9.

CANONICATUS.

Canonicatus, & Epiſcopatus Beneficia incompatibilia ſunt, *vot.*13. *num.*3.

Canonicatum, aliaque Beneficia ex diſpenſatione retinens, Epiſcopus, & in Epiſcopatu reſidens, eorum fructus percipit, exceptis quotidianis diſtributionibus, *vot.*13. *nu.*29.

Vid. *Beneficium*, *diſpenſatio*, *reſidentia*.

CANONICUS.

Canonici reſidentia jure poſitivo; Epiſcopi verò Jure Divino præcipitur, *vot.* 13. *num.*31.

Canonicorum reſidentiam præcipientia Statuta intelligenda ſunt de obtinentibus unum tantùm Beneficium, *vot.*13.*nu.*41.

Non verò de obtinentibus ex diſpenſatione duo Beneficia, quorum ſervitium uno, eodemque tempore præſtari nequit, *ibid.nu.*42.

CANONICA PORTIO.

Vid. *Epiſcopus*, *portio*, *quarta*.

CAPACITAS.

Capacitas perſonæ vocatæ ſufficit, quum diſpo-

sitio effectum suum sortiri debet, *vot.17.nu.47.*

Capacitas existentis conditionis tempore sufficit in iis, quæ sub conditione relinquuntur, *vot.17. num.52.*

Substitutum excludit non *capacitas*, sed existentia superstitis ex linea prædilecta, *vot. 17. num. 67.*

Primævæ *capacitati* restitutus, primogenituræ succedere debet, *vot. 17. numer. 75.*

Capacitas succedendi, quæ ab initio excluisset consanguineos, si postea superveniat, eos excludere debet à retentione, *vot.17.nu.76.*

Capacitas succedendi in feudo suffragari nequit post jus alteri ex investitura quæsitum, *vot.17. num. 95.*

CAPPELLANIA.

Cappellaniæ etiam manuales Beneficia nuncupantur, *vot.7.nu.84.*

Sed, an propriè Beneficia sint, disputant Doctores, *ibid. num.85.*

Cappellaniarum erectionem qui vult, voluisse etiam censetur Monasterii erectionem, in quo illæ sunt erigendæ, *vot. 21. num. 27.*

Cappellanias in Ecclesia Monasterii si Testator erigi præcepit, Monasterii erectio perficienda est, etiamsi desint Bona, pro ejus erectione à Testatore designata, *vot. 21. nu. 26.*

Cappellaniæ fundatio à Testatore demandata absque ulla destinatione Bonorum, vel redituum, ex hereditariis Bonis explenda est, *vot. 21. num.25.*

Cappellaniæ dos regulariter constituta censetur in speciebus, seu fundis perpetuis, *vot.9. num.3.*

Vid. *Bona*, *erectio*, *Testator*.

CAPPELLANUS.

Cappellani Ordinis Hierosolymitani quandoque Commendatores dicebantur, quia servitium præstabant Ecclesiæ, & Parochiis Commendæ, *vot. 8. num.28.*

Ad *Cappellanos* Ordinis Hierosolymitani Commendam non spectare, probat ejus descriptio inter Bona, ad Equites pertinentia, *vot. 8. num. 10.*

Cappellanorum Ordinis Hierosolymitani inferior gradus gradui Equitum commiscèri non potest, *vot.8. num.11.*

Cappellani Ordinis Hierosolymitani in Equitum sessionibus non recipiuntur, *vot. 8. num. 12., & 17.*

Cappellanos Ordinis Hierosolymitani excludens, Commendæ status, ac solos Equites admittens, quadragenariâ præscriptione induci potest, *vot. 8. nu.20., & 34.*

CARDINALATUS.

Cardinalatus dignitas maximam authoritatem defert Ecclesiarum, ac Monasteriorum Commendatariis, *vot. 26.num. 33.*

Cardinalatus dignitate licèt præfulgeant Locorum Ordinarii, adhuc periculum usurpationis Jurispatronatus subesse potest, *vot. 26. num.34.*

CARDINALIS.

S. R. E. *Cardinales* residere non solent in Monasteriis, quæ sibi commendata retinent, sed administrationem delegare solent Vicario, sivè Officiali, ab eis deputato, *vot. 26. num. 25.*

CASTRUM.

Castrum, ac Territorium in emphyteusim concessum absque divisione ullâ Bonorum, rem quamdam individuam præsefert, *vot.15. n.19.*

Ejusque possessionem singuli homines Universitatis, in emphyteusi comprehensi, in solidum adquirunt, *vot. 15. num. 20.*

Castri concessio cum domibus, aliisque Bonis, in territorio existentibus, individua censenda est quoad Bona omnia, *vot. 15. num. 52.*

Castrum in emphyteusim datum, pro parte ad Dominum directum reverti non potest, *vot. 15. num. 51.*

CATASTRUM.

Catastra pro dignoscenda Bonorum, ibi descriptorum, conditione plurimùm valent, *vot.8. num.6.*

Catastra Archiducatus Austriæ nuncupata = *Ciulag* =, in quibus descripta sunt Bona illius Regionis Grdinum, pleniſſimè probant, *vot. 8. num. 5.* Vid. *Descriptio*.

CATHEDRALIS.

Sola *Cathedralis* Ecclesia id præcipuum habet, ut eidem subsint ceteræ inferiores Ecclesiæ, *vot.1. num.6.* Vid. *Ecclesia*.

CAUSA.

Cessante *Causâ*, debet cessare effectus, *vot.19. num.18.*

Causa, quæ ab initio actum impediret, si ex post facto superveniat, impedit ejus effectum, *vot.17. num.75.*

Causa, ut dici possit Ecclesiastica, satis est, titulum coloratum adduci, *vot. 11. num.10.*

Causa inter Decimatorem, & fructuum decimalium Conductorem, si solos respiciat fructus, non verò titulum, aut rem decimalem, rectè agitur coram Judice laico, *vot.11. n.9.*

Causas Ecclesiasticas privativè, vel cumulativè cognoscendi facultatem Judici laico tribuens observantia, vel consuetudo, à *Concil. Trident.* sublata non est, *vot.11. num.13.*

Causæ piarum voluntatum dicuntur mixti fori, *vot.11. num. 5.*

Piæ *Causæ* favore ut res Legato adjecta demonstrationis gratiâ intelligatur, sufficit, rem dubiam esse, *vot. 21. num. 33.*

Piæ *Causæ* favor procedit in dubio, *vot. 21. num.107.*

Piæ *Causæ* favor demonstrativum Legatum censendum esse, non procedit, quando aliter constat de voluntate Testatoris, *vot.21. n.108.*

Et quando agitur contra aliam Causam piam, *ibid.*

Vid. *Bona*, *Legatum*.

CAUSATUM.

Causatum majoris virtutis esse nequit, quàm causa, *vot.2. num.35.*, & *vot.4. num.62.*

CENTENARIA.

Centenaria immemorabili præscriptioni æquiparatur, *vot.7. num.17.*

Centenariæ, ac immemorabilis par est virtus, *vot. 8. num. 22.*

Centenaria, & immemorabilis pro synonimis quodammodo habentur, *vot. 26. num. 53.*

Ex *centenaria* observantia Beneplacitum Apostolicum transactioni accessisse præsumitur, *vot. 9. num. 20.*

Post lapsum annorum *centum* præsumitur lis talis fuisse, quæ justam præbuerit transactioni causam, *vot. 9. num. 16.*

Centenaria immemorabili æquipollet, etiam ad probandum Juspatronatus potentium, *vot. 26. num. 54. 60. & 115.*

Centenariæ, sive immemorabilis probatio per scripturas admittitur, etiam quoad Juspatronatus potentium, *vot. 26. num. 52.*

Centenariam non probant præsentationes, quas non docetur effectum habuisse, *vot. 26. n. 61. & num. 110.*

Ad probandam *centenariam* præsentandi possessionem non prodest simplex copia instrumenti possessionis, à præsentato captæ, quæ authentica non sit, *vot. 26. num. 62.*

Vel quæ præsentationem factam solùm enunciet, *ibid. num. 63., & num. 67. & 74.*

Nec *centenaria*, nec quævis alia præscriptio elici potest ex provisionibus, non omninò claris, & aliquam exceptionem patientibus, *vot. 7. num. 109.*

CHARACTER.

Characteris diversitas suspicionem adauget apostillæ, ex intervallo factæ, *vot. 26. num. 89.*

Vid. *Additio*, *Apostilla*.

CHARITAS.

Ex *Charitatis* benè ordinatæ ratione magis benefaciendum est iis, qui nobis sunt conjunctiores, *vot. 18. num. 30.*

CIVIS.

Civis ad emphyteusim vocatus ullâ novâ approbatione non indiget, *vot. 15. num. 88.*

Cives in emphyteusi comprehensi dum ab exteris emunt Bona emphyteutica, novam investituram sumere non tenentur, *vot. 15. num. 85.*

Neque hac ex caussa Laudemium solvere, *ibid. num. 86.*

CLAUSULA.

Peculiares *clausulæ*, & verba adjici solent in confirmatione gratiæ, quæ aliquid novi concedat, *vot. 14. num. 94.*

Clausulæ plures amplissimæ, quibus Fundator expressit, plenum, & liberum exercitium Juris nominandi semper ad heredes, & Successores suos spectare, & aliter factam ordinationem irritam esse, exclusionem reservationis Beneficii ob vacationem in Curia inducunt, *vot. 7. num. 38.*

Clausula = dummodo neutrum Beneficium debitis fraudetur obsequiis = adjecta dispensationi retinendi plura incompatibilia Beneficia, intelligenda est de obsequiis, quæ invicem sint compatibilia, *vot. 13. num. 37.*

Nimirum, quoties Ecclesiæ vicinæ sint, vel servitium diversis temporibus sit exhibendum, *ibid. num. 38.*

Vel intelligenda est de iis oneribus, quæ per substitutum expleri possunt, *ibid. num. 39.*

Expressæ *clausulæ = in solidum* = æquivalet concessio unius rei, uti individuæ, pluribus facta, *vot. 15. num. 22.*

Sub *clausulâ = Salvâ tamen justitiâ Ecclesiarum Parochialium* = venit quarta funeralis, & administratio Sacramentorum Eucharistiæ, viatici. & Extremæ Unctionis, & levatio cadaveris è domo Defuncti, *vot. 1. num. 34.*

Clausula = sinè præjudicio Parochiæ = adponi solita in privilegiis exemptionum, Ecclesiis concessarum, intelligenda est de parochialibus dumtaxat emolumentis, deque functionibus, ad Parochum ratione pastoralis Curæ pertinentibus, *vot. 1. num. 31.*

Quæ emolumenta sunt decimæ, oblationes, quartæ funerales, aliaque his similia, *ibid. n. 32.*

In actibus verò, à pastorali cura non dependentibus, liberæ effectæ eædem Ecclesiæ censendæ sunt, *ibid. num. 37.*

Clausula = sinè præjudicio jurium Parochialium = in privilegiis exemptionum nequit censeri adposita ad quæcumque jura Parochi præservanda, ficque ad destruendam exemptionem ipsam, *vot. 1. num. 35.*

Sed cum ista compatibiliter debet intelligi, *ibid. num. 36.*; & vid. *num. 31. 37. & seq.*, ac præsertim, *num. 46.*

Clausula = sinè præjudicio Parochiæ = in privilegiis Cistercienstum intelligitur de exactione Decimarum, & Primitiarum, *vot. 1. num. 33.*

CLEMENS IV.

Clemens IV. profitetur, antiquam consuetudinem, reservantem Beneficia vacantia in Curia, in Legem scriptam redigere, *vot. 7. num. 49.*

CLERICATUS.

Clericatus non exuit charitatem, sed auget, *vot. 18. num. 23.*

Clericatus ab alendæ sororis pauperis obligatione non eximit, *vot. 18. num. 22.*

CLERICUS.

Clericus pauperem sororem alere, & dotare tenetur ex Bonis patrimonialibus, *vot. 18. n. 24.*

Et, si illis careat, ex reditibus Ecclesiasticis eam alere debet, *ibid. num. 25.*; Vid. *Alimenta.*

Clericus quod mendicare cogatur, abhorrent Sacri Canones, *vot. 10. num. 17.*

Clerico concessum privilegium, donec Beneficium assequatur, non perdurat, nisi usque ad illius assecutionem, *vot. 10. num. 4.*

Clericus Bona patrimonialia sinè licentiâ Episcopi alienare prohibetur, *vot. 10. num. 23. & 35.*

CODICILLI.

In *codicillis*, primogenituræ substantia mutari nequit, si Primogenitus in testamento institutus est heres proprietarius, *vot. 17. num. 38.*

COLLATIO.

Ex *collatione* Ecclesiæ sinè Cura, & Hospitalis implicitè resultat Ecclesiastici Beneficii titulus, *vot. 7. num. 13.*

Collatio Parochialis Eccleſiæ facta à Papa poſt lapſum ſemeſtre, Ordinario competens ad conferendum, Juspatronatus non probat, *vot.* 26. *num.* 103.

Quin immo illud excludit, *ibid. num.* 104.

Collatio Parochialis Eccleſiæ, uti liberæ, facta magis idoneo, in concurſu adprobato, Juſpatronatus excludit, *vot.*26. *num.*123.

Collatio Parochialis Eccleſiæ uti liberæ ab eo, qui Patronum ſe aſſerit, non impugnata, referri nequit ab obſequium nepotis erga Patruum conferentem, quando iſte ſolicitus fuit nepotem admonere de præſentatione facienda ad alia Beneficia, *vot.* 26. *num.*126.

Et quando Patruus ipſe optabat, jus hoc, valde conſpicuum, & honorificum, in ſua familia; modò ei competiiſſet, conſervari, *ibid. n.*127.

Ex *collatione*, ſuper quà lis pendet, Commendæ ſtatus elici nequit, *vot.* 8. *num.* 54.

Ex *collatione*, quæ liti cauſſam dedit, Beneficii ſtatus induci non poteſt, *vot.*7. *num.* 95.

In *collatione* Rectoriæ attendendus eſt ſtatus, illi ex legitima præſcriptione impreſſus, *vot.* 7. *num.* 15.

Ex Beneficii *collationibus* deſumpta obſervantia, ſpectanda eſt ad normam ſtatus, quem conſtituebant tales collationes, *vot.* 7. *num.* 67.

COLLECTÆ.

A *collectarum* oneribus exempta ſunt Eccleſiarum Bona, *vot.*10. *num.*1.

COMMENDA.

Commendæ, inſtar Beneficiorum, individuæ ſunt, *vot.* 8. *num.* 30.

In *Commendæ* ſucceſſione, quæ primogenituræ regularis ordine defertur, nepos Patruum excludit, *vot.*6. *num.*8. & 35. & 40.

Ad *Commendam*, Regularis primogenituræ ordine inſtitutam, Primogeniti jure proprio veniunt, non ex facto anteceſſorum, *vot.*6. *n.*51.

Commendæ, privatà, & laicâ authoritate erectæ, deferuntur juxta regulas profanæ ſucceſſionis, *vot.*6. *num.*12.

In *Commendis* Ordinum militarium regulæ Beneficiorum locum habent. *vot.* 8. *num.* 3.

Commendæ militarium Ordinum Beneficiis adnumerantur, *vot.*8. *num.*1.

Etiamſi Ordines militares illi ſint, quorum Equites uxorem ducere non prohibentur, *vot.*8. *num.* 2.

Commenda adjudicanda eſt antiquiori habenti qualitates omnes, requiſitas à Statutis Ordinis Hieroſolymitani, non autem alteri petenti, ſuſpendi ejus proviſionem, donec ipſe capax fiat, *vot.*8. *num.*56.

Priori *Commendæ* ſtatui prævalet poſterior, *vot.*8. *num.* 23.

Commendæ ſtatum à certo tempore pro Cappellanis conſtitutum fuiſſe, adſeverans, diverſum antiquiorem fatetur, *vot.*8. *num.*4.

Ex *commendæ* unius ſtatu; deficiente jure, & cauſsà univerſali, ad alterius ſtatum inferri non poteſt, *vot.*8. *num.*51.

Commendas plures diverſi ſtatus in una, eademque lingua Religionis Hieroſolymitanæ adeſſe, non repugnat, *vot.* 8. *num.*52.

Commendæ ſtatum, quem Viſitatores declararunt, eos rectè agnoviſſe credendum eſt, *vot.*8. *n.*33.

Commendarum novum ſtatum ut inducant ſententiæ, juſtificari debent ex actis, *vot.*8. *n.*40.

Commendæ ſtatus probatur ex diſcretivo eas deſcribendi modo, *vot.*8.*num.*15.

Commendæ deſcriptio inter Bona pertinentia ad Equites, probat, eam non ſpectare ad Cappellanos Ordinis Hieroſolymitani, *vot.* 8. *n.* 10.

Commenda relata inter Bona Equitum; ſi ceteræ omnes Commendæ eodem ordine deſcriptæ, ad eos ſpectant, ad eos pariter ſpectare præſumitur, *vot.* 6. *num.* 26.

Commendæ ſtatus, Ordinis Hieroſolymitani Cappellanos excludens, ac ſolos Equites admittens, quadragenariâ præſcriptione induci poteſt, *vot.* 8. *num.*20. & 34.

Pro excludendis à *Commenda* Cappellanis Ordinis Hieroſolymitani quemcumque validiorem titulum gradui Equitum præbet immemorabilis, ac centenaria poſſeſſio, *vot.* 8. *num.* 21.

Pro *Commendæ* ſtatu inducendo non prodeſt obſervantia deducta ex actibus, effectum minimè ſortitis, *vot.* 8. *num.* 35.

Pro *Commendæ* ſtatu immemorabili evertendò, quadragenarium ſaltem tempus requiritur, *vot.* 8. *num.* 50.

Pro *Commendæ* ſtatu dignoſcendo ſpectandæ non ſunt abuſivæ denominationes, *vot.* 8. *num.* 29. & 31.

Commendæ ſtatum non efficit ejus adjudicatio facta Cappellano Ordinis Hieroſolymitani, qui ſequenti anno Equiti jus omne dimiſit, *vot.*8. *num.* 49.

Commendæ Fratribus Cappellanis Ordinis Hieroſolymitani adjudicatæ, & ab iis poſtea dimiſſæ in favorem Equitum cum modica penſione, non probant eorum ſtatum pro Fratribus Cappellanis, *vot.* 8. *num.* 36.

Commendam ad Fratres Cappellanos Ordinis Hieroſolymitani privativè non ſpectare, probat dimiſſio, à Cappellanis facta in favorem Equitum, *vot.* 8. *num.* 39.

Commendæ ſtatus elici nequit ex collatione, ſuper quà lis pendet, *vot.* 8. *num.* 54.

Sicuti neque ex actu litigioſo, & amicà concordià ſopito, *vot.* 8. *num.* 36. & 55.

Commendæ ſtatus deſumendus non eſt ex iis, quæ geſta fuerunt tempore ſchiſmatis Magni Prioratus Germaniæ à Religione, *vot.*8. *num.* 24.

Commendæ Magni Prioratus Germaniæ tempore ejus ſchiſmatis non ſecundùm Statuta Religionis Hieroſolymitanæ, ſed arbitrio Cæſareæ Majeſtat isdiſtribuebantur, *vot.* 8. *num.* 27.

COMMENDATARIUS.

Commendatariis Eccleſiarum, & Monaſteriorum maximam Cardinalatus dignitas authoritatem, ac poteſtatem defert, *vot.*26. *num.*33.

COMMUNITAS.

Communitas inſtare poteſt, ut Beneficium in patrimonii locum ſubrogetur, *vot.* 10. *num.* 36.

COM-

COMPATRONUS.

Unius *Compatroni* præſentatio non excludit, immo præſervat quaſi poſſeſſionem alterius, *vot.* 2. *num.*116.

Nec præſumitur facta animo privandi alterum quaſi poſſeſſione, *ibid. num.* 167.

Unius *Compatroni* quaſi poſſeſſio non ſtatim excludit quaſi poſſeſſionem alterius non præſentantis, *vot.*2. *num.* 158. *&* 165.

Vid. *Patronus*, *Præſentatio*.

COMPULSORIA.

Compulſoria, & citatio ad legalem ſcripturæ ex archivio publico extractionem non requiritur, *vot.*16. *num.*34. *&* 35.

Secus de extractione ſcripturæ ab archivio privato, *ibid. num.*37.

Quod maximè dicendum, quando ſcriptura ſuſpecta eſt, vel agitur de judicio criminali, *ibid. num.* 41.

CONCEDERE CONCESSIO.

Concedere id, quod licet, non ſemper expedit, *vot.* 18. *num.* 46.

Conceſſio Epiſcopi pari jure cenſetur cum conceſſione Principis, *vot.* 15. *num.* 37.

Conceſſio Principis, bonæ fidei contractus dicitur, *vot.* 15. *num.* 35.

Conceſſioni Principis jus accreſcendi ineſt, *vot.*15. *num.* 36.

Conceſſio unius rei, uti individuæ, pluribus facta, æquivalet expreſſæ clauſulæ = *in ſolidum* =, *vot.* 15. *num.*22

Conceſſio in emphyteuſim Caſtri unà cum territorio, individua eſt, *vot.* 15. *num.* 50.

Conceſſio Caſtri cum domibus, aliiſque Bonis in territorio exiſtentibus, individua cenſenda eſt quoad omnia Bona, *vot.*15. *num.*52.

Conceſsà pluribus re uti individuà, ſolidali jure omnes fruuntur, *vot.* 15. *num.* 21.

A *conceſſione* facta Univerſitati jus accreſcendi disjunctum eſſe nequit, *vot.*15. *num.*45.

Conceſſum univerſitati non aliter deficere cenſetur, quàm integrà deficiente univerſitate, *vot.* 15. *num.* 43.

A *conceſſione* gratiæ applicationis redituum Montis Pietatis pro Seminario, conſentientibus Montis Curatoribus, Summum Pontificem non retraxiſſet deſtinatio eorumdem redituum ad certos uſos, *vot.* 14. *num.* 16.; Vid. *gratia*, *Mons Pietatis*, *Pontifex*.

Conceſſiones ſubſidiorum pro Nobilibus familiæ Juſtinianæ, ex Inſula chienſi ejectis, & aliis Conſanguineis memorantur, *vot.*18. *num.*52.

Ob *conceſſionem* ſubſidiorum pro Nobilibus Juſtinianæ familiæ lites plurimæ agitatæ ſunt, *vot.* 18. *num.*106.

CONCILIUM PARISIENSE.

Concilium Pariſienſe ſanxit, ne Epiſcopi divites quartam partem decimarum, & redituum ex oblationibus fidelium recipiant, *vot.*19. *n.*26.

CONCILIUM PROVINCIALE.

Concilium Provinciale, vel *Nationale* habetur tamquam Lex municipalis illius regionis, *vot.* 19. *num.*28.

CONCILIUM TRIDENTINUM.

Juspatronatus potentium, ex diſpoſitione *S. Concilii Tridentini* probandum eſt, vel per inſtrumentum fundationis, vel per immemorabilem unà cum præſentationibus continuatis, & effectum ſortitis ſpatio 50. annorum, plenèque probatis per authenticas ſcripturas, *vot.*26. *num.*6., 43., 116. *&* 128.

Et hæc probationis forma exactè, atque integrè omninò ſervanda eſt, *ibid. num.*8.

Adeout, ſi vel in minimò deficiat, favendum ſit libertati Eccleſiæ, vel Beneficii, *ibid. num.*9.

Præſertim, ſi agatur in petitorio judicio, *ibid. num.* 11.

Eadem *conciliaris* diſpoſitio locum etiam habet in Jurepatronatus, à Parochianis pretenſo, *ibid. num.*26., 29. *ad* 35., *&* *num.*38.

Et quidem nullâ habitâ diſtinctione, an Parochianorum potentia talis ſit, adverſus quam ſufficiat Epiſcopi authoritas, *ibid. num.*30.

Nec etiam an concurrat major, vel æqualis potentia in Ordinario, *ibid. num.*26. 31. 35., *&* 38.

Diſpoſitio *Sac. Conc. Tridentini* circa Juſpatronatus potentium obtinet etiam in Epiſcopatibus, qui reguntur per Cardinales, *vot.* 26. *num.* 36.

Concilium Tridentinum quoad Juspatronatus potentium includit quidem eas perſonas, in quibus id jus plerumque ex uſurpatione potiùs quæſitum præſumi ſolet, ſed alios potentes non excludit, *vot.*26. *num.* 41.

Unde locum etiam habet in perſonis potentibus, à quibus procul abeſt veriſimilis uſurpationis ſuſpicio, *vot.*26. *num.*42.

Rigor *Decreti Conciliaris* in probanda immemorabili quoad Juſpatronatus potentium, an ſervandus ſit, quando allegatur titulus fundationis, cujus tamen inſtrumentum exhiberi nequit ex caſu fortuito? *vot.*26. *num.*39.

CONCURSUS.

Concurſum non exigunt Beneficia Juriſpatronatus Laicorum, ſed ſolam Ordinarii adprobationem, *vot.*26. *num.*85.

Alicujus, tamquam in *concurſu* adprobati, inſtitutio, ejus, uti præſentati, admiſſionem excludit, *vot.*26. *num.*85.

CONDITIO.

Conditio inſtitutioni adjecta, impedit, ne proprietas heredi ab initio adquiratur, *vot.* 17. *num.* 24.

Conditionis implementum præcedere debet Legati adquiſitionem, *vot.*11. *num.*16.

Conditio donec impleri non poteſt, Legatum peti nequit, *vot.* 17. *num.* 58.

Conditio tempus ſucceſſivum, & indeterminatum reſpicit, *vot.*17. *num.*53.

In iis, quæ ſub *conditione* relinquuntur, ſufficit capacitas exiſtentis conditionis tempore, *vot.* 17. *num.*52.

Conditio = *Caſo ſi riſolveſſe attendere alla Chieſa* = non reſpicit unum magis, quàm aliud tempus, *vot.*17. *num.*54.

Et hæc conditio, ut pote temporis indeterminati, quandocumque impleri poteſt, *ibid. num.* 55.

Conditionem implere donec in Legatarii arbitrio eſt, Legatum in ſuſpenſo eſſe dicitur, *v.17.n.56.*
Sub *conditione*: ſi linea prædilecta non exiſtat, vocatus dicitur, qui poſt extinctam lineam prædilectam vocatus eſt, *vot.17. num.63.*
Conditio non exiſtentis lineæ, tractum habet ſucceſſivum, nec ſufficit, quod ſemel defuerit, *vot.17. num.64.*
Utque purificata dici queat, requiritur, neminem amplius de eadem linea adeſſe poſſe, *ibid. num. 65.*
Conditionis, alterius vocationi adpoſitæ, eventum impedit naturalis exiſtentia perſonæ, licèt, ex Legis diſpoſitione, ſuccedendi incapacis, *vot. 17. num.69.*
Conditionem, alterius vocationi adjectam, ut quis deficere faciat, & tamen ſuccedere nequeat, inconveniens non eſt, *vot. 17. num. 68.*
Conditio non exiſtentis lineæ, nondum exiſtit, ſuperſtite adhuc Religioſo ejus lineæ, licèt ſucceſſionis incapaci, *vot.17. num.66.*
Conditiones etiam contrariæ diſpoſitioni Juris communis in fundationis Beneficii limine adjici poſſunt, *vot.7. num.29. & 40.*
Ex interpoſita *erectioni* Ordinarii ſententia, deſumitur Juriſpatronatus natura, *vot.*2. *num.*54.
Pro *erectione* Monaſterii ſi non ſufficiant Bona, *demonſtrativè* deſignata, ex aliis Bonis ſupplere heres tenetur, *vot.*21. *num.*1.
Secus verò, ſi Bona deſignata, *taxativè* relicta eſſent, *ibid. nu.*2. 94., & 117.
Erectio Monaſterii perficienda eſt, etiamſi deſint Bona, pro ejus erectione à Teſtatore deſignata, ſi Cappellaniæ in Eccleſia Monaſterii erigendæ ſint ex Teſtatoris præcepto, *vot.* 21. *num.* 26.
Erectionem Cappellaniarum qui voluit, voluiſſe etiam cenſetur Monaſterii erectionem, in quo ille ſunt erigendæ, *vot.*21. *num.*27.
Erectio Monaſterii cum deſignatione certæ rei in eam cauſſam, ex aliis rebus ſupplenda non eſt, ſi idem Fundator erectionem Cappellaniarum demandaverit, ſed abſque deſignatione rei, *vot.*21. *num.*102.
Vid. *Bona*, *Heres*, *Legatum*, *Monaſterium*.

EXCEPTIO.

Exceptio, ex *Cicer.*, facit, ne liceat: & ibi neceſſe eſt licere, ubi non eſt exceptum, *vot.* 1. *num.* 38.
Exceptio neglectæ celebrationis Miſſarum proponi non poteſt adverſus Rectorem Cappellaniæ, petentem fructus cenſus, pro ea deſtinati, *vot.* 11. *nu.*14.

EXECUTIO.

In *executione* Brevis Pontificii omnia ritè, & rectè geſta præſumuntur, *vot.*14. *nu.*3.
Executio Brevis Pontificii, ſervatâ formâ in eo præſcriptâ, nec de exceſſu, nec de nullitate redargui poteſt, *vot.*14. *nu.*4.
Executio Brevis, nullâ præhabitâ narratorum juſti-

juſtificatione, invalida eſt, *vot.*14. *num.* 24.

Ab *executione* gratiæ *in forma commiſſaria*, vel cum clauſula = *veris exiſtentibus narratis* = appellatio denegari non poteſt, *vot.* 18. *nu.* 104.

Vid. *Breve*, *Executor*, *gratia*.

EXECUTOR.

Ab *Executore* facta diſtributio, cenſetur ab ipſo Teſtatore facta, *vot.* 19. *nu.*43.

Executor Literarum Apoſtolicarum priùs Cauſæ cognitionem adhibere, & poſtea illas exequi debet, *vot.*14. *nu.*25.

Etiamſi plenè de negocio inſtructus jam fuerit, *ibid. nu.*26.

Mero *Executori* quum delegatur Literarum executio, eædem, executioni demandatæ, juſtificatæ præſumuntur, *vot.*14. *nu.*30.

Secùs, ſi illæ dirigantur Executori mixto, *ibid. num.* 31.

Executoris arbitrio, & conſcientiæ niſi executio Apoſtolici Brevis commiſſa fuerit, ejuſdem juſtificatio debet ex actis conſtare, *vot.*14.*num.* 27., & 28.

Executor mixtus non extrajudicialiter, ſed Juris ordine ſervato procedere tenetur, *vot.* 14. *num.* 32.

Executor gratiæ, quæ perfici debet alterius facto, mixtus cenſendus eſt, *ibid. num.*33.

EXEMPLUM.

Exempla præſentia nos cavere præmonent in futurum, *vot.*18. *nu.*51., & 62.

Exempla gratiæ vel inſolitæ, vel non facilè concedendæ, ſi deſint, ab ea ſatius eſt abſtinere, *vot.*18. *num.*56., & 102.

Exempla Prædeceſſorum Summus Pontifex expetere ſolet, quum petuntur gratiæ vel inſolitæ, vel non facilè concédendæ, *vot.* 18. *num.* 49.

Exemplo Summum Pontificem moveri ad conceſſionem gratiæ, alioquin inſolitæ, æquum eſt, *vot.*18. *num.*53.

Exemplo teſtamenti, in Archivio reperto, fides non adhibetur, niſi exhibeatur originale, *vot.* 16.*num.*11.

EXEMPTIO.

Exemptione à gabellis gaudet patrimonium ſacrum, donec alterius tituli ſubrogatio ab Epiſcopo fiat, *vot.*10. *num.*25.

Exemptione eàdem gaudent Bona, quæ ſubrogantur in patrimonii titulum, *vot.* 10. *num.* 26.

Excmptio, ut quid operetur, aliud ultra id, quod liceret, debet conferre, *vot.* 1. *num.* 30.

Exemptione omnimodâ ab Epiſcopi juriſdictione gaudent Eccleſiæ, in ſolo Lateranenſi conſtructæ, *vot.* 1. *num.* 1.

Intellige, dummodo in earum fundatione Epiſcopi licentia acceſſerit, *ibid.n.*45., ſed *vid.n.*46.

Vid. *Eccleſia*, *Epiſcopus*, *Gabella*, *Patrimonium Sacrum*.

EXEMPTUS.

Exemptus æquiparatur extraneo, & pro non ſubjecto habetur, *vot.* 1. *num.* 3.

EXPRESSIO, EXPRESSUM.

Expreſſio falſi ignoranter facta, à gratiæ nullitate non excuſat, *vot.* 14. *num.* 103.

Expreſſio Vicariæ ſufficit, ut Papa cenſeatur cogitaſſe de jure Parochiali, penes alium exiſtente, *vot.* 14. *num.* 13.

Pro *expreſſo* habendum eſt, quod Teſtator verisimiliter reſpondiſſet, *vot.* 21. *num.* 12., & *vot.* 24. *num.* 27.

Pro *expreſſo* habetur, quod venit in neceſſariam conſequentiam ejus, quod exprimitur, *vot.*14. *num.* 11.

EXPENSÆ.

Expenſæ corredi neceſſariæ ſunt, *vot.* 25. *num.*1.

EXTRANEUS.

Ad *Extraneos* etiam heredes tranſit Juſpatronatus, pro ſuis heredibus fundatum, *vot.* 2. *num.* 68., & 118.

Extraneis facta Juriſpatronatus reſervatio, donationis loco cenſenda eſt, *vot.* 5. *num.* 7.

Extraneis ad Juſpatronatus vocatis, illud amplius tolli nequit, *vot.* 5. *num.* 6.

F

REV. FABRICA S. PETRI.

Fabricæ Miniſtris incumbit cura adimplendorum piorum Operum, *vot.* 21. *num.* 4.

Fabricæ S. Petri applicantur fructus à die, quo heredes Opus pium adimplere neglexerunt, *vot.* 21. *num.* 5.

Fabrica S. Petri eo gaudet ſpeciali jure, ut duæ ſententiæ conformes, pro ea latè, vim habeant trium, *vot.* 21. *num.* 32.

In *Fabricæ* favorem duæ ſententiæ vim non habent rei judicatæ, quoties conſtat de earum injuſtitia, *vot.* 21. *num.* 110.

Ad *Fabricam* S. Petri devolvuntur Bona, *taxativè* relicta pro erectione Monaſterii, quoties illa non ſufficiant, *vot.* 21. *num.* 3.

Fabrica S. Petri, ſi res in pium Opus relicta, non ſufficiat, ad honeſtam compoſitionem admittit, *vot.* 21. *num.* 118.

FACTUM.

Factum Curatorum Montis Pietatis eidem nocere non poteſt, *vot.* 14. *num.* 53.

Factum Curatorum Montis Pietatis obeſſe non poteſt pauperibus puellis, in quarum commodum erogandi ſunt reditus ejuſdem Montis, *vot.* 14. *num.* 52.

Factum anteceſſorum Primogenitis ſucceſſoribus obeſſe nequit, *vot.* 6. *num.* 52.

Ex non *facto* Adminiſtratorum elicita obſervantia, rem ambiguam declarat, *vot.*14. *num.* 63.

Spectandum non eſt, quod fit, ſed quod fieri debet, *vot.* 14. *num.* 111.

Quod ex reverentia, & obſequio auctoritati ſupremi Principis geſtum eſt, obeſſe non poteſt, *vot.* 14. *num.* 112.

FACULTAS.

Facultas obligationem excludit, *vot.* 14. *num.*20., & 107.

Facultatem applicandi reditus in Seminarii commodum tributam fuiſſe Curatoribus Montis Pietatis, non obligationem impoſitam, declarat

rat neglecta per longiſſimum tempus eorum redituum applicatio, *vot.* 14. *num.* 62.
Ab alterius *facultate* aſſignationem reddituum non pendere, ſupponit Pontifex, ſi gratiam aſſignationis executioni demandari, jubeat, *vot.* 14. *num.* 95.
Facultas transferendæ penſionis per primum actum conſumitur, *vot.* 23. *nu.* 34.
Intellige, quando actus valet, & effectum ſuum ſortitur, *ibid. nu.* 35.
Facultas amovendi Rectorem non amittitur per non uſum à Patronis, niſi illi, ſuo jure uti volentes, prohibiti fuerint, *vot.* 7. *num.* 110.
Facultas nominandi perſonas laicas, atque etiam fœminas, Eccleſiaſtici Beneficii naturam excludit, *vot.* 7. *nu.* 2.
Facultas pia Opera eligendi liberè tributa cenſetur per inſtitutionem heredis cum onere = *di pregare, e far pregare &c. nel modo però, che a loro più piacerà &c.* =, *vot.* 19. *nu.* 44.
Facultas eligendi non habet locum in iis, quorum unum reprobari, alterum eligi debeat juſta ex cauſſa, *vot.* 24. *nu.* 20.
Facultas data à Teſtatore *di poterſi monacare in altro Monaſtero*, libera eſſe debet reſpectu cujuſcumque Monaſterii, *vot.* 24. *num.* 5.
Facultas eligendi Monaſterium extra Patriam, à Teſtatore puellæ data, ei competit, etiamſi nulla ſubſit juſta cauſſa, *vot.* 24. *num.* 18.
Facultas puellis conſanguineis data ſuſcipiendi habitum Religioſum extra Monaſterium, à Teſtatore dotatum, excludit neceſſitatem eligendi alia Monaſteria ſuæ Patriæ, *vot.* 24. *num.* 8.
Facultas eligendi alterius Monaſterii à Teſtatore data, reſtringenda non eſt ad Monaſteria ſuæ Patriæ, niſi Teſtator ita expreſſerit, *vot.* 24. *num.* 6., Vid. *Electio, falſum*.

FALSUM.

Falſum exponens caret impetratis, *vot.* 24. *nu.* 85.
Falſum exprimit, qui narrat, adſignatos fuiſſe à Summo Pontifice certos reditus Montis Pietatis in Seminarii commodum, ſi id à Summo Pontifice repoſitum fuit in facultate Curatorum ipſius Montis, *vot.* 14. *nu.* 58.
Falſi expreſſio ignoranter facta, excuſat à dolo, *vot.* 14. *num.* 102.
Non verò à nullitate gratiæ, *ibid. num.* 103.

FAMILIA JUSTINIANA.

Familiæ Juſtinianæ Nobilibus, ex Inſula Chienſi ejectis, & aliis Conſanguineis factæ ſubſidiorum conceſſiones, memorantur, *vot.* 18. *nu.* 52.

FAVOR.

Favor Legati pii expoſcit, ut certæ rei deſignatio demonſtrationis gratiâ intelligatur, *vot.* 21. *num.* 31.
Piæ Cauſæ *favor*, ut Legatum demonſtrativum præſumatur, locum non habet contra aliam Cauſam piam, *vot.* 21. *num.* 108.
Favor piæ Cauſæ procedit in dubio, *vot.* 21. *num.* 107.

FEUDATARIUS.

Feudatariorum, & Baronum juriſdictio abſoluta non eſt, ſed ſubordinata, *vot.* 26. *num.* 21.

FEUDUM.

A *feudo* ad Juſpatronatus optimè valet argumentum, *vot.* 2. *num.* 7., *vot.* 3. *num.* 33., & *vot.* 5. *num.* 13.
A *feudo*, fideicommiſſo, & emphyteuſi ad Juſpatronatus; & è contra valet argumentum, *vot.* 2. *num.* 25.
In *feudo*, ſive emphyteuſi ſolus primus adquirens in præjudicium vocatorum diſponere poteſt, unum ex iis præeligendo, *vot.* 2. *num.* 22.
Feudum, & emphyteuſis mixta tranſeunt ad filios, etiam inſtitutos in ſola legitima, vel in re certa, *vot.* 5. *nu.* 34.
Feudum pro *ſuis heredibus, & ſucceſſoribus maſculis*, ex qualitate gentilitia, & hereditaria mixtum dicitur, *vot.* 5. *num.* 10.
Ad *feudum*, conceſſum *pro ſe, & ſuis heredibus ſucceſſoribus maſculis*, vocati cenſentur, qui ſunt heredes, & maſculi deſcendentes, *vot.* 5. *num.* 12.
Feudum conceſſum *pro ſe, & heredibus maſculis*, & in eorum defectum *fœminis*, fratre mortuo, ad ejus filiam, non ad fratrem devolvitur, *vot.* 3. *num.* 32.
In *feudo* non requirente perſonale ſervitium, & ad fœminas quoque tranſitorio, Regularis Epiſcopus ſuccedit, *vot.* 17. *num.* 93.
Sed, ſi feudum alteri devolutum jam fuerit, expectare debet novum ſucceſſionis caſum, *ibid. num.* 94.

FIDEICOMMISSUM.

A *fideicommiſſis* ad Juſpatronatus, & viciſſim argumentum valet, *vot.* 3. *num.* 1., & *nu.* 41.
A *fideicommiſſo*, feudo, & emphyteuſi ad Juſpatronatus, & è contra valet argumentum, *vot.* 2. *num.* 25.
Fideicommiſſi ſubſtantia ex erronea quorundam credulitate interverti nequit, *vot.* 6. *nu.* 44.
In *fideicommiſſo*, aut primogenitura ordinata pro conſervatione Bonorum in deſcendentia ſeu familia, Teſtator ætatem potiùs, aut ſexum, quàm lineam prædilexiſſe non præſumitur, *vot.* 4. *num.* 93.
Et linea primùm inſpicienda eſt, *vot.* 5. *num.* 1.
In *fideicommiſſo* agnatitio plures lineæ ab uno Teſtatore deſcendentes reputantur tamquam unicum corpus pro reciproca lineari ſubſtitutione dignoſcenda, *vot.* 2. *nu.* 137., Vid. *Subſtitutio*.
A *fideicommiſſis*, & primogenituris, juxta Italiæ mores, Regularis Epiſcopus non repellitur, *vot.* 17. *num.* 89.
Etiamſi illæ inſtitutæ fuerint in agnationis favorem, *ibid. nu.* 90.
Ac etiamſi ſtrictiſſima adſit alienationis prohibitio, *ibid. nu.* 92.

BONA FIDES.

Bona *fides* transferentis penſionem ſufficit ad excludendam culpam, ob quam dici poſſit ab eo abdicatum jus, *vot.* 23. *num.* 9.
Bona *fides* transferentis penſionem oritur etiam ex dubietate Juris ſuper facultate transferendi, *vot.* 23. *num.* 10., Vid. *Penſio, Translatio*.

FILIUS.

Omnes *filii* cenſentur eſſe in primo gradu, *vot.* 6. *num.* 15.

Verbum heres, ab Aſcendente prolatum, quod intelligatur de *filio* novum non eſt, *vot.* 2. *num.* 5.

Sive in fideicommiſſis, ſive in feudis, *ibid. nu.* 60., & 65.

Filii unius heredis inſtituti plures lineæ pro una quodammodo habentur, *vot.* 3. *nu.* 44.

Plures *filios* collectim vocans Teſtator, eos ſpectaſſe videtur per modum unius lineæ, *vot.* 3. *num.* 51.

Ac proinde prælatio Maſculorum intelligenda eſt de Maſculis etiam alterius lineæ, *ibid. num.* 52.

Adverte, id non eſſe certum, *ibid. nu.* 53.

Vel id procedere, ſi conſtet, ex agnationis voto, fœminas à Maſculis omnibus ſeparari voluiſſe, *ibid. num.* 54.

Lineæ plurium *filiorum* ab initio inſtitutorum, per modum unius ſpectatæ videntur ex enixa voluntate conſervandi Bona in linea maſculina, *vot.* 3. *num.* 57.

Filium melioris conditionis eſſe, quàm Matrem, abſurdum non eſt, quando diverſa utriuſque eſt ratio, *vot.* 3. *num.* 78.

Filiis utriuſque ſexus vocatis, Maſculorum prælatio accipienda eſt reſpectu ejuſdem lineæ, *vot.* 3. *num.* 27. 55., & 59.

Pro *filiis*, & heredibus relictum Juſpatronatus, lineare cenſetur, non per modum unius, *vot.* 2. *nu.* 141., Vid. *Linea*.

Filiis, & Deſcendentibus reſervatum Juſpatronatus, gentilitium dicitur, *vot.* 2. *num.* 2.

Uti etiam reſervatum certo generi perſonarum, ſive ſuæ, ſive alienæ familiæ, *ibid. nu.* 3.

Præſertim, ſi, iis deficientibus, vocentur heredes etiam extranei, *ibid. nu.* 4.

Filius in Juriſpatronatus ſucceſſione melioris conditionis eſſe non poteſt, quam mater, *vot.* 2. *num.* 34.

Filiorum interventus ſimul cum Parentibus in Juriſpatronatus gentilitii diviſione, per tranſactionem facta, non deſtruit, ſed gentilitiam illius qualitatem confirmat, *vot.* 22. *nu.* 29.

Limita ut *nu. ſeq.*

Filiorum cum Parentibus ſimultanea admiſſio ad præſentandum non concludit Juſpatronatus gentilitii qualitatem, ſed potiùs illam excludit, *vot.* 22. *num.* 41., ratio *num.* 42.

Filiis, & Deſcendentibus ad Juſpatronatus vocatis, an jus aliquod adquiratur, Fundatore vivente? *vot.* 5. *nu.* 8.

Filiæ ultimæ poſſeſſoris, carenti qualitate, à Teſtatore requiſita, *Deſcendentis* nomen non convenit, *vot.* 4. *nu.* 103.

Filiam excludi, ubi clara non eſt Teſtatoris voluntas, iniquum eſt, *vot.* 3. *num.* 38.

Feudum, ac emphyteuſis mixta tranſeunt ad *filios*, etiam in Legitima, vel re certa inſtitutos, *vot.* 5. *num.* 34.

Filius, tempore conditi teſtamenti, & mortis Patris nondum conceptus, poteſt ſuccedere ex vocatione ejus, qui poſt Matris obitum erit Primogenitus, *vot.* 17. *num.* 21.

Deſcendentia rectius prædicatur de *filio*, vel *filia* Primogeniti poſſeſſoris, quàm de Patruo, *vot.* 4. *num.* 29.

Filius Primogeniti ſemper præferendus eſt, etiamſi agatur de primogenitura, vivente Patre nondum delata, *vot.* 6. *num.* 21., & 29.

Filius Primogeniti ſuccedere dicitur ex propria vocatione, non autem ex jure alterius, *vot.* 6. *num.* 22.

Filios Primogeniti majores natu præferens obſervantia, plurimùm valet, *vot.* 6. *nu.* 4., Vid. *Primogenitura*, *Primogenitus*.

Filii naſcituri inſtitutio facta à Vidua, non minuit ejus adfectionem erga Eccleſiam, filio ſubſtitutam, *vot.* 21. *nu.* 54.

Filii naſcituri inſtitutio facta à Vidua, intelligenda eſt potiùs ad cautelam, quàm quia illa cogitaret de novis nuptiis, *vot.* 21. *num.* 55.

Præſertim, ſi ipſa cogitans de imminenti morte, diſpoſuerit de rebus ſuis, prout ſtatus ille expoſcebat, *ibid. num.* 56.

Alendi *filii* prohibitio à Patre facta, naturali æquitati repugnat, *vot.* 18. *nu.* 13.

Ad alendam *filiam* jam nuptam, ſi pauper ea ſit, Patris heredes in ſubſidium cogi poſſunt, *vot.* 18. *num.* 1.

FLUMEN.

Fluminis aqua converſa redire nequit ad fontem ſuum, *vot.* 4. *num.* 6.

FÆMINA.

Fœmina ob ſexus imbecillitatem, fragilitatemque vix apta eſt comparandis vitæ ſubſidiis, *vot.* 18. *num.* 10.

Facultas nominandi etiam *fœminas* Eccleſiaſticum Beneficium excludit, *vot.* 7. *num.* 2.

Fœmina finis eſt lineæ maſculinæ, & principium fœmininæ, *vot.* 4. *num.* 65.

Pro *fœminarum* excluſione ſatis eſt Maſculorum prædilectio, *vot.* 4. *nu.* 53.

Fœminas etiam comprehendit vocatio deſcendentiæ maſculinæ, *vot.* 4. *num.* 21.

Appellatione lineæ maſculinæ veniunt etiam *fœminæ*, à Maſculo deſcendentes, *vot.* 4. *nu.* 24.

Præſertim, ſi nulli extent Maſculi ejuſdem gradus, & lineæ, *ibid. nu.* 25.

Fœminæ progenitæ à Maſculo, deſcendere dicuntur per lineam maſculinam, & ſunt de deſcendentia maſculina, *vot.* 4. *nu.* 22.

Fœminæ agnatæ comprehenſio ſub lineæ maſculinæ nomine opitulari nequit deſcendentibus ab eadem fœmina, *vot.* 4. *num.* 74.

Fœminam agnatam ſub lineâ maſculinâ non comprehendi, verius eſt, *vot.* 4. *numer.* 75., & *num.* 101.

Excipe, niſi vocati, aut in conditione poſiti fuerint deſcendentes ex linea, vel per lineam, aut à linea maſculina, *vot.* 4. *num.* 76., & *num.* 101.

Fœminæ dici nequeunt de linea maſculina Avi materni, *vot.* 4. *nu.* 66.

Fœminas excluſas vocatio *deſcendentiæ maſculinæ* nullo pacto comprehendit, *vot.* 4. *num.* 79.

Fœminarum generalis excluſio, & Maſculorum prælatio idem ſunt, *vot.*2. *num.*134.
Fœminarum vocationem involvit Maſculorum prælatio, *vot.*4.*nu.*72.
Fœminarum vocatio, deficientibus Maſculis quandocumque, intelligenda eſt reſpectu Maſculorum ejuſdem lineæ, *vot.*3. *num.*29.
Fœminarum excluſionem non importat ſola Maſculorum prælatio, quoties agnationis votum deficiat, *vot.*2. *num.*127.
Et fœmina tunc ſolùm repellitur, quando adeſt Maſculus in eodem gradu, *ibid.*
Vel ſaltem in eadem linea, *ibid. num.* 128., & 130.
Fœmina in portione ſui Parentis agnato remotiore prædilecta cenſetur, *vot.*3. *num.*12.
Niſi oppoſitum ſuadeat Teſtatoris voluntas ſivè expreſſa, ſive tacita, per vehementes conjecturas, deſumptas ex ipſa diſpoſitione, *vot.* 3. *num.* 14.
Fœmina quod excludatur à Maſculo alterius lineæ, naturali æquitati repugnat, *vot.* 3. *n.*11. 28. & 30.
Fœminæ, ut excludat Maſculum alterius lineæ, favet præſumptio non turbandi naturalem ſuccedendi ordinem, *vot.* 3. *num.* 10. & 37.
Fœminæ à primogenitura maſculina non excluduntur, niſi per Maſculos ejuſdem gradus, & lineæ, *vot.*3. *num.*84., & *vot.*4. *num.*16. & 17.
Niſi agnatitia ſit, *ibid num.* 35.
Fœmina ut excludat Maſculum alterius lineæ, ſufficit, quoquomodo dubiam reddi Teſtatoris mentem, *vot.* 3. *num.*60.
Fœminas à ſucceſſione Patris excludentia *Statuta*, intelligenda ſunt, concurrente Maſculo ejuſdem lineæ, *vot.*3. *num.*63.
Fœmina, ex Regni Neapolitani juræ, nonniſi per fratrem, & Maſculum ejuſdem lineæ, à communis Parentis hereditate excluditur, *vot.* 3. *num.* 62.
Fœminas proximiores ultimo Maſculo ex linea jam admiſſa, remotiores Maſculi à primogenitura non excludunt, *vot.* 4. *num.* 13.
Niſi de contraria Teſtatoris voluntate perſpicuè appareat, *ibid. num.*14. & 30. & 41.
Veluti, ſi conſtet, Teſtatorem prætuliſſe lineam qualitatis lineæ ſubſtantiæ, *ibid. num.*15.
Fœmina, exiſtente agnationis voto, non admittitur, donec adeſt Maſculus, etiam remotior, & alterius lineæ, *vot.* 2. *num.* 124.
Fœminæ à majoratu maſculino, non autem agnatitio, excluduntur per Maſculos remotiores, etiam cognatos, *vot.*4. *num.*52.
Pro *fœminarum* excluſione latiùs patet majoratus maſculinus, quàm agnatitius, *vot.* 4. *num.* 51.
Perpetua *fœminarum* excluſio votum agnationis arguit, *vot.*3. *num.*58.
Subſidiaria *fœminarum*, ex iiſque deſcendentium, vocatio non admittitur, quoties adſit indefinita illarum excluſio, *vot.* 4. *num.* 69.
Fœminas lineæ etiam admiſſæ excludit indefinita prælatio Maſculi majoris natu, quoties res eſt de Jurepatronatus, quod primogenituræ ordine deferendum ſit, *vot.*4. *num.*37.
Fœminæ, earumque Deſcendentes in ſubſidium admittuntur, quando illorum excluſio temporaria eſt, *vot.*4. *num.*70.
Vel adſunt verba, præſeferentia ſimplicem Maſculorum prælationem, *ibid. num.*71.
Ad *fœminas* regulariter Juſpatronatus tranſitorium eſt, *vot.*2. *num.*144.
Fœminâ à Jurepatronatus excluſâ, excluditur, & ejus filius, *vot.*2. *num.*33.
A Jurepatronatus ne *fœminam* Agnatus remotior excludat, in dubio judicandum eſt, *vot.*2. *num.* 142.

FRATER.

Fratres Patri ſuccedentes, rem emphyteuticam inter ſe dividere non prohibentur, *vot.* 15. *num.* 25.
A *fratre* præſtanda eſt dos cum ipſius dotis appendicibus, veſtibus nempe, jocalibus, & his ſimilibus, *vot.*18. *num.*17.
Etiamſi Patris heres non ſit, *ibid num.* 20.
Fratris, vel ſororis pauperis alendæ obligationem jura imponunt, *vot.*18. *num.* 8.
Frater ex propriis Bonis ſupplere debet, ut ſoror vel frater inops congrua alimenta habeat, *vot.* 18. *num.*14.
Fratrem, vel ſororem pauperem alendi obligatio ſolâ æquitate nititur, *vot.*18. *num.*63.
Nec vera, & propria obligatio eſt, quæ pariat actionem, *ibid. num.*64.
Vid. *Alimenta*, *Fructus*, *Soror*.

FRAUS.

Fraudem non committit, qui ſecundùm Teſtatoris voluntatem aliquid facit, *vot.*19. *num.*50.

FRUCTUS.

Fructus Beneficii pleno jure ad Beneficiarium pertinent, *vot.*18. *num.*54.
Fructus Beneficii dicuntur detractis oneribus, *vot.* 10. *num.*10.
Intellige de oneribus realibus, *ibid. num.*11.
Ex *fructibus* Beneficii non detrahuntur onera celebrationis Miſſarum, & alia venientia ex natura ejuſdem Beneficii, *vot.*10. *num.*12.
Fructus certi, & ii etiam, qui ex proprio labore percipiuntur, uti ſunt diſtributiones quotidianæ, computandi ſunt, ut Beneficium congruum dicatur, *vot.*10. *num.*13. & 14.
Procedit, etiamſi Beneficiatus, ex aliquo accidenti onera adimplere non valens, fructuum diminutionem pateretur, *ibid. num.*15.
Fructus in Judicio Salviani, debent à poſſeſſore reſtitui à die motæ litis, *vot.* 11. *num.* 26.
Sed verius eſt, id procedere in judicio rei vindicationis, *ibid. num.*27.
Fructus in judicio rei vindicationis veniunt acceſſoriè cum ipſa re, *vot.*11. *num.*28.
Fructus in judicio ſalviani reſtituuntur à die latæ ſententiæ, *vot.*11. *num.*30.
Pro *fructibus* cenſus, deſtinati in cauſſam celebrationis Miſſarum, Rector Cappellæ rectè agit coram Judice laico, *vot.* 11. *num.* 1.
Petitio *fructuum* Cappellaniæ, jam erectæ, non reſpi-

respicit executionem piæ voluntatis, *vot.* 11. *num.*6.

Fructus Beneficii, cujus privatio ipso jure sit inducta, possessor, etiam ante sententiam declaratoriam, suos amplius non facit, & fructus perceptos restituere tenetur, *vot.* 20. *n.*43. & 44.

Fructuum applicatio Rev. Fabricæ S. Petri fit à die quo heredes pium Opus adimplere neglexerunt, *vot.*21. *num.*5.

Fructuum perceptio apud transferentem diu post translationem pensionis, sat non est ad probandum confidentiæ crimen, nisi de præcedenti conventione constet, *vot.* 23. *num.* 12.

De pacto percipiendi *fructus* etiam post translationem pensionis vir summæ dignitatis, ne quidem cogitasse censendus est, *ibid. num.*13.

Fructuum percipiendorum etiam post translationem pensionis, verisimile pactum non est, si transferens *Bononiæ*, translatarius *Romæ* in Seminario degebant, *vot.*23. *num.*14.

Ex *fructibus* Beneficii alimenta sorori pauperi decernenda sunt, *vot.* 18. *num.* 44.

Intellige,postquam à fratre percepti fuerint, *ibid.*

FUNCTIONES PAROCHIALES.

Functionibus Parochialibus non adnumeratur Sacramentalis Confessionis administratio, *vot.* 1. *num.* 16.

Parochus nullas ecclesiasticas *functiones* exercere potest in Ecclesia exempta, *vot.*1. *num.* 2.

Vid. *Ecclesia*, *Parochus*, *Privilegium*.

FUNDATIO.

Ad *fundationem* piorum Operum sacri Canones fidelium animos alliciunt, *vot.*7. *num.*35.

A *fundatione* piorum Operum fideles retrahendi non sunt metu reservationum Apostolicarum, *vot.* 7. *num.* 45.

A piis *fundationibus* ne fideles avertantur, æquitate potiùs, quàm stricto juris rigore agendum est, *vot.* 9. *num.* 31.

Fundationis documentum indubiam probationem facit, *vot.*2. *num.*154.

Fundationis instrumentum, ab Ordinario adprobatum, pleniſſimam facit probationem, *vot.*7. *num.* 1. & 78.

Fundationis instrumenti veritati præsumptiones cedere debent, *vot.*7. *num.*79.

In *fundationis* Beneficii limine adjici possunt conditiones, etiam contrariæ dispositioni Juris communis, *vot.* 7. *num.* 29. & 40.

Dummodo turpes non sint, aut impossibiles, aut contra substantiam Beneficii & Jurispatronatus, *ibid. num.* 30.

Fundatio Cappellaniæ, à Testatore demandata, absque ullà destinatione redituum, & Bonorum explenda est ex Bonis hereditariis, *vot.*21. *num.* 25.

Fundationis instrumentum quoties clarum est, provisiones Apostolicæ adferri non possunt, etiam pro interpretanda, aut declaranda Beneficii qualitate, *vot.* 7. *num.* 76.

Nisi appareat voluntas Pontificis alterandi antiquum statum, *vot.*7. *num.*77.

Ex *fundationis* instrumento quoties de statu contrario constat, Papa eò minùs præsumitur Beneficii statum alterare voluisse, *vot.*7. *n.*74. & 75.

Fundationis instrumentum adversus ultimum Beneficii statum opponi nequit, quoties res non sit integra, & Patronus non sit in Causa, *vot.* 7. *num.*108.

Fundationis instrumentum si ex casu fortuito exhiberi nequeat, an Decreti Conciliaris rigor in probanda immemorabili quoad Juspatronatus potentium servandus sit? *vot.*26. *num.*39.

FUNDATOR.

Fundatoris voluntas primis heredibus magis nota præsumitur, *vot.* 2. *num.* 119.

Fundator eximere potest Beneficium ab Apostolica reservatione ob vacationem in Curia, *vot.*7. *num.*28. & 34.

Fundatoris voluntati, præcedenter expressæ, adprobatio Ordinarii præpollet, *vot.* 2. *num.*53.

Fundator à primæva Jurispatronatus institutione, nondum ab Ordinario probata, potest recedere, *vot.* 2. *num.* 59.

A *Fundatore* Juspatronatus gentilitium in hereditarium mutari voluisse, facilè præsumitur, *vot.* 2. *num.* 69.

Fundator, de solo Jurepatronatus activo variè disponens, præsumitur de eo tantùm priorem voluntatem mutasse, *vot.*2. *num.*85.

Fundatoris voluntati magis conformis præsumitur observantia, ejus morti proxima, *vot.*2. *n.*101.

Vid. *Beneficium*, *Cappellania*, *Juspatronatus*.

G

GEMINATIO.

Geminatio magis perspicuam facit Testatoris voluntatem, *vot.*17. *num.*36.

GEMMÆ.

Gemmæ, & jocalia ex mulierum ingenio, & affectione maximi ab eisdem æstimari solent, *vot.* 21. *num.*73.

GRADUS.

Gradui equitum Ordinis Hierosolymitani commisceri non potest inferior gradus Cappellanorum, *vot.*8. *num.*11.

GRATIA.

Gratiæ concessio, in exemplum ab aliis proponi potest, *vot.*18. *num.*56. & 102.

Gratia, quæ modum, non substantiam rei spectat, facilius conceditur, *vot.*18. *num.*6.

Gratiam puram significat, qui puram, & absolutam gratiæ executionem petit, *vot.*14. *n.*90.

Gratiæ, ab alterius arbitrio pendentis, puram, & absolutam executionem petere ineptum est, *vot.* 14. *num.* 91.

Gratiam assignationis redituum si Pontifex executioni mandari jubeat, supponit, assignationem hanc ab alterius facultate non pendere, *vot.* 14. *num.* 95.

Gratiam priorem conditionalem esse, sciens, novam gratiam absolutam difficiliùs concedere præsumitur, *vot.* 14. *num.* 99.

Gratiam jam factam confirmans, novam concedere non vult, *vot.* 14. *num.* 96.
Etiamsi novam gratiam concedere exprimat, *ibid. num.* 97.
Novam *gratiam*, alicui damnosam, & à jure valde exorbitantem concedere non intendit Pontifex, Apostolicas Prædecessorum Literas confirmans, *vot.* 14. *num.* 98.
In *gratiæ* confirmatione, quæ aliquid novi concedat, peculiares clausulæ, & verba adjici solent, *vot.* 14. *num.* 94.
Gratiæ vel non solitæ, vel non facilè concedendæ exempla si desint, ab ea abstinere satius est, *vot.* 18. *num.* 50. & 102.
Gratiæ vel insolitæ, vel non facilè concedendæ cum petuntur, Summus Pontifex exempla Prædecessorum expetere solet, *vot.* 18. *num.* 49.
Ad *gratiæ* alioquin insolitæ concessionem exemplo Summum Pontificem moveri, æquum est, *vot.* 18. *num.* 53.
Gratia applicandi in causam alimentorum sororis certam partem fructuum Beneficii, quod frater obtinet, adeo insolita est, ut sinè justâ, urgentique causâ difficilè concedenda sit, *vot.* 18. *num.* 99.
Et si concederetur inaudito fratre, expedienda esset in forma commissaria, vel cum clausula = *veris existentibus narratis* =, *vot.* 18. *num.* 103.
Gratiam apostolicam obtinenti proderit ultimus status, *vot.* 7. *num.* 21.
Gratias esse mansuras maximè convenit majestati Principis, *vot.* 14. *num.* 21.
Tametsi ad partium supplicationem concessæ fuerint, *ibid. num.* 22.
Pro *gratiæ* firmitate semper capienda est interpretatio, *vot.* 14. *num.* 23. & 104.
Gratia Pontificis ut valeat, justâ concurrente causâ, non requirit usum supremæ, & absolutæ potestatis, *vot.* 18. *num.* 4. & 50.
Etiamsi causa hæc meram æquitatem præseferat, *ibid. num.* 5.
Pro *gratiæ* firmitate, quoties ea aperto subreptionis, & obreptionis vitio laborat, interpretatio sumi nequit, *vot.* 14. *num.* 104.
Gratia resignationis infecta subreptionis vitio, Beneficii statum efformare non valet, *vot.* 7. *num.* 82.
Gratiæ antecedentis modus, & conditio non expressa, posteriorem gratiam vitiat, *vot.* 14. *num.* 100.
Universam *gratiam* inficit obreptio, seu falsi narratio, *vot.* 14. *num.* 85.
Gratia subreptitia executioni demandari nequit, *vot.* 7. *num.* 61., & *vot.* 14. *num.* 38.
A *gratiæ* nullitate non excusat falsi expressio, ignoranter facta, *vot.* 14. *num.* 103.
Ad *gratiæ* obreptionem vitandam non sufficit, eum, qui assignationem redituum narravit, de assignatione facultativa, & conditionali intellexisse, *vot.* 14. *num.* 93.
Gratiam subreptitiam reddit reticentia ejus, quo exposito, eadem denegata, vel difficiliùs concessa fuisset, *vot.* 7. *num.* 60.
Gratiam subreptitiam non reddit, quod, etiamsi fuisset expressum, difficiliorem gratiam non reddidisset, *vot.* 14. *num.* 17.
Gratia, quæ concedatur in forma commissaria, vel cum clausula = *veris existentibus narratis* = judicialem rei cognitionem requirit, *vot.* 18. *num.* 105.
Gratia dudum jam executioni demandata, faciliùs justificata præsumitur, *vot.* 14. *num.* 37.
Gratia tertio nocens, dolo extorta præsumitur, non verò ex deliberata Pontificis voluntate, *vot.* 14. *num.* 51.
Gratia alicui damnosa, inaudito eo, executioni mandari non potest, *vot.* 14. *num.* 35. & 89.
Gratia erogandi reditus Montis Pietatis in commodum Seminarii executioni demandari nequit sinè citatione illius, de cujus præjudicio agitur, *vot.* 13. *num.* 34.
Gratiam erogandi reditus Montis Pietatis pro Seminario difficillimè, nec, nisi auditis Partibus, Papa concessisset, si novisset, obfuturam eidem Monti, & pauperibus puellis, *vot.* 14. *num.* 48.
Ad *gratiæ* concessionem Pontificem movere non potest narratio deliberationis, ab Administratoribus Montis Pietatis in Consilio habitæ, nisi de valida deliberatione intelligatur, *vot.* 14. *num.* 70. & 71.
Gratiam applicandi reditus Montis Pietatis in Seminarii commodum, sed in damnum ipsius Montis, & pauperum puellarum, facilio'em non reddit consensus Curatorum ejusdem Montis, *vot.* 14. *num.* 56.
Gratia retentionis Beneficiorum promotis ad Episcopatum concedi solet sub titulo Commendæ, eàque lege, ut, illo defuncto, nullus alius, præter Romanum Pontificem, de iisdem Beneficiis disponere possit, *vot.* 7. *num.* 7.
Decretum apponi solitum in similibus *gratiis*, appositum fuisse præsumitur, *vot.* 7. *num.* 8.
Gratia retinendi Episcopatus, & Canonicatus pro decenti Episcopi sustentatione, respicit fructuum perceptionem, tamquam finalem causam, *vot.* 13. *num.* 16. & 20.
Gratia pro præsentato inexequibilis redditur, non docto de præsentatione facta à medietate Patronorum, *vot.* 22. *num.* 1.

GUBERNATOR.

A *Gubernatore* Loci in favorem Baronis emissa enunciatio præsentationis, suspicione non vacat, *vot.* 26. *num.* 65. & 132.

H

HEREDITAS.

Ex *Hereditate*, pio Loco relicta, Canonica portio Episcopo debetur, *vot.* 19. *n.* 35.
Hereditas Patris, instituentis heredem = *Filippo mio primogenito, o quello de' miei figliuoli, il quale sarà primogenito dopo la morte della Signora Settimia* =, ipsâ adhuc vivente, delata dici non potest, *vot.* 17. *num.* 15.

Hereditatis aditionem ſola præſentatio inducit, *vot.* 22. *num.* 45.

Hæc autem, ſi facta poſt hereditatis agnitionem, eò magis debet cenſeri hereditatio jure expleta, *d. vot.* 22. *num.* 46.

Hereditario nomine ſtipulata cenſetur tranſactio ſuper re hereditariâ, *vot.* 22. *num.* 21.

Præſertim, ſi Partes tranſigere profeſſæ ſunt, tamquam heredes Fundatoris, & hereditario jure, *num.* 22. *& ſeqq.*, Vid. *Heres*.

HERES.

Heredi multùm favet prædilectionis conjectura, *vot.* 24. *num.* 28.

Heres, & Legatarius nemo ſimul eſſe poteſt, *vot.* 17. *num.* 49.

Heredem magis, quàm Legatarium Teſtator dilexiſſe præſumitur, *vot.* 24. *num.* 59.

Heres cum onere erogandi Bona hereditaria in pios uſus, non tàm heres, quàm ſimplex Executor videtur, *vot.* 21. *num.* 67.

Primis *heredibus* magis nota Fundatoris voluntas præſumitur, *vot.* 2. *num.* 119.

Verbum = *heres* = ab Aſcendente prolatum, quod intelligatur de filio, novum non eſt, *vot.* 2. *num.* 5.

Sive in fideicommiſſis, ſivè in feudis, *vot.* 6. *num.* 60. *&* 65.

Heres, ſive ſucceſſor cum diſcretione ſexus, & qualitate maſculinitatis, intelligitur de herede ſanguinis, *vot.* 2. *num.* 14., *&* *num.* 61.

Etiamſi agatur de re ad extraneos heredes tranſitoria, *ibid. num.* 15.

Ex vocatione ſuorum *heredum*, & ſucceſſorum mutata non præſumitur Juriſpatronatus gentilitii qualitas, *vot.* 2. *num.* 9.

Aut ſaltem dicendum eſt, Juſpatronatus mixtum eſſe conſtitutum, *ibid. num.* 10.

Heredem in Legitima quem eſſe inſtitutum, ſufficit, ne à Jurepatronatus mixto excludatur, *vot.* 5. *num.* 27.

Intellige reſpectu aliorum Patronorum, non autem reſpectu Teſtatoris, *ibid. num.* 28.

Contrarium, quod ſufficiat, heredem eſſe in Legitima, vel re certa reſpectu Teſtatoris, *ibid. num.* 31.

Heres ſanguinis, ut Juripatronatus mixto ſuccedat, ſufficit, per eum non ſtare, quominùs ſit etiam heres Bonorum, *vot.* 5. *num.* 32.

Ad *heredes*, licèt inæqualiter inſtitutos, Juſpatronatus, velut individuum, æqualiter tranſit, *vot.* 5. *num.* 33.

Heredum, & ſucceſſorum appellatione veniunt etiam heredes particulares, *vot.* 5. *num.* 35.

Heredis appellatione in Jurepatronatus intelligitur heres ſanguinis, *vot.* 2. *num.* 8.

Heredis, & ſucceſſoris nomen in Jurepatronatus intelligitur etiam de extraneo, *vot.* 2. *num.* 44. *&* 66.

Ad *heredes* etiam extraneos tranſit Juſpatronatus *pro ſuis heredibus* fundatum, *vot.* 2. *num.* 68. *&* 118.

Heredibus, & Succeſſoribus reſervatum Juſpatronatus, gentilitium non eſt; *vot.* 2. *num.* 45.

Præſertim, ſi addatur particula = *in perpetuum* = ſive = *in infinitum* =, *ibid. num.* 46.

Inter *heredes* facta diviſio vocum juxta hereditatis quotas, Juſpatronatus hereditarium eſſe, demonſtrat, *vot.* 22. *num.* 12.

Ab *heredibus* factæ præſentationes juxta hereditatis quotas, Juſpatronatus hereditarium eſſe, oſtendunt, licèt effectum ſortitæ non fuerint, *vot.* 22. *num.* 143.

Heres ut, quantominùs fieri poteſt, gravatus intelligatur, interpretatio ſumenda eſt, *vot.* 24. *num.* 60.

Etiamſi agatur de Legato relicto conjunctæ, & prædilectæ perſonæ, *vot.* 24. *num.* 61.

Heredem inſtitutum Teſtator gravare noluiſſe cenſetur ſubſidio dotali majore, quàm in Patria ſolvi conſueverit, *vot.* 24. *num.* 31.

Præſertim, ſi dotale ſubſidium ſupplendum eſſet ex Bonis, à Teſtatore deſtinatis pro dotatione Monaſterii, heredis inſtituti, *ibid. n.* 32.

Heredi impoſitum fuiſſe à Teſtatore onus majus illo, quod ferre potuiſſet, veriſimile non eſt, *vot.* 24. *num.* 22.

Heredes Patris in ſubſidium cogi poſſunt ad alendam filiam jam nuptam, ſi ea pauper ſit, *vot.* 18. *num.* 1.

Heres, penes quem res legata non extat; cedendo actiones, liberatur, *vot.* 21. *num.* 114.

Heres Legato annuæ quantitatis pro dote Cappellaniæ non ſatisfacit, aſſignando fundum, *vot.* 9. *num.* 7.

Heres traditione Bonorum conſtituentium annuum reditum legatum, ab omni onere & periculo liberatur, *vot.* 9. *num.* 11.

Nec ob decrementum, poſtea ſecutum, ad aliquid ſupplendum teneretur, *ibid. num.* 12.

Heres an jus habeat eligendi ſolutionem Legati annui reditus in pecunia, vel in ſpecie? *vot.* 9. *num.* 13.

Heres facultatem habet præſtandi Legatum annui reditus in pecunia, quoties id in tranſactione fuerit conceſſum, *vot.* 9. *num.* 14.

Heredi inſtituto cum onere = *di pregare, e far pregare &c.*, *nel modo però, che a loro più piacerà* = facultas, pia Opera eligendi, liberè tributa cenſetur, *vot.* 19. *num.* 44.

Heredis damno cedit interitus, vel diminutio annui reditus, præſtandi ex tota hereditate, *vot.* 9. *num.* 24.

Heredes ſi Bona, *demonſtrativè* deſignata pro erectione Monaſterii, non ſufficiant, ex aliis Bonis ſupplere tenentur, *vot.* 21. *num.* 1., *&* 9.

Secus verò, ſi Bona deſignata, *taxativè* relicta eſſent, *vot.* 2. *num.* 94., *&* 117.

Heres ad Legati *demonſtrativi* præſtationem principaliter obligatur, *vot.* 21. *num.* 103.

In Legato è contra *taxativo* res ipſa eſt, quæ obligatur, *ibid. num.* 104.

Heres inſtitutus in uſufructu, alio poſt illius mortem in proprietate inſtituto, an interim dicatur heres univerſalis, gravatus alteri reſtituere, ardua eſt quæſtio, *vot.* 17. *num.* 18.

Hanc tamen eſſe voluntatis quæſtionem ex conjectu-

jecturis definiendam, omnes tradunt, *ibid. num.* 19.

Heredem inſtitutam in uſufructu, pro herede univerſali habendam eſſe, ſuadet indefinita vocatio ejus, qui poſt illius mortem erit primogenitus, *vot.* 17. *num.* 20.

Heredis primogeniti, poſt obitum Matris uſufructuariæ ſucceſſuri, inſtitutio, conditionem habet, ſi Matri ſupervixerit, *vot.* 17. *num.* 17.

Heredi ne ab initio proprietas adquiratur, impedit conditio inſtitutioni adjecta, *vot.* 17. *n.* 24.

Heres uſufructuaria honorata per verba = *Heredem inſtituo* = ab initio etiam in proprietate inſtituta cenſetur, *vot.* 17. *num.* 28.

Vid. *Depoſitum, Legatum, onus, quantitas, reditus, ſubſidium*.

HOSPITALE.

Hoſpitalis adminiſtratio, & alia pia Opera Eccleſiaſtica, Beneficii titulo deſtituta, non ſubjacent Apoſtolicis reſervationibus, etiam vacationis in Curia, *vot.* 7. *num.* 37.

HYPOTHECA.

Hypothecæ reſolutionem importat receptio partis pretii Bonorum venditorum, *vot.* 11. *num.* 20. Intellige, ſi Creditor receperit ſciens, eſſe pretium rei, pro ipſo dimittendo venditæ, non verò ſi receperit velut partem debiti ab ipſo Debitore de ſuis Bonis, aut pecuniis, ſibi hypothecatis, *ibid. num.* 21.

I

IGNORANS, IGNORANTIA.

Ignorantibus, & agere non valentibus ſilentium diuturnum non nocet, *vot.* 23. *num.* 21.

Ignoranti translationem penſionis objici nequit, quod illam diù non exegerit, *vot.* 23. *num.* 20.

Ignoranter facta falſi expreſſio, excuſat à dolo, *vot.* 14. *num.* 102.

Non tamen à nullitate gratiæ, *ibid. num.* 103., Vid. *Gratia*.

Ignorantia Patronorum allegari nequit adverſus immemorabilem, & centenariam præſcriptionem, *vot.* 7. *num.* 18., Vid. *Præſcriptio*.

IMMEMORABILIS.

Immemorabilis, & centenaria pro ſynonimis quodammodo habentur, *vot.* 26. *num.* 53.

Immemorabili præſcriptioni centenaria æquiparatur, *vot.* 7. *num.* 17., & *vot.* 8. *num.* 22.

Immemorabilis præſcriptio præfert quemlibet novum titulum etiam novæ erectionis Rectoriæ in Beneficium Eccleſiaſticum, *vot.* 7. *num.* 16.

Immemorabilis, & centenaria poſſeſſio quemcumque validiorem titulum præbet gradui Equitum Hieroſolymitanorum pro excludendis à Commenda Fratribus cappellanis, *vot.* 8. *n.* 21.

Immemorabili, & centenariæ præſcriptioni ea vis ineſt, ut actus ſemper legitimè geſtus præſumatur, *vot.* 7. *num.* 19.

Nec impugnari queat ex defectu poteſtatis, *ibid. num.* 20.

Adverſus *immemorabilem*, & centenariam præſcriptionem ignorantia Patronorum allegari nequit, *vot.* 7. *num.* 18.

De *immemorabili*, aut centenaria niſi doceat, Baro, fruſtra Juſpatronatus aſſerit, *vot.* 26. *n.* 139. Vel niſi adferat authenticas Scripturas duarum ſaltem præſentationum, quæ per ſpatium 50. annorum effectum ſortitæ fuerint, *ibid. nu.* 140.

Immemorabilis ex antiquis Scripturis regulariter non probatur, *vot.* 26. *num.* 55.

Immemorabilis præſentandi poſſeſſio probari debet per Teſtes, non verò per Scripturas, *vot.* 26. *num.* 47.

Ad probandam *immemorabilem* præſentandi poſſeſſionem, Teſtes, deponere debent de viſu proprio per annos quadraginta, & quod ab ipſis, eorumque Majoribus nil umquam in contrarium viſum, & auditum fuerit, *vot.* 26. *nu.* 46.

Immemorabilis poſſeſſionis vis conſiſtit in eo, quod nihil umquam fuerit viſum, vel auditum in contrarium, *vot.* 26. *num.* 48.

Immemorabilis probatio per Scripturas tutior reputanda eſt, *vot.* 26. *num.* 51.

Immemorabilis probatio per Scripturas admittitur etiam quoad Juſpatronatus potentium, *vot.* 26. *num* 52.

Immemorabilem quoad Juſpatronatus potentium non probari per Teſtes, & per enunciativas præſentationum, adeò certum eſt, ut *Sacra Rota* contra Informantem reſponderit, *vot.* 26. *num.* 73.

Immemorabilem probant Scripturæ, quæ, nullâ factâ mentione principii adquiſitionis, immemorabilem ipſam ſæpiùs enunciant, *vot.* 26. *num.* 57.

Item, quæ rerum geſtarum ſeriem demonſtrant per tempus, hominum memoriam excedens, ita connexam, & continuatam, ut contrariam obſervantiam excludant, *ibid. num.* 58.

In probanda *immemorabili* quoad Juſpatronatus potentium an ſervandus ſit rigor Decreti Conciliaris, quando allegatur titulus fundationis, cujus tamen inſtrumentum exhiberi nequit ex caſu fortuito? *vot.* 26. *num.* 39.

Immemorabilem non probant Scripturæ, quæ originem tituli præſeferunt, vel contrariam obſervantiam neceſſariò non excludunt, *vot.* 26. *num.* 56.

IMMISSIO.

Immiſſio in poſſeſſionem omnium Bonorum uni creditori concedi non debet, quando alii anteriores creditores dimiſſi fuerunt ex poſſeſſorum pecunia, *vot.* 11. *num.* 22.

Immiſſionem Creditor conſequi nequit ſuper Bonis alterius, quàm Debitoris, *vot.* 11. *num.* 31.

Vid. *Bona, Creditor, Depoſitum, Pretium*.

IMMUNITAS.

Privilegii *immunitatis* ceſſante cauſâ, æquum eſt, ut privilegium etiam ceſſet, *vot.* 10. *nu.* 9.

Vid. *Bona, collectæ, Clericus, exemptio, privilegium*.

IMPETRANS, IMPETRATIO.

Impetrans Beneficium tamquàm vacans in Curia, exprimere tenetur legem fundationis, excluden-

dentis quaſcumque reſervationes, *vot.*7. *nu.*58.
Ab *Impetrante* Beneficium, tamquam vacans in Curia, Juriſpatronatus laicalis mentio facienda eſt, *vot.* 7. *num.* 55.
In *impetratione* Beneficii, tamquam vacantis in Curia, Juriſpatronatus laicalis derogatio neceſſaria eſt, *vot.* 7. *num.* 56.
Aliter gratia ob ſubreptionis vitium irrita redditur, etiam conceſſa motu proprio, *ibid. nu.*57.
Vid. *Beneficium*, *gratia*.

INCAPAX.

Aliquem *incapacem* eſſe ſuccedendi, & tamen conditionis, alterius vocationi adjectæ, eventum impedire, inconveniens non eſt, *vot.* 17. *num.*68.

INCLUSIO.

Incluſio unius in actibus compatibilibus non eſt excluſio alterius, *vot.* 2. *num.* 159.

INSTITUTIO.

Inſtitutio infertur ex onere reſtituendi etiam in proprietate, *vot.* 17. *num.* 44.
Inſtitutio heredis primogeniti, poſt obitum Matris uſufructuariæ ſucceſſuri, conditionem habet = *ſi Matri ſupervixerit* =, *vot.* 17. *num.* 17.
Inſtitutio in uſufructu = *durante ejus vitâ naturali* = importat etiam inſtitutionem in proprietate, *vot.* 17. *num.* 40.
Inſtitutum aliquem fuiſſe vitâ durante, & gravatum reſtituere poſt mortem, in idem recidunt, *vot.* 17. *num.* 43.
Vid. *Heres*, *uſufructuarius*, *uſusfructus*.
Inſtitutio filii naſcituri facta à Vidua, intelligenda eſt potiùs ad cautelam, quàm, quia illa cogitaret de novis nuptiis, *vot.* 21. *num.* 55.
Præſertim, ſi ipſa cogitans de imminenti morte, diſpoſuerit de rebus ſuis, prout ſtatus ille exposcebat, *vot.* 21. *num.* 56.
Inſtitutio filii naſcituri facta à Vidua, non minuit ejus affectionem erga Eccleſiam, filio ſubſtitutam, *vot.*21. *num.* 54.
Inſtitutionis titulo quis conſequens omnem Teſtatoris ſubſtantiam, prædilectus ab eo cenſetur, *vot.* 4. *num.* 29.
Præſertim, ſi Teſtator Monaſterium inſtituens, contemplatus fuerit pietatem Operis, & favorem animæ ſuæ, *ibid. num.* 30.
Inſtitutio reſervata Epiſcopo intelligenda eſt ſecundùm ſubjectam materiam, itaùt contineat quemcumque modum providendi, *vot.* 7. *num.* 112.
Inſtitutio ab Ordinario data alicui, tamquam adprobato in concurſu, præſentationis admiſſionem excludit, *vot.* 26. *num.* 84., *&* *nu.*122.

INSTRUMENTUM.

Inſtrumentum fundationis, ab Ordinario adprobatum, pleniſſimam probationem facit, *vot.*7. *num.* 1., *&* 78.
Adverſus ultimum Beneficii ſtatum opponi nequit fundationis *Inſtrumentum*, quoties res non ſit integra, & Patronus non ſit in Cauſa, *vot.*7. *num.* 108.
Inſtrumenti poſſeſſionis ſimplex copia, quæ authentica non ſit, non prodeſt ad probandam centenariam præſentandi poſſeſſionem, *vot.*26. *num.*62.
Eamdemque nec probat ſimplex inſtrumenti copia, quæ præſentationem factam ſolum enunciet, *ibid. num.* 63. 67., *&* 74.
Inſtrumentum fundationis quoties ex caſu fortuito exhiberi nequeat, an Decreti Conciliaris rigor in probanda immemorabili quoad Juſpatronatus potentium ſervandus ſit? *vot.* 26. *num.* 39.

INTERPRETATIO.

Quæ certam ſemper *interpretationem* habuerunt, mutanda non ſunt, *vot.* 14. *num.* 64.
Interpretatio ſolùm de re dubia eſſe poteſt, *vot.*14. *num.* 106.
Omnis capienda *interpretatio* eſt, ut permiſſum aliquod dicatur, *vot.* 24. *num.* 4.
Interpretatio ea ſumi debet, quà minùs recedi videatur à priori diſpoſitione, *vot.* 2. *num.* 11.
Interpretatio voluntatis ſumenda eſt ex priori diſpoſitione, licèt non ſolemni, & effectum non ſortita, *vot.* 2. *num.* 13.
Interpretatio ea capienda eſt, quà numquam intercidat Teſtatoris voluntas, & quæ in benigniorem partem trahatur, *vot.* 24. *num.* 39.
Interpretatio voluntatis ea ſumenda eſt, quà munificentiâ Teſtatoris æqualiter in omnes exerceatur, *vot.* 24. *num.* 42.
Interpretatio voluntatis ea ſumi debet, quæ conformis eſt menti Legis, *vot.* 24. *num.* 43.
Interpretatio illa capienda eſt, quà emphyteuſis verba ſuperflua non ſint, *vot.* 15. *num.* 82.
Præſertim, ſi adjecta in parte diſpoſitiva, *ibid. num.* 83.
Interpretatio illa capienda eſt, quam ſubſecutus uſus confirmavit, *vot.* 14. *num.* 66.
Etiamſi ſenſus, ab obſervantia comprobatus, verbis minùs congrueret, *ibid. num.* 67.
Interpretatio, quæ uſu probatur, & coadjuvatur ratione, facilius amplectenda eſt, *vot.* 14. *num.* 68.

INVERISIMILE.

Inveriſimile eſt, ſpatio longiſſimi temporis negligi, quod negligi, non expedit, nec ſolet, *vot.*14. *num.* 59.

INVESTITURA.

Inveſtitura, & Laudemium petuntur, ut his Dominus adprobet Emptorem in locum Emphyteutæ poſitum, *vot.* 15. *num.* 87.
Novam *inveſtituram* ſumere non tenentur Cives, in emphyteuſi comprehenſi, dum ab exteris Bona emunt emphyteutica, *vot.* 15. *num.* 85.
Neque hac ex cauſſa Laudemium ſolvere, *ibid. num.* 86.
Vid. *Eccleſia*, *Emphyteuſis*, *Emphyteuta*, *Judex*.

JOCALIA.

Jocalia, & gemmæ ex mulierem ingenio, & affectione, maximè ab iis æſtimari ſolent, *vot.*21. *num.* 73.

JUDEX.

Judicis officium opitulatur ſorori pauperi, deſtitutæ actione, pro alimentis conſequendis, *vot.* 18. *num.* 65., *&* 73.
Ex mero *Judicis* officio debita alimenta, præſtanda

da ſunt ſecundùm ſolam naturalem indigentiam, non verò ſecundùm ſtatus dignitatem, *vot.* 18. *num.* 82.
Secus verò, ſi agatur de alimentis, quæ jure actionis debentur, *ibid. num.* 38., Vid. *Frater, fructus*.
Coram *Judice* laico rectè ab Eccleſia convenitur ejus Emphyteuta pro ſolutione Canonum, *vot.* 11. *num.* 8.
Coram *Judice* laico rectè agit Cappellæ Rector pro fructibus cenſus, deſtinati in cauſſam celebrationis Miſſarum, *vot.* 11. *num.* 1.
Coram *Judice* laico Poſſeſſores laici conveniri debent, *vot.* 11. *num.* 3.
Coram *Judice* laico Cauſa inter Decimatorem, & fructuum decimalium conductorem rectè agitur, ſi ſolos reſpiciat fructus, non verò, ſi titulum, aut rem decimalem, *vot.* 11. *num.* 9.
Judici laico facultatem cognoſcendi Cauſas Eccleſiaſticas vel privativè, vel cumulativè tribuens conſuetudo, vel privilegium, à *Concil. Trident.* ſublata non eſt, *vot.* 11. *num.* 13.

JUDICIUM.

Judicium Salviani intentatur pro conſequendis fructibus, *vot.* 11. *num.* 29.
Et in eo fructus reſtituuntur à die latæ ſententiæ, *ibid num.* 30.
In *judicio* rei vindicationis fructus veniunt acceſſoriè cum ipſa re, *vot.* 11. *num.* 28.
In *judicio criminali* extractio Scripturæ à privato Monaſterii Archivio fieri debet cum compulſoria, & citatione Partis, *vot.* 16. *num.* 41.

JURISDICTIO.

Vocata deſcendentiâ maſculinâ fratris ſui excluſis fœminis, frater dicitur primus *ſtipes*, unicam lineam conſtituens, *vot.* 4. *num.* 80.
Nec cenſetur fieri tranſitus, inſpecto hoc ſtipite, de linea ad lineam, *ibid. num.* 81.
Nec Maſculi prælatio intelligenda eſt reſpectu fœminæ ejuſdem lineæ dumtaxat, *ibid. nu.*82., & 88.
Etiamſi agatur de diſpoſitione facta a transverſali, *ibid. num.* 83.

SUBREPTIO.

Subreptione gratia vitiatur, nec executioni demandari poteſt, *vot.* 14. *num.* 38.
Subreptionis vitio infecta reſignatio, Beneficii ſtatum efformare non valet, *vot.* 7. *num.* 82.
Subreptio ſemper ineſſe dicitur, quoties Papa ignorare potuit qualitatem aliquam, difficiliùs moventem ad conceſſionem gratiæ, *vot.* 14. *num.* 47.
Subreptitiam gratiam reddit reticentia ejus, quo expoſito, denegata, vel difficiliùs conceſſa gratia fuiſſet, *vot.* 7. *num.* 60.
Subreptitiam gratiam efficit reticentia deſtinationis redituum Montis Pietatis ad certos uſus, *vot.* 14. *num.* 39.
Ad *ſubreptionem* evitandam ſufficit, ſi quod omiſſum eſt, veniat in neceſſariam conſequentiam ejus, quod expreſſum fuit, *vot.* 14. *num.* 12.
Subreptitiam gratiam non reddit, quod, etiamſi expreſſum fuiſſet, difficiliorem gratiam non reddidiſſet, *vot.* 14. *num.* 17., & 40.
Pro excludenda *ſubreptione* ſatis eſt, Papam de iis, quæ ſibi narrata non fuerunt, cogitare potuiſſe, *vot.* 14. *num.* 14.
Ad *ſubreptionem* excludendam generica Pontificis cogitatio non ſufficit, *vot.* 14. *num.*46.

SUBROGATIO.

Pro *ſubrogatione* Beneficii in patrimonii locum inſtare Communitas poteſt, *vot.* 10. *num.* 36.
Subrogationem patrimonii ſacri ſola efficit Epiſcopi authoritas, *vot.* 10. *num.* 29.
Subrogatio patrimonii ſacri ut valeat, ſufficit Epiſcopi authoritas, *vot.* 10. *num.* 32.
Subrogatio alterius tituli donec ab Epiſcopo fiat, patrimonium ſacrum gaudet exemptione à gabellis, *vot.* 10. *num.* 25.
Subrogatione alterius tituli ab Epiſcopo nondum factâ, prior patrimonii titulus perdurare dicitur, *vot.* 10. *num.* 22. 24. 30., & 34.
Subrogationi alterius patrimonii cum iiſdem privi-

vilegiis competentibus patrimonio, ab initio constituto, locus esse nequit, extincto ejusdem titulo per assecutionem Beneficii, *vot.* 10. *nu.*7.

SUBROGATUM.

Subrogatum iisdem gaudet privilegiis rei, in cujus locum subrogatur, *vot.* 10. *num.* 27.

Etiamsi versemur in materia stricta, & correctoria, *ibid. num.* 28.

SUBSIDIUM.

Subsidium dotale debetur puellæ, etiamsi eligat Monasterium extra Patriam, quoties Testator id non prohibuit, *vot.* 24. *num.* 1.

Subsidium dotale non præsumitur constitutum in ea quantitate, quæ præstari soleat Monasterio, à puella electo, *vot.* 24. *num.* 24.

Subsidium dotale in ea quantitate præstandum est, quà omnibus puellis à Testatore vocatis, consultum sit, *vot.* 24. *num.* 41.

De *subsidii* dotalis quantitate in Patria sua præstari solita, Testatorem cogitasse, verisimile est, *vot.* 24. *num.* 46.

Non verò de iis dotibus, quæ amplissimis Monasteriis extra Patriam tradi solent, *ibid. n.* 47.

Subsidia dotalia pro nuptiis spiritualibus ex verosimili Testatoris voluntate statuenda sunt secundùm regulas dotis constituendæ nubentibus in seculo, *vot.* 24. *num.* 51.

Subsidiorum concessiones pro nobilibus Familiæ Justinianæ, ex Insula Chiensi ejectis, & aliis Consanguineis memorantur, *vot.* 18. *num.* 52.

Ob concessionem *subsidiorum* pro nobilibus Justinianæ familiæ lites plurimæ agitatæ sunt, *vot.* 18. *num.* 106.

Vid *Dos*.

SUBSTITUTIO.

Substitutio, non quæ caduca effecta fuerit, sed cujus conditio extitit, spectanda est, *vot.* 21. *num.* 58.

Substitutioni inest tacita conditio: si tempore obitus heredis gravati substitutus superstes sit, *vot.* 21. *num.* 59.

Substitutio disjunctiva Petri, aut illius, qui tempore obitus usufructuariæ futurus esset primogenitus, tacitam habet conditionem: si usufructuariæ superstes fuerit, *vot.* 17. *num.* 23.

Substitutio reciproca in dubio non præsumitur, *vot.* 3. *num.* 2.

Substitutio de linea ad lineam non præsumitur, *vot.* 3. *num.* 4.

Atque ut excludatur, quælibet interpretatio sumenda est, *ibid. num.* 5., & 83.

Substitutio reciproca inter heredes, & descendentes intelligenda est respectu lineæ uniuscujusque heredis gravati, *vot.* 3. *num.* 6. 13., & 20.

Præsertim, quando non agitur de excludendo Extraneo, sed fœmina proximiori, *ibid. nu.*7.

Substitutio reciproca de linea ad lineam pro excludendo extraneo facilè præsumitur, *vot.* 3. *num.* 8.

Substitutioni reciprocæ Jurispatronatus de linea ad lineam numquam locus fit, nisi fuerit expressa, vel ab expressis necessariò inferatur, *vot.* 3. *num.* 21.

Pro *substitutione* reciproca de linea ad lineam excludenda conjecturæ referuntur, *vot.* 3. *num.* 19.

Pro inducenda in Jurepatronatus reciproca *substitutione* de linea ad lineam sufficiens non est prælatio Masculorum, *vot.* 3. *num.* 22.

Substitutionem reciprocam linearum non inducit vocatio Masculorum, ac perpetua fœminarum exclusio, *vot.* 3. *num.* 25., & 31.

Substitutio reciproca linearis inter Descendentes faciliùs admittitur, *vot.* 3. *num.* 39.

Sed necessariæ sunt conjecturæ, eam suadentes, *ibid. num.* 40.

Reciprocam *substitutionem* inducit vocatio descendentiæ masculinæ inter descendentes omnium linearum, *vot.* 4. *num.* 87.

Substitutionem reciprocam linearum non inducit sola agnationis contemplatio, *vot.* 3. *num.* 26.

Ad reciprocam *substitutionem* inducendam de linea ad lineam exclusis fœminis, sola quandoque agnationis contemplatio sufficit, *vot.*3.*n.*23.

In *substitutione* reciproca lineari votum agnationis totum operatur, *vot.*2. *num.* 143.

Linearis reciproca *substitutio* inter Masculos omnes agnatos ex agnationis voto inducta censetur, *vot.* 2. *num.* 125.

Substitutio reciproca de linea ad lineam inter agnatos admittenda est, si Testator voluerit, Bona sua perpetuò inter Masculos, & in agnatione conservari, *vot.* 3. *num.* 15.

Substitutionis reciprocæ de linea ad lineam inter agnatos conjecturæ adferuntur, *vot.*3. *num.*16., & 56.

Et hujusmodi conjecturæ conjunctim accipiendæ sunt, *ibid. num.* 17.

In *substitutionis* reciprocæ de linea ad lineam conjecturis præcipuè locum habet regula, quod singula, quæ non prosunt, unita juvant, *vat.* 3. *num.* 18.

Pro *substitutione* reciproca lineari inter Descendentes ab unico filio instituto leviores conjecturæ sufficiunt, *vot.*3. *num.*43., & 49.

SUBSTITUTUS.

Substitutus, ut excludatur, attenditur solum factum, an aliquis supersit ex linea prædilecta, non verò an ille capax sit succedendi, *vot.*17. *nu.*67.

SUBVENIRE.

Qui alteri *subvenit*, ut statum, dignitatemque suam retineat, pium opus exercere dicitur, *vot.* 18.*num.*42.

Subveniendum magis est his, quibus pudor est ab aliis sumptum poscere, *vot.* 18. *num.* 31., & 80.

SUCCESSIO.

In *successionibus* Prætor constituit Liberorum, Agnatorum, & Cognatorum ordinem, *vot.* 6. *num.*17.

Et

Et hic ordo in primogenituris ſervandus eſt, *ibid. num.* 18.

Succeſſio ad ſequentes in gradu ſtatim devolvitur per mortem civilem inductam ex profeſſione in Religione incapaci, *vot.*17. *num.*77., & 78.

Cum hæc mors civilis morti naturali æquiparetur, *ibid. dict. nu.*77.

Contrarium *nu.* 79. ; Hæc enim æquiparatio locum non habet, niſi in caſibus à jure expreſſis, *eod.num.*79.

Et mors civilis ex Religioſa profeſſione inducta, non æquiparatur morti naturali quoad ademptionem jurium legitimæ ſucceſſionis, *ibid. num.*80.

Sed expectanda eſt mors naturalis, *ibid. num.*81.

Succeſſionis diſcretivæ regula in qualibet linea urget, quando plures ab initio filii inſtituti fuerunt, *vot.*3. *num.*45.

Succeſſionis diſcretivæ regula obtinet in qualibet linea plurium filiorum, ab initio inſtitutorum ſive ab herede, ſive ab extraneo, *vot.* 3. *num.* 48.

Succeſſio jam delata ad unam lineam, donec ex ea ſupereſt perſona capax, non defertur ad aliam, *vot.*5. *num.*5., & 94.

Succeſſio Juriſpatronatus defertur adinſtar fideicommiſſariæ, vel primogenialis hereditatis, *vot.*4. *nu.*3.

Succeſſio Juriſpatronatus defertur juxta regulas fideicommiſſi, feudi, & emphyteuſis, *vot.* 2. *num.* 24.

Succeſſio Juriſpatronatus mixti ſuperſtitibus defertur ex judicio, & providentia Teſtatoris, *vot.* 2. *num.* 18.

Succeſſionem Juriſpatronatus mixti intervertere nequit ſucceſſor intermedius, *vot.*2.*nu.*19.

Sicut nec ſucceſſionem feudi, *ibid. num.*20.

Vocati ad Juſpatronatus mixtum *ſuccedunt* in ſtirpes, & non in capita, *vot.*5.*nu.*37.

Et ſufficit, quod habeant qualitatem hereditariam reſpectu primi adquirentis, ſive Fundatoris, *ibid. num.*38.

Succedendi perpetuus ordo in Jurepatronatus primùm pro Maſculis, ac deinde pro fœminis inſtitutis, denotat jus omninò certum, non ſpem ſuccedendi, *vot.*5.*nu.*19.

Et ex ejuſmodi ordine ſucceſſio per fideicommiſſum inducta cenſetur, *ibid. num.* 20.

In *ſucceſſione* Commendæ, quæ primogenituræ ordine defertur, Nepos Patruum excludit, *vot.*6. *num.*8. 35., & 40.

SUCCESSOR.

A *Succeſſoribus* poteſt Juſpatronatus gentilitium mutari in hereditarium, at non è contra, *vot.*2. *num.*57.

Sub nomine *Succeſſorum* veniunt heredes omnes etiam extranei, *vot.* 22. *nu.* 28.

Vid. *Feudum*, *Juſpatronatus*.

SUPERFLUITAS, SUPERFLUUM.

A *ſuperfluitate* ductum argumentum leve eſt, *vot.* 3. *num.* 69.

Superflua non ſunt, quæ tollendæ dubitationis cauſâ exprimuntur, *vot.*3. *num.* 70.

Vel quæ exprimunt id, quod tacitè inerat, *ibid. num.*71.

SUPERSTES.

Superſtitis non capacitas, ſed exiſtentia eſt, quæ Subſtitutum excludit, *vot.*17. *nu.*67.

SUPPLICATIO.

In *ſupplicatione* ſi mentio Juriſpatronatus facta eſt per verba = *quatenus exiſtat* =, illud neque à Partibus, neque à Papa probatum cenſetur, *vot.*26. *num.*98., & 112.

Supplicatio à Sanctiſſimo ſignata pro obtinenda nova collatione Parochialis, obtentæ in concurſu, nullâ factâ mentione Juriſpatronatus, illud potiùs excludit, *vot.* 26. *nu.*93.

In *ſupplicatione* pro nova Parochialis collatione narrans, eam in concurſu obtinuiſſe, narraſſet quoque præſentationem de ſe factam, ſi de ejus veritate non dubitaſſet, *vot.*26.*nu.*94.

Immo eam diſpoſitivè, ac ſpecificè, non verò conditionaliter exprimere debuiſſet, *ibid.* & *num.* 100.

SUSPICIO.

Sola *ſuſpicio* in civilibus ſufficit ad adimendam fidem ſcripturis, *vot.*26. *nu.*90.

SYNODUS.

Synodus, quæ ſubventionis ſolutionem demandat, eam non ſtatuit, *vot.*14. *num.* 109.

T

TACITUM.

A *Tacito* & præſumpto contra id, quod expreſſum eſt, nunquam argumentum ſumitur, *vot.* 21. *nu.*48.

TEMPUS.

Temporis longioris adjectio pro unius Legati adimplemento referri poteſt ad amplitudinem, & magnitudinem operis, quæ majores opes expoſcat, *vot.*21. *num.* 65.

Et ad hanc cauſſam referri debet, quoties Teſtator plus conferre voluit in illud Legatum, cui longius tempus adjecit, *ibid. num.*66.

Temporis definitio in emphyteuſi operatur, ut portio deficientis conſolidetur in ſuperſtite, cui, elapsâ ſtatutâ die, renovatio debeatur, *vot.*15. *num.* 55.

Temporis definitio non obeſt emphyteuſis perpetuitati, dum adeſt obligatio renovandi, *vot.*15. *num.* 56.

Temporis definitio in emphyteuſi, non ad excludendam perpetuitatem, ſed ad probationem dominii refertur, ſi emphyteuſis ſemper renovari conſueverit, *vot.*15. *nu.*60.

Tempus, quo Beneficium vacat, momentaneum, atque individuum eſt, *vot.*20. *nu.*38.

Nec poſſunt Beneficia medio illo tempore inter contraventionem, ejuſque declaratoriam vacare, & non vacare, *ibid.*

TERRITORIUM.

Territorium, & Caſtrum in emphyteuſim conceſſum abſque diviſione ullâ Bonorum, rem quamdam individuam præſefert, *vot.* 15. *num.* 19.

Ejuſque poſſeſſionem ſinguli homines Univerſitatis, in emphyteuſi comprehenſi, in ſolidum adquirunt, *ibid. num.*20.

TESTAMENTUM.

Teſtamenti exemplo reperto in Archivio; niſi oſtendatur originale, fides non adhibetur, *vot.* 16. *nu.* 11.

Teſtamentum revocatur per aliud poſteriùs factum, *vot.*22. *num.* 9.

TESTATOR.

Teſtatores, & Contrahentes exprimunt ſæpè id, quod à jure diſponitur, *vot.*3. *nu.*68.

Teſtatoris voluntatem geminatio magis perſpicuam facit, *vot.*17. *nu.*36.

Teſtator communi opinioni, & conſuetudini ſe conformaſſe præſumitur, *vot.*25. *num.* 12.

Teſtator Legibus municipalibus voluntatem ſuam conformaſſe creditur, *vot.*3. *num.*64.

Teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſſiſſe non præſumitur, *vot.*17. *nu.* 22.

Teſtator voluiſſe nunquam præſumitur, quod repugnat ejus voluntati expreſſæ, *vot.*21. *num.*47., & *vot.*24. *nu.* 37.

Quod *Teſtator* veroſimiliter reſpondiſſet, pro expreſſo haberi debet, *vot.*21. *nu.*12., & *vot.* 24. *num.* 27

Teſtatoris voluntas expreſſa ubi adeſt, locus fieri nequit tacitæ, & veroſimili illius voluntati, *vot.*21. *num.*46.

Contra aperta *Teſtatoris* verba admitti obſervantia ulla non debet, *vot.*6. *nu.*43.

Certa ubi eſt *Teſtatoris* voluntas inſtituendi primogenituram regularem, nullam vim habet obſervantia, *vot.* 6. *nu.* 42.

Teſtator quod non prohibuit, permiſiſſe cenſetur, *vot.*24. *num.*2.

Teſtator cur non ita loqui potuiſſet, ſi id voluiſſet? *vot.* 24. *num.*7.

Teſtator cur in uno potiùs, quàm in altero caſu ita diſpoſuerit, inquirendum non eſt, *vot.* 24. *num.*67.

Falſam *Teſtatoris* credulitatem declaratio Teſtis probare valet, *vot.*5. *num.*23.

Præſertim, ſi ei Teſtator plenam dederit facultatem interpretandi voluntatem ſuam, *ibid. num.* 24

Ejuſque teſtimonium coadjuvaretur ſubſecutâ obſervantiâ, *ibid. num.*25.

Teſtator Presbyteros, inſtituto S. Philippi Neri addictos nuncupans = *Degni, e Religioſi Padri dell'Oratorio* =, formale Oratorium erigi voluiſſe, cenſetur, *vot.*19. *num.*49.

Teſtatoris voluntas colligitur ex eo etiam, quod ipſe ſenſiſſet in caſu, qui non evenit, *vot.* 24. *num.* 25.; Vid. *Voluntas*.

Qui ſecundùm *Teſtatoris* voluntatem aliquid facit, in fraudem Epiſcopi, aut Canonicæ portionis, illi debitæ, facere non dicitur, *vot.*19. *num.* 50.

Pia *Teſtatorum* voluntas præſertim quoad onera, Beneficio adnexa, religiosè ſervanda eſt, *vot.* 12. *num.*8.

Ex veriſimili *Teſtatoris* voluntate dos pro nuptiis ſpiritualibus ſtatuenda eſt ſecundùm regulas dotis, conſtituendæ nubentibus in ſeculo, *vot.* 24. *num.*51.

Teſtatrix in uno caſu mentionem faciens de aliis expenſis ultra dotem, & corredum, in altero caſu conſultò eas omiſiſſe cenſetur, *vot.* 24. *num.* 63.

Teſtator niſi expreſſim caveat, quod cum Legato dotis acconcium præſtandum non ſit, acconcium præſtandum eſt, *vot.* 25. *numer.* 10., & 11.

Sola *Teſtatoris* voluntas, pro conſtituenda Legati natura, ſpectanda eſt, *vot.*21. *num.*34.

A *Teſtatore* facta enumeratio Bonorum, ex quibus Legatum reliquit, Legati ſubſtantiam reſpicere dicitur, *vot.*21. *num.*84.

Teſtator ex certis Bonis Monaſterium perfici, & dotari præcipiens, eadem taxativè adjeciſſe cenſetur, *vot.*21. *num.*77.78., & 85.

Teſtator certis relictis rebus = *affine di fare detto Moniſtero* =, hac cauſsâ pluries repetitâ, de iis taxativè diſpoſuiſſe cenſendus eſt, *vot.* 21. *num.* 90.

Ex *Teſtatoris* voluntate dijudicandum eſt, an taxativum, vel potiùs demonſtrativum Legatum fuerit, *vot.*21. *nu.*8.49., & 63.

A *Teſtatore* habitum vehemens pii Operis deſiderium, & ſolicitudo, Legati demonſtrativi conjecturam præbet, *vot.*21. *nu.*10.

A *Teſtatore* adhibitus diverſus loquendi modus in uno, & altero Legato, plurimùm confert ad Legati demonſtrativi, vel taxativi naturam dignoſcendam, *vot.*21. *num.*105.

A *Teſtatore* data facultas = *di poterſi monacare in altro Moniſtero*, libera eſſe debet reſpectu cujuſcumque Monaſterii, *vot.*24. *nu.*5.

A *Teſtatore* data facultas eligendi alterius Monaſterii, reſtringenda non eſt ad Monaſteria ſuæ Patriæ, niſi id expreſſerit, *vot.*24. *num.*6.

A *Teſtatore* data facultas puellis Conſanguineis habitum Religioſum ſuſcipiendi extra Monaſterium, ab ipſo dotatum, excludit neceſſitatem eligendi alia Monaſteria ſuæ Patriæ, *vot.* 24. *num.*8.

Teſtator quod puellis Conſanguineis adimi voluerit Legati commodum contemplatione Monaſteriorum, quæ in nulla teſtamenti parte nominavit, veriſimile non eſt, *vot.*24. *num.*9.

Teſtator commodum, quod Monaſterio à ſe dilecto non tribuit, aliis, de quibus non cogitavit, tribuere voluiſſe, dicendus non eſt, *vot.* 24. *num.*10.

Teſtatorem noluiſſe, ut puella Monaſterium extra Patriam, ſed ſanctioris inſtituti, eligeret,

verisimile non est, *vot.* 24. *numer.* 11.
A *Testatore* data puellæ facultas eligendi Monasterium extra Patriam, eidem competit, etiamsi nulla subsit justa caussa, *vot.* 24. *num.* 18.
Testatorem de subsidii dotalis quantitate, in Patria sua præstari solita, cogitasse, verisimile est, *vot.*24. *num.* 46.
Non verò de iis dotibus, quæ ampliſſimis Monasteriis extra Patriam tradi solent, *ibid. numer.* 47.
Testator censetur Monasterium, heredem institutum gravare noluisse subsidio dotali, majore, quàm in Patria solvi consueverit, *vot.* 24. *num.* 31.
Præsertim, si dotale subsidium supplendum esset ex Bonis, à Testatore destinatis pro dotatione Monasterii, *ibid. num.*32.
Testatoris affectio quoad plura pia Opera non eadem est, *vot.*21. *num.*35.
Testator Ecclesiam heredem substitutam magis dilexisse præsumitur, quàm erectionem Monasterii, pro quo certa quædam Bona destinavit, *vot.*21. *num.*39.
Testatori magis, quàm alia, dilecta præsumuntur Opera pia, in quæ erogari præcepit fructus hereditatis,prohibitâ quacumque voluntatis commutatione, *vot.*21. *nu.* 40.
Ex tacita, & verosimili *Testatoris* voluntate pium Opus adhuc implendum est, licèt Bona ab eo designata deficiant, *vot.*21. *num.*45.
Testator magis curasse videtur de piis Operibus, purè relictis, quàm de aliis conditionalibus, & in remotissimum eventum dilatis, *vot.*21. *num.* 53.
A *Testatore* primariò intentum Opus, præferendum est alteri, minùs dilecto, *vot.* 24. *num.* 34.
Maximè, quando in Opus minùs dilectum contingeret absumi posse substantiam omnem, destinatam pro Opere magis dilecto, *ibid. numer.* 35.
Et per opus istud Testator voluerit,perpetua animæ suæ suffragia comparari, & Consanguineis favere, *ibid. num.*36.
A *Testatore* prædilecti censentur, qui omnen ejus substantiam honorabili institutionis titulo consequuntur, *vot.*24. *nu.*29.
Præsertim, si Testator heredem instituens Monasterium, contemplatus fuerit pietatem Operis, & favorem animæ suæ, *ibid. numer.* 30.
Testator magis heredem, quàm Legatarium dilexisse præsumitur, *vot.*24. *num.*59.
Testator, ex qua parte Patrem prædilexit, ejus quoque Descendentes prædilexisse censetur,*vot.* 3. *num.* 47.
Testator Primogenitum, ejusque lineam prædilexisse censetur, *vot.* 6. *num.*33.
In jure successorio Bonorum *Testator* ætatem potiùs, aut sexum, quàm lineam prædilexisse non præsumitur, *vot.*4. *num.*93.
In majoratibus spectanda est linea, in ea gradus, in gradu sexus, & in sexu ætas, nisi de contraria *Testatoris* voluntate appareat, *vot.* 4. *num.* 89.
Veluti, si Masculi fuerint indefinitè vocati, *ibid. nu.* 90.
Aut si Testator non respexerit certam qualitatem, *ibid. num.* 91.
Ex *Testatoris* voluntate sive expressa, sive etiam tacita, ex conjecturis elicita, receditur à regula reciprocæ potiùs in linea cujusque substituti, quàm de linea ad lineam, *vot.* 3. *numer.* 14.
Ejusmodi autem conjecturæ adferuntur, *ibid. num.*16., & 56.
Testator plures filios, collectim vocatos, spectasse videtur per modum unius lineæ, *vot.* 3. *num.* 51.
Ac proinde prælatio Masculorum intelligenda est de Masculis etiam alterius lineæ, *ibid. num.* 52.
Adverte, id non esse certum, *ibid. nu.* 53.
Vel id procedere, si constet ex agnationis voto, fœminas à Masculis omnibus separari voluisse, *ibid. nu.*54.
A *Testatore* expressa Masculorum prælatio, & fœminarum exclusio, inanis esse non debet, *vot.* 4. *num.*39.
Testator si Masculorum prælationem voluit, expressisse dicitur, quod suâptè naturâ primogenituræ ineſt, *vot.*4.*num.*20.
Testator loquens de Masculis descendentibus,non aliud respexit, quàm descendentiam, & sexum masculinum, *vot.*3. *nu.*73.
Testator nequit Summo Pontifici præripere arbitrium commutandæ piæ voluntatis, *vot.* 21. *num.* 43.
Testator efficere non potest, ne dispositio subsit potestati Supremi Principis, *vot.*21. *nu.*44.
Vid. *Voluntas*.

TESTIS.

Per *Testes*, ac etiam sinè Literis probari potest prothonotariatus collatio, facta ab inferiore à Papa, *vot.*20. *nu.*20.
Per *Testes*, non verò per scripturas probari debet immemorabilis præsentandi possessio, *vot.* 26. *num.* 47.
Testes ad probandam immemorabilem præsentandi possessionem deponere debent de visu proprio per annos quadraginta, & quod ab ipsis eorumque Majoribus nil umquam in contrarium visum, & auditum fuerit, *vot.* 26. *num.* 46.
Probatio per *Testes* eò suspectior est, quò potentiores sunt personæ, à quibus illa profertur, *vot.*26. *num.*50.
Per *Testes*, perque enunciativas præsentationum immemorabilem quoad Juspatronatus potentium, non probari, adeo certum est, ut Sacra Rota contra informantem responderit, *vot.* 26.*num.*73.
Testes recenter, ad perpetuam examinati, justam probationem non faciunt, *vot.*26.*num.*44.

Per *Teſtes*, intereſſe habentes, publici Archivii qualitas probari nequit, *vot.*16. *num.* 28.

TITULUS.

Titulus oneroſus efficit, ut partes ſibi proſpexiſſe cenſeantur quocumque meliori modo in ſolidum, & cum jure accreſcendi, *vot.* 15. *num.* 64.

Titulus oneroſus emphyteuſis reſultat ex juris præſumptione, ac pluribus renovationibus, ſinè ullo Canonis augmento factis, *vot.* 15. *num.* 62.

Tum etiam ex eo, quod Bona in emphyteuſim data erant pro iis redigendis ad culturam, *ibid. num.* 63.

Titulus Patrimonii Sacri cum titulo Beneficii commutari poteſt, *vot.* 10.*nu.*3.

Titulo Patrimonii extincto per aſſecutionem Beneficii, ſubrogationi alterius Patrimonii cum iiſdem privilegiis locus eſſe amplius nequit, *vot* 10. *num.*7.

Prior Patrimonii titulus perdurare dicitur, non factâ ab Epiſcopo alterius tituli ſubrogatione, *vot.*10. *num.*22.

Alterius *tituli* ſubrogatio donec ab Epiſcopo fiat, Patrimonium ſacrum exemptione à gabellis gaudet, *vot.*10. *num.* 25.

Vid. *Emphyteuſis*, *exemptio*.

TRANSACTIO.

Tranſactio non fit, niſi ſuper rebus dubiis, *vot.*8. *num.* 37.

Tranſactio, Civium jura præſervans, iis nocere non poteſt, *vot.*15. *nu.*89.

Ex *tranſactione*, non autem ex teſtamento Eccleſia pro annuo reditu egiſſe præſumitur, quoties non ſimul egit pro perfectione Cappellæ, à Teſtatore demandatæ, *vot.* 9. *numer.* 19.

Tranſactio, ut valeat, præcipuè ſuper Bonis Eccleſiæ, juſta cauſſa requiritur, *vot.* 9.*num.*1., & 15.

Tranſactio cum Eccleſia inita abſque Apoſtolico Beneplacito, non valet, *vot.* 9. *num.* 18.

Tranſactioni Beneplacitum Apoſtolicum acceſſiſſe ex centenaria obſervantia, præſumitur, *vot.* 9. *num.*20.

Tranſactionis juſtitia metienda non eſt ex fortuitis caſibus, quibus ſubjacet pecunia, vel fundus, ab herede aſſignandus pro Legato annui reditus, *vot.*9. *nu.*21.

Tranſactioni juſtam præbuiſſe cauſſam lis præſumitur ex lapſu annorum centum, *vot.* 9. *numer.* 16.

Tranſactioni cauſſam ut præbeat lis, ſatis eſt, quod calumnioſa non fuerit, *vot.*9. *nu.*17.

Tranſactio, in qua Patroni alternativè dividunt Juriſpatronatus exercitium, probat, illud eſſe hereditarium, *vot.*22. *num.* 17.

In *tranſactione*, tamquam hereditarium inter Patronos diviſum Juſpatronatus, redit ad priorem hereditarii naturam, licèt gentilitium vigore præſentationum fuiſſet effectum, *vot.*22. *nu.*19. 20. 25., & 34.

Tranſactio inita ſuper re hereditariâ, hereditario nomine ſtipulata cenſetur, *vot.* 22. *numer.* 21.

Præſertim, ſi Partes tranſigere profeſſæ ſunt, tamquam heredes Fundatoris, & hereditario jure, *ibid. nu.*22., & *ſeq.*

Tranſactio ſuper Juriſpatronatus diviſione, in qua intervenerunt filii ſimul cum Parentibus, confirmat, non deſtruit Juſpatronatus gentilitium, *vot.*22. *num.*29.

Limita, ut *num. ſeqq.*

Ex *tranſactione*, inter Patronos inita, reſultans ultimus ſtatus, impugnari nequit ab eo, qui venit in vim ejuſdem tranſactionis, *vot.* 22. *num.* 53.

TRANSFERENS.

Transferens penſionem, eo ipſo momento ſe abdicat omni jure penſionis exigendæ, *vot.* 23. *num.* 1.

Vid. *Translatio*.

TRANSLATIO.

Translatio penſionis primam penſionem non extinguit, niſi translatario irrevocabiliter, & cum effectu nova penſio quæſita fuerit, *vot.* 23. *num.* 2.

Translatio, & abdicatio penſionis adeo correſpectiva ſunt, ut, unâ non valente, corruat, & altera, *vot.* 23. *num.*4.

Penſionis *translatio* nulla nec jus, nec poſſeſſionem abdicat à transferente, *vot.* 23. *numer.* 6.

Niſi facta ſit per ſimoniam, vel confidentiam, aut aliquod factum transferentis, involvens crimen, vel culpam, *ibid. nu.*7.

Translatio nulla, ſed facta ex bona fide, proveniente à dubietate alicujus articuli, non abdicat jus, nec poſſeſſionem à transferente, *vot.* 23. *num.* 8.

Translationi penſionis quis conſenſiſſe ſubintelligitur: ſi ea effectum ſortiretur, *vot.*23. *nu.* 5., & 11.

Translationem penſionis ignoranti objici nequit, quod illam diù non exegerit, *vot.* 23. *numer.* 20.

Translationis penſionis ignorantia in eo, cujus favore translatio facta eſt, excludit pactum exigendæ à transferente penſionis poſt translationem ipſam, *vot.*23. *num.*17.

Poſt *translationem* penſionis continuata, exactio, referri poteſt ad cauſam gratitudinis, & reverentiæ nepotis erga Patruum, in dignitate conſtitutum, *vot.*23. *num.*15.

Translatio penſionis valet eo modo, quo valere poteſt, ſi ita transferens profeſſus fuit, *vot.*23. *num.*32.

Translationi penſionis, ut translatarius conſenſiſſe dicatur, ſufficit tacita ratificatio, *vot.* 23. *num.* 27.

Translatio penſionis, non exhibito indulto, & coram Notario nullâ adhibitâ perſonâ, in digni-

gnitate Ecclesiastica constitutâ, valet si forma Indulti fuerit servata, *vot.*23. *nu.* 30.

In *translatione* pensionis, (quoties ea fieri permittitur coram Notario, & Testibus) non requiritur Executor; Et Notarius adhibetur solùm ad probationem, *vot.*23. *nu.*31.

TUTOR.

Tutori ea, quæ Matri, aut sorori pupilli ad victum necessaria sunt, rata haberi debent, *vot.* 18. *num.* 61.

V

VACATIO.

Vacationum seu reservationum pluribus speciebus narratis cum generali clausula = *quovis modo*, unam ex eis verificari sufficit, *vot.*20. *num.* 24.

Intellige, modò ejusmodi narrativa copulativè, & conjunctivè facta non fuerit; tunc enim utramque expressam vacationem, seù reservationem justificari oportet, *ibid. numer.*25.

Vacatio ipso jure, & ipso facto in Curia, juxta Decretum Eminentissimi Urbis Vicarii inducitur, si statuto tempore quis non se conferat ad residentiæ locum, *vot.*20. *num.*27.

Nec ulla requiritur sententia declaratoria, *ibid. num.*32., & 33.

Vacantia apud S. Sedem intelligitur de Beneficiis quorumcumque ad Curiam venientium, sive ab ea recedentium, aut etiam Curialium, si eos in Locis, Curiæ vicinis, mori contingat, *vot.* 20. *num.*6.

Loca autem Curiæ vicina dicuntur, quæ ultra duas dietas legales à Curia non sunt remota, *ibid. num.* 7.

Vacationem eo momento Lex inducit, quo in eam commissum est, *vot.*20.*num.*37.

Beneficii *vacatio* ipso jure verificatur, quando contraventio committitur, non quando sequitur amotio, *vot.*20. *nu.*39.

Vid. *Beneficium*, *Curia*, *Curialis*, *Reservatio*, *Sententia*.

VASSALLUS.

Vassalli Baronis pro eo testes idonei non sunt ad probandum Juspatronatus, *vot.*26. *nu.* 45.

VERBA.

A *Verborum* proprietate sinè caussâ recedendum non est, *vot.*2. *nu.*78.

Verborum proprietas cedit aliquando præsumptioni, actum ad suam naturam reducenti, *vot.* 2. *num.*81.

Verborum emphyteusis ea capienda interpretatio est, quâ eadem superflua non remaneant, *vot.* 15. *num.*82.

Præsertim, si adjecta sint in parte dispositiva, *ibid.nu.*83.

Directa *verba* operantur, ut Testator censeatur ipse facere, non mandare, ut alius faciat, *vot.*17. *num.*26.

Et ut is, qui accipit, ab ipso Testatore, non de manu alterius accipere dicatur, *vot.* 17. *num.* 27.

Verbum = *assignetur* = non congruit Legato quantitatis, *vot.*9. *num.*4.

Ex *verbis* = *ejusque officii caussâ annuos reditus scut.* 100. *similium assignent* =, quantitas Legati ab annuis reditibus incipientis, demonstrativè adjecta censetur, *vot.*9. *nu.*2.

Verba = *heredem instituo* = directa sunt, *vot.* 17. *num.* 25.

Verbum = *heres* =, ab Ascendente prolatum, quod intelligatur de filio, novum non est, *vot.* 2. *num.* 5.

Sive in fideicommissis, sive in feudis, *ibid. nu.* 60., & 65.

Per *verba* = *heredem instituo* = heres usufructuaria etiam in proprietate instituta censetur, *vot.*17. *num.*28., & 30.

Verba = *in quanto poi alla proprietà dopo la morte di Settimia lascio mio Erede &c.* = sunt obliqua, *vot.*17. *num.*31.

Et innuunt, Septimiam institutam etiam fuisse in proprietate cum onere restituendi, *ibid. numer.* 32.

Ex *verbis* = *in caso che si risolvesse attendere alla Chiesa* = Legatum conditionaliter relictum dicitur, *vot.*17. *nu.*50.

Illudque debetur Religioso Franciscano, ad Episcopatum evecto, *ibid. nu.*51.

Verba = *in caso che si risolvesse attendere alla Chiesa* = non respiciunt unum magis, quàm aliud tempus, *vot.*17. *num.*56.

Verba = *Lego Titio centum, quæ præstari volo ex fructibus prædii Corneliani* = Legatum demonstrativum ostendunt, *vot.*21. *nu.*14.

Taxativum autem Legatum important *verba* = *Lego centum ex fructibus fundi Corneliani*, *vot.* 21. *nu.*16.; ratio *ibid.*

Verba = *possidentibus in Castro* = adjecta in emphyteusis concessione pro Universitate, hominibus, & singulis personis possidentibus in Castro, ipsorumque heredibus, & descendentibus, intelligenda sunt demonstrativè, non taxativè, *vot.*15. *nu.*81.

Per *verbum* = *prætenditur* = facta in Literis Apostolicis enunciatio Jurispatronatus, non probat, *vot.*26. *num.*107., & 111.

Immo nec etiam probat facta adseverantibus verbis ad Partis supplicationem, *ibid. nu.* 108.

Probat tamen; si fiat motu proprio, & contineat factum proprium Summi Pontificis, *ibid num.*109.

Jurispatronatus mentio in supplicatione si facta est per *verba* = *quatenus existat* =, illud neque à Papa, neque à Partibus probatum censetur, *vot.*26. *num.*98. & 112.

Verba = *restino poi Eredi* = sunt obliqua, *vot.*17. *num.* 35.

Ex

Ex verbis = *Se ne edifichi detto Monistero, e se li faccia il fondo dotale* =, Bona in hanc caussam taxativè relicta censentur, *vot.*21. *num.*77.
Verba = *Universitatis* = *hominum* = *singularum personarum possidentium* = diversam rem, ac diversas personas præseferunt, *vot.*14. *num.*17.

VERITAS.

Veritati publici fundationis Instrumenti præsumptiones cedere debent, *vot.*7. *num.*79.
Veritati cedere debet præsumptio, quod Beneficii status talis sit, qualis reperitur in ultimis vacationibus, *vot.*7. *num.*106.

VICANUS.

In *Vicanum*, seù habitatorem, eidem metrocomiæ adscriptum non prohibetur alienatio, *vot.* 15. *num.*73.
Vicani sunt veluti socii, quos ad societatem conjunxit concedentis voluntas, & qui eidem Domino canonem pensitant sub uno servitio, *vot.* 15. *num.*74.
Vid. *Emphyteusis*.

VICARIA, VICARIUS.

Vicariæ expressio sufficit ut Papa censeatur cogitasse de jure parochiali, penes alium existente, *vot.*14. *num.*13.
In *Vicario* sive Officiali ab Ordinariis delegato, considerari nequit ratio æqualis, vel majoris potentiæ, quæ apta sit ad retundendam potentiam Baronis, *vot.*26. *num.*26.
Vid. *Baro*, *Juspatronatus*.

VICTUS.

Ad *victum* quæ Matri aut sorori pupilli necessaria sunt, Tutori rata haberi debent, *vot.*18. *num.* 61.
Vid. *Alimenta*, *Beneficium*, *Fructus*, *Soror*, *Tutor*.

VIDUA.

A *Vidua* institutio facta filii nascituri, non minuit illius adfectionem erga Ecclesiam, filio substitutam, *vot.* 21. *num.* 54.
Eadem namque institutio intelligenda est potiùs ad cautelam, quàm quia Mulier cogitaret de novis nuptiis, *ibid. num.*55.
Præsertim, si ipsa cogitans de imminenti morte, dispoſuerit de rebus suis, proùt status ille exposcebat, *ibid. num.*56.
Vid. *Ecclesia*, *Emphiteusis*, *Institutio*.

VIR.

Vir fœminam prudentiâ antecellit, *vot.*4. *n.* 98.

VISITATIO.

In *visitatione* Ecclesiæ nulla habita Jurispatronatus mentio, argumentum præbet pro Ecclesiæ libertate, *vot.*26. *num.*119.
In *visitatione* Ecclesiæ, quæ asseritur patronatui subjecta, Jurispatronatus mentio verisimiliter omissa non fuisset, *vot.*26. *num.*120.
Vid. *Ecclesia*, *Episcopus*, *Juspatronatus*.

UNIO.

Unio unius Ecclesiæ ad aliam non immutat statum Ecclesiæ unitæ, *vot.*12. *num.*4.
Sed in ea debet more solito deserviri, *ibid. n.*5.
Unio Beneficii Seminario facta, cultum Divinum minuere non debet, *vot.*12. *num.*9.
Per subjectivam *unionem* Beneficii, ejus nomen, & titulus, omniaque personalia jura amittuntur, *vot.*12. *num.*2. & 24.
Unio Beneficii subjectiva, omnia jura, & emolumenta transfert in eum, cui unio facta est, *vot.*12. *num.*11.
Vid. *Beneficium*, *translatio*.

UNIVERSITAS.

Universitas, & singuli homines in emphyteusi, ipsis concessa, jus habent tàm uti universi, quàm uti singuli, *vot.*15. *num.*11.
Universitas non idem est, ac singulæ personæ, homines, & possessores, *vot.*15. *num.*18.
Universitas, velut corpus polyticum, & universale in una etiam sui corporis parte manere potest, *vot.*15. *num.*41.
Universitas facilè admittit jus accrescendi, vel non decrescendi, *vot.*15. *num.*42.
Universitati, quæ conceduntur, non aliter deficere censentur, quàm integrà deficiente universitate, *vot.*15. *num.*43.
Universitas tandiù manere dicitur, quandiù supereſt unus, in quo jus, nomenque universitatis resideat, *vot.*15. *num.*44. & 47.
A concessione *universitati* facta, jus accrescendi disjunctum esse nequit, *vot.*15. *num.*45.
Universitati, *hominibus*, & *singulis personis*, *possidentibus in d. Castro*, renovata emphyteusis comprehendit solum personas, tempore renovationis Bona emphyteutica possidentes, *vot.* 15. *num.*79.
Sed Auctor contrarium firmat, *ibid. num.*80.
In emphytheusis concessione *pro universitate*, *hominibus*, & *singulis personis possidentibus in Castro*, *ipsorumque heredibus*, & *Descendentibus*; verba hæc intelligenda sunt demonstrativè, non taxativè, *vot.*15. *num.*81.

VOCATIO.

Vocatio Descendentium *ordine prædicto* repetit eumdem ordinem prælationis Masculorum, antea expressùm, *vot.*4. *num.*36.
Vocatio Masculorum, natu majorum, satis est, ut fœminæ excludantur, *vot.*4. *num.*33.
Præsertim, si adsit expressa fœminarum exclusio, *ibid. num.*34.
Vocatio venientium per descendentiam masculinam aliquando comprehendit neptem primi heredis, *vot.*4. *num.*32.
Vocatio descendentiæ masculinæ reciprocam substitutionem inducit inter Descendentes omnium linearum, *vot.*4. *num.*87.
Ex plurium filiorum collectiva *vocatione* eos Testator per modum unius lineæ spectasse censetur, *vot.* 3. *num.* 51.
Ac proinde prælatio Masculorum intelligenda est

eſt de Maſculis etiam alterius lineæ, *ibid.n.52.*
Adverte, id non eſſe certum, *ibid. num.53.*
Vel id procedere, ſi ex agnationis voto conſtet, fœminas à Maſculis omnibus ſeparari voluiſſe, *ibid. num. 54.*
Ex *vocatione* ejus, qui poſt Matris obitum erit Primogenitus, ſuccedere poteſt filius, tempore conditi teſtamenti, & mortis Patris nondum conceptus, *vot.17. num.21.*
Ex *vocatione* ejus, qui tempore obitus Matris erit primogenitus, admittendus eſt Religioſus, effectus Primogenitus, poſtquam ad Epiſcopatum evectus eſt, *vot.17. num.46.*
Vid. *Vocatus.*

VOCATUS.

Vocati ad Juſpatronatus mixtum ſuccedunt in ſtirpes, & non in capita, *vot.5. num.37.*
Et ſufficit, quod habeant qualitatem hereditariam reſpectu primi adquirentis, ſeù Fundatoris, *ibid. num.38.*
Vocatus poſt extinctam lineam prædilectam, dicitur vocatus ſub conditione: ſi linea illa non exiſtat, *vot. 17. num.63.*

VOLUNTAS.

Voluntas nunquam fertur ad incognita, *vot. 7. num.48.*, & *vot.14. num.42.*
Tacitè voluiſſe, quod refragatur expreſſæ *voluntati*, Teſtator nunquam præſumitur, *vot.21. num.47.*, & *vot.24. num.37.*
Voluntatis interpretatio ea ſumi debet, quæ conformis eſt menti Legis, *vot.24. num.42.*
Voluntatis Teſtatoris interpretatio ea capienda eſt, per quam nunquam intercidat, & in benigniorem partem trahatur, *vot. 24. num. 39.*
Voluntatis interpretatio ſumenda eſt, quà munificentia Teſtatoris æqualiter in omnes exerceatur, *vot.24. num.42.*
Voluntatis interpretatio capienda eſt, quà omnes puellæ vocatæ frui poſſint Teſtatricis liberalitate, *vot.24. num.40.*
Voluntatis interpretatio ſumenda eſt ex priori diſpoſitione licèt non ſolemni, & effectum non ſortita, *vot.2. num.13.*
Voluntas Teſtatoris expreſſa ubi adeſt, locus fieri nequit tacitæ, & veroſimili ejuſdem voluntati, *vot.21. num.46.*
Voluntas Teſtatoris, ſi ex iis, quæ dixit, vel diſpoſuit, pèrſpicua ſit, non eget regularum adminiculo, *vot.21. num.97.*
Qui *voluit* Monaſterii conſervationem, voluiſſe etiam cenſendus eſt id omne, quo Monaſterium conſervari poteſt, *vot.24. num.38.*
Voluntas Teſtatoris coniicitur ex eo, quod evenire potuit, *vot.24. num.26.*
Voluntas Teſtatoris, qualis fuerit in caſu, qui evenit, non qualis eſſe potuerit in altero, qui non evenit, ſpectandum eſt, *vot.21. num.57.*
Teſtatoris *voluntas* in caſu, qui evenit, colligitur ex eo etiam, quod ipſe ſenſiſſet in caſu qui non evenit, *vot.24. num.25.*
Voluntatis conjecturæ non ſingillatim, ſed conjunctim expendendæ ſunt, *vot.17. num.45.*
Voluntatis quæſtio nulla eſt, ubi nulla eſt verborum ambiguitas, *vot.24. num.52.*
Voluntati Teſtatoris contrarius, ſcripturæ ordo, non impedit cauſſam juris, & voluntatis, *vot. 21. n. 100.*
Diverſæ *voluntatis* argumentum eſt diſcretiva proviſio, *vot.2. num.86.*
Voluntatis mutationem Lex non præſumit, *vot. 2. num.12.*
Voluntatis non mutatæ præſumptione validior eſt altera, actum reducens ad ſuam naturam, *vot. 2. num.80.*
Voluntatis correctio incontinenti non facilè præſumitur, *vot.2. num.73.*
Secus tamen ex intervallo, *ibid. num.74.*
Vel, ſi actus poſterior principaliter tendat ad prioris diſpoſitionis correctionem, *ibid. n.75.*
Voluntatis mutatio cum apparet, contrariis conjecturis locus non eſt, *vot.2. num.77.*
Commutandæ piæ *voluntatis* arbitrium per Teſtatorem adimi nequit Summo Pontifici, *vot.21. num. 43.*
Piarum *voluntatum* Cauſæ dicuntur mixti fori, *vot. 11. num. 5.*
Ultimarum piarum *voluntatum* executio pertinet ad Epiſcopos, tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatos, *vot.11. num.4.*
Piæ *voluntatis* executionem non reſpicit petitio fructuum Cappellaniæ, jam erectæ, *vot. 11. num.6.*

VOX:

Vocum diviſio juxta hereditatis quotas facta inter heredes, Juſpatronatus hereditarium eſſe, demonſtrat, *vot.22. num.12.*

URBANUS VIII.

A S.M. *Urbano VIII.* eleemoſyna Miſſæ perpetuæ in juliis duobus præſcripta fuit, *vot.9. num.33.*

USUFRUCTUARIUS.

Uſufructuaria heres inſtituta cenſetur Mater, rogata poſt mortem ſuam aliis hereditatem reſtituere, *vot.17. num.16.*
Uſufructuarius per verba = *heredem inſtituo* = etiam in proprietate ab initio inſtitutus cenſetur, ſivè coheres datus poſt illius mortem ſit Extraneus, ſive filius, *vot. 17. num. 30.*, & *num. 39.*
Uſufructuariæ diſcretiva vocatio verbis directis, Coheredis verò verbis obliquis facta, oſtendit, illam ab initio etiam in proprietate inſtitutam fuiſſe, *vot.17. num.33.*
Præſertim, ſi diſcretivus iſte modus fuerit geminatus, *ibid. num.34.*
Vid. *Uſusfructus.*

USUSFRUCTUS.

In *uſufructu* inſtitutus quis, alio poſt illius obitum in proprietate inſtituto, an interim dicatur univerſalis heres, gravatus alteri reſtituere? ardua quæſtio eſt, *vot.17. num.18.*
Hanc tamen eſſe voluntatis quæſtionem, ex conjecturis definiendam, omnes tradunt, *ibid. num. 19.*

Inſti-

Institutio in *usufructu*, *durante ejus vitâ naturali*, importat institutionem etiam in proprietate, *vot.*17. *num.*40.
Ususfructus suâpte naturâ morte finitur, *vot.* 17. *num.* 42.
Usufructus restrictio ad vitam naturalem usufructuarii superflua esset, si Testator de usufructu formali intellexisset, *vot.*17. *num.*41.

USURPATIO.

Vehemens *usurpationis* præsumptio obstat juripatronatus potentium, *vot.* 26. *num.* 5. 7. 10. & 13.
Usurpationis suspicio potissima caussa est, ob quam magis rigidæ probationes Jurispatronatus exigantur à personis potentibus, *vot.*26. *n.*14.
Jurispatronatus *usurpationis* præsumptio vehemens redditur ex temporali jurisdictione in loco Beneficii, *vot.*26. *num.*18.
Usurpationis Jurispatronatus suspicio cessat, quoties in Ordinario, vindicante libertatem Ecclesiæ, potentia æqualis, vel major, ac in Patrono concurrit, *vot.*26. *num.*22.
Et ideo cessare debet dispositio *S. Concilii Tridentini* ob rationem præsumptæ usurpationis, *ibid. num.*23.
Intellige, præsumptam usurpationem fortè cessare, quoties Ordinarius, æquè potens, in loco residet, *ibid. num.*24.
Usurpationis Jurispatronatus suspicio non tollitur ex æquali, vel etiam majori Ordinarii potentia, *vot.* 26. *num.*40.
Usurpationis periculum subesse potest etiam ubi Ordinarii Locorum Cardinalatus dignitate præfulgeant, *vot.*26. *num.*34.
Vid. *Baro*, *Juspatronatus*.

USUS.

Per non *usum* non amittitur à Patronis facultas amovendi Rectorem, nisi illi jure suo uti volentes, prohibiti fuerint, *vat.*7. *num.*110.

UXOR.

Uxoris frater ei alimenta præstare non tenetur, quoties alimenta à viro consequi potest, *vot.* 18. *num.*95.
Uxorem etiam indotatam alendi obligatio viro incumbit, *vot.*18. *num.*95.
Etiamsi uxor aduc Patrem, vel Matrem habeat, *ibid. num.* 96.
Vid. *Alimenta*, *Frater*, *Fructus*.

FINIS.